TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0943_II**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

CODICE DIPLOMATICO
FRIULANO
1348 - 1666

943

BIBLIOTECA COMUNALE
VINCENZO JOPPI
UDINE

Cat. N. Ms. 943 II

Loc.

Tip. Fiorini, tel. 3-59

943

Codice diplomatico Friul

II

d

Anno 1348. 26 Agosto
Udine. Testamento
del nob. Bartolo q. d. Nicolò
di Castello.

In Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejus 1348
inde p.a die 26. Mensis Augusti: praesentibus dnis
Dnis Presbiteris Zanetto Parocho Majoris Ecclesie Sancte
Marie de Utino, Paulo filio - - - - de Villa Utini
officiante in praedicta Ecclesia Utinensi, Nobili viro
Dno Bartholomeo filio q.m Dni Salvi de Prata,
Francisco Clerico Plebis de Flambro Nepote Dni
Presbiteri Meliorantie Parocho praedicte Ecclesie
Utinensis, Conrado Clerico Plebis de Galariano filio
mei Notarij infrascripti, Philippino filio q.m d. Cavabotti
Militis de Ancona nunc Utini commorante, Nicolao
filio q.m Magri Gregorij Notarij de Utino, Jacobo q.
Magri Rainerij de Prata, Viviano q.m Gabrielis de
eodem loco, Nicolao Pellipario de Utino filio q.
Rainerij, et Venuto q.m Pantaleonis de Premeriaco
nunc Utini commorante, et alijs ad hec vocatis, et
rogatis ab infrascripto Testatore

Nob. vir Dnus Bartholus natus q. Nob. viri Dni Nicolaj
de Castello Porpetti sanus p. Dei gratiam, mente sen:
su, ac intellectu, licet corpore languens volens de:
cedere intestatus rerum, et bonorum omnium
p. presens nuncupativum Testamentum sine
scriptis dispositionem in hunc modum facere
procuravit.

Imprimis

In primis quidem ad honorem dei, et gloriosæ Virginis Mariæ eligit sibi sepulturam sui corporis apud Ecclesiam Sancti Francisci ordinis Fratrum Minorum de Castello in Sepoltura q.m Patris sui prædicti, cui siquidem Ecclesiæ, seu Conventui ejusdem Loci legavit perpetualiter tres Marchas de redditibus ad usum Curiæ pro Anniversario prædicto Patris sui, ac suo perpetuò faciendo, ità etiam, quod dictus Conventus teneatur perpetuò singulis diebus debitis cessante impedimento legitimo celebrari facere in prædicta Ecclesia S. Francisci Missam unam pro Anima prædicti Patris sui, ac sua, quas equidem tres Marchas de redditibus voluit, et supplicavit, quod sibi dessignetur, et specialiter deputetur super Bonis suis per Reverendum Patrem, et Dnūm Dnūm Reverendum Dei Gratia Sanctæ Sedis Aquilejensis Patriarchar: chan prout ipsi Patri, et Dnō melius, et utilius videbitur convenire.

Item legavit singulis Ecclesijs, et Capellis Plebis de Porpetto solidos viginti parvorum.

Item legavit Dnæ Beatrici Matri ejus ultra dotes, et jura sua, omnia, et singula Bona ejus, quæ habet in Villis de Latisana ultra Tulmentum, Villanova, et alijs circumstantibus Villis, scilicet Mansos omnes,

tres

tes possessiones, et Molendina, Prata et Nemora cum

omnibus, et singulis juribus, et Jurisdictionibus spectan:

tibus, et pertinentibus ad ipsa bona quocumque sint,

et quocumque nomine censeantur.

Item legavit eidem Dnae Beatrice Matri ejus omnes,

et singulos filios, et filias q.m Martinucci de Castello

ejus Servos, ac Servas, ac Rizzardum q.m d. Nicolaj de

Zaneglis ejus Servum cum omnibus filijs, et filiabus

suis, et omnibus, et singulis Bonis mobbilibus, et

immobilibus, ac pecunijs dictorum Servorum suorum.

Item legavit eidem Dnae Beatrici ejus Matri

omnes, et singulos alios servos et homines de Masnata

tam Masculos, quam Feminas ubique sint, et quibus:

cumque nominibus nuncupantur, etiam si sua essent

communiter, vel divisim cum omnibus et singulis ab

eisdem servis suis masculis, et feminis perpetuo

descensuris, ac etiam cum omnibus et singulis ac

Universis Bonis eorum mobbilibus, et immobilibus,

acquisitis ac acquirendis atque peculijs itaque

de dictis servis omnibus et singulis, atque bonis

atque peculijs eorum tam in vita, quam in morte

facere possit perpetuo ipsa Dna suam omnimodam

voluntatem

voluntatem, ac etiam legavit eidem Dnæ Beatrici ejus Matri totum Bladum suum cujuscumq. generis, id quod habet in possu: latijs, et in Villis prædictis de Latisana, et Villanova, et alijs circun: stantibus Villis, instituens eamdem Dnam Beatricem ejus Matrem sibi hæredem in prædictis, volens ipsam in his pro parte sua hæreditatem legitimam esse tacitam, et contentam; item recognovit et confessus, et contentus extitit dictus Testator administrationem Bonorum suorum fideliter, atque utiliter fiendam fore p. antedictam Dnam Beatricem ejus Matrem, et sibi pro eadem usque ad præsen: tem diem fore factam, et redditam plenam, integram, atque com: pletam, rationem, et satisfactionem perpetuo quoad eamdem à præ: dictis perpetuo liberavit, quietavit, et finem, atq. remissionem fecit.

Item voluit atque plenissimam libertatem, et licentiam contulit, atque dedit et reliquit eidem Dnæ Beatrici ejus Matri, quod de omnibus, et singulis bonis, et rebus prædictis sibi legatis p. eamdem possit, et valeat sua auctoritate propria accipere, et reti: nere possit sine requisitione alicujus Dominij, hæredis infrascri, vel alicujus alterius Personæ.

Item legavit Dnæ Agnesæ ejus Amitæ mille libras par: vorum, cum hoc, quod ipsa teneatur esse, et manere in Societate cum Matre sua prædicta.

Item legavit Federico ejus Fratri naturali seu spurio mille libras parvorum.

Item legavit Gerardo qm. q Dni de Caudano nunc morant in Utata librarum Ducentarum parvorum

In

In omnibus vero alijs suis Bonis tam mobbilibus, quam immobilibus, juribus, et actionibus tam praesentibus, quam futuris Nobilem virum Dnum Ioannem Franciscum ejus Patruum sibi heredem instituit, et esse voluit cum hac tamen conditione, quod teneatur manutenere, et deffendere Legata praedicta facta per ipsum, atque dictam Dnam Beatricem ejus Matrem praedictam, et adimplere alia Legata praedicta, et si contrarium faceret per se, vel vel Filios, aut Servitores vel alias quascumque per interpositas Personas voluit ex nunc prout ex tunc, quod praedictus Dnus Ioannes Franciscus privatus sit hereditate praedicta, volens, atque mandans quod ipsa hereditas cum omni integritate perveniat ad Dnum Patriarcham praedictum, et qui pro tempore fuerit, et Ecclesiam Aquilegensem, instituens ex nunc ipsum Dnum Patriarcham suum, et Aquilegiensis Ecclesie nomine sibi heredem in praedictis omnibus.

Suum autem Fideicomissarium, et dicti sui Testamenti executorem, ac supradictae Dnae Beatricis Matris suae Adjutorem, et deffensorem constituit, et esse supplicavit eundem Dnum Patriarcham dans, et concedens ipsi suo Advocato Maximo, et Executori plenissimam libertatem et auctoritatem vendendi, obligandi, et alienandi de Bonis dictae hereditatis usque ad plenam, et integram solutionem, et satisfactionem Legatorum praedictorum, prout sibi melius, et

utilius

utilius visum fuerit expedire. Et hanc quidem suam as-
seruit esse velle ultimam ordinationem, voluntatem, et suum
ultimum Testamentum, quod, et quam voluit, atque jussit
et si jure Testamenti valere non posset, valeat saltem
jure codicillorum, vel alterius cujuscumque ultimae volun-
tatis, quae melius, et efficatius valere potest de jure,
vel de consuetudine.

Actum Utini in Domo q. D. Morandini de Porciliis
Praepositi S. Steffani de Aquileja.

Et Ego Henricus q.m Andreae de Utino i. A. Not.
ex aut., et comissione mihi facta p. R.mo
in Christo Patre, et D.D. Bertrando Dei Gratia
Sanctae Sedis Patriarcha prout in actis q. Nicolai
Not. olim Mag. Conradi Not. de Utino inveni praesens
Testamentum scripsi in formam publicam fideliter
reducendo.

XIX
7

1348. 28 Ottobre. Paolo Not.

Istituzione del Convento dei Celestini [illegible]

Sancte Sedis Aquileg. Dei gratia nos Patriar. Bertrandus ad perpetuam rei memoriam. Si personas religiosas et divini nomini cultores ad devotionis et fidei confovemus augmentum et gratiis et favoribus ampliamus, tenemus indubie Dei Omnipotentis gratiam in presenti seculo et in futuro superum consequi merita gaudiorum. Sperantes infallibiliter Ecclesiam nostram una cum credito nobis grege earumdem personarum devotis orationibus et precibus conservari. Cum itaque fratres Ordinis Celestinorum quorum quamvis in terris conversentur et habitent, conversatio celestis potius quam terrestris merito est censenda, in Terra nostra Utini nostre Aquilegensis Diocesis ut fructum centuplum reducant ad veri agricole aream obtenta sui superioris licentia elegerint mansionem et cupiant sub eorum Sacra et approbata regula jugiter Domino famulari, Nos qui in eminenti Dignitatis specula positi, licet immeriti, hujusmodi personas confovere tenemur, hac moti consideratione et pio Ducti affectu, Religioso et honesto Viro fratri Hominibono Priori Provinciali predicti Ordinis Celestinorum nomine et vice ejusdem Ordinis recipienti atque eidem Ordini Ecclesiam S. Gervasii in parrocchia Ecclesie S. Marie de Utino nostre Aquilegensis Diocesis infra ambitum Terre ejusdem cum aliquibus domunculis et hortis ibidem contiguis de nostra propria emptis pecunia, nostro, successorum nostrorum et Aquilejensis Ecclesie nominibus, liberaliter elargimus, concedentes tenore presentium auctoritate Ordinaria Fratribus predicti Ordinis construendi in Dicto loco Cenobium et instituendi et ordinandi Conventum fratrum ipsius Ordinis ad laudem et honorem Omnipotentis Dei, gloriose Virginis Marie Matris ejus, atque Sanctorum omnium, sub nomine S. Jeronimi Confessoris et Doctoris egregii profectum animarum atque augmentum Devotionis fidelium prout alt forma

ministrabit gratia licentiam et omnimodam facultatem: volentes atque presenti pagina decernentes, quod Fratres prefati Ordinis habitantes in hujusmodi Cenobio seu Conventu, Privilegiis, immunitatibus et gratiis gaudeant que ipsis et ipsorum Ordini concessa et concesse a Sede Apostolica dinoscuntur, hoc tamen adjuncto, non in derogatione privilegiorum et immunitatum ipsorum fratrum, sed causa devotionis et humilis subjectionis, quod duo ex fratribus dicti Conventus annis singulis visitare limina Sanctorum Martirum Hermachore et Fortunati Patronorum nostrorum, et singulis annis in festo Nativitatis Domini nostri Jesu Christi unum Cereum duarum librarum cere offerre in dicta Ecclesia S. Marie de Utino ad altare majus ipsius Ecclesie teneantur, et ne forte ipsi Fratres et Conventus per malignos et indevotos aliquos molestentur in posterum, nos eosdem fratres Conventum et Cenobium sub nostra successorum nostrorum et Aquilegensis Ecclesie protectione suscipimus et tutela: prefatos nostros successores hortantes per viscera misericordie Jesu Christi et per ejus sanguinis gloriosam aspersionem ut hanc plantulam per nos divina inspiratione plantatam ipsorum munificentia et benignitate taliter irrigare studeant et procurent quod ejus radicibus in virtute radicatis et fructis Deo incrementum prebente ramos devotionis et fidei valeant uberius ampliare. Ceterum volumus et consentientibus atque approbantibus omnia et singula supradicta per nos ordinata et facta dilectis filiis Raymondo de Utino Vicedecano, Meliorantia de Vicentia, Philippino de Cremona, Nicolao Gabrielis, Johanne Lucie, Nicolao, Petro et Guidone, Johannis de Regio, Symonino de Parma, et Aroaldino de Travasio, omnibus Canonicis et Capitulo dicte Ecclesie Utinensis ibidem ad hoc vocatis et congregatis constituimus et ordinamus quod si aliquos apud predictos fratres decesserint aut ordinaverint seppelliri, Capitulum dicte Ecclesie de Utino percipere et habere debeat medietatem omnium funeralium que fient in die funeris et non ultra. In quorum omnium tes-

timonium et evidentiam clariorem predicta omnia per Paulum Curie nostre Notarium infrascriptum scribi et publicari jussimus et nostri sigilli appensione muniri. Acta sunt hec in predicta Ecclesia S. Gervasii Anno Dominice Nativitatis 1348, Indictione prima, die 28 mensis Octobris. Presentibus venerabilibus et sapientibus viris D.D. Fratre Giberto Abate Monasterii Rosarensis, Mattheo Plebano Lavariani Aquil. Diocesis, Jacobo Del Canto et Johannis de Monticulis legum Doctoribus, ac Guberlino de Novate, testibus et aliis.

Ego Paulus &c.

Nos Gulielmus Decanus, Ottolinus de Pergamo, Franciscus et Conradus de la Turre, Tanus de Gariendis, Guglielmus Savere, Philippinus de Fara et Johannes de Carate Canonici Ecclesie Aquilegensis in capitulo et tamquam capitulum ipsius Ecclesie ad infrascripta specialiter faciendo more solito congregati premissis omnibus, nostrum prestamus consensum pariter et assensum presenti Instrumento in premissorum testimonio sigillum nostri Capituli apponentes. Anno Dominice Nativitatis 1359 - Indict. secunda die 7 mensis martii.

(Trascritta dall'originale che trovasi nella Biblioteca di S. Daniele)

Procl.^a trice Monitorii contra Henricum Co: Goritie et Civitatenses. Pro Invas.^e et Ribellione

1348
26 nov.

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, indictione prima, die vigesimo sexto mensis novembris, Aquileie in maiori ecclesia, presentibus ...

1348. 26 nov. Aquileja. Il Conte di Gorizia ed il Comune di Cividale vengono chiamati a render ragione della loro ribellione.

1354. 14 marzo. Avignone. Il Pontefice chiede al Patriarca di Grado informazione intorno allo Stato di Aquileja.

... vicarius ... d. Patriarche in dicta civitate quasdam patentes

Dominus Nicolaus Archiepiscopus Iadrensis erat Vicar. Gnalis R.mi D.ni Patr. Bertrandi.

literas veras ... et domini domini Nicolai Dei gratia Archiepiscopi Iadrensis ipsius domini Patriarche vicarii generalis. Quas idem d. Arnaldus ... omnibus ... supradictis, et me notario legit, et publicavit alta voce legente, et publicante ea que in dictis literis continebantur, et eisdem post lecturam et publicationem ipsarum affixit in ... supradicte ecclesie maioris Aquilegensis, ibidem ... ... dimittens. Quarum quidem literarum talis est tenor, et sequitur: Nicolaus Dei

Patentes literarum.

gratia Archiepiscopus Iadrensis ... et domini domini Bertrandi eadem gratia sancte ... Aquilegensis Patriarche vicarius generalis, et ab eodem d. Patriarcha ad inquirendum, corrigendum, et spiritualiter et temporaliter puniendum ipsius domini Patriarche subditorum ... quoslibet ... deputatus,

Henricus, f.^s Comitis Alberti de Goritia

Magistro viro Henrico nato q. egregii viri comitis Alberti de Goritia, nec non communi, universitati, et hominibus civitatis Austrie Aquilegensis dioces. salutem in Domino. Nuper in aures nostras notorius, et frequens clamor invaluit et ad notitiam nostram multorum inculcata querela cum murmuratione

Proel.

Dnus He
erat Vic
Bertrand

Patentes

Herveus,
Gorria

1348
26 nov.

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis eiusdem mill° tre
centesimo quadrag.mo octavo, indictione prima, die vig.mo
sexto mensis novembris, Aquileie in maiori eccl.a, presentibus
ven. viris dnis Cagnino nato q. nob. viri d. Antonioli della
Torre, et Consolino canonicis eiusdem eccl.e, discretis
viris dd. presbiteris Henrico, et Zanneto Simonino
Philippeto mansionariis eiusdem eccl.e, et Bernardo de
Verona habitat. Aquileie testibus, et aliis pluribus.
Jacobus Coratenus R.mi in Xpo Pris et dni dni
Bertrandi dei gratia Aquilegen. Patriarche exhibuit, legit,
et presentavit in manibus ven. viri d. Arnaldi de Cava
vicarii d. d. Patriarche in dicta eccl.a quasdam patentes
literas ven. patris, et dni dni Nicolai dei gratia Archiepi
Jadren. ipsius dni Patriarche vicarii generalis. Quas idem d.
Arnaldus statim omnibus testibus supradictis, et me notario
legit, et publicavit alta voce legente, et publicante ea
que in dictis literis continebantur, et eisdem post lecturam
et publicationem ipsarum affixit in valvis supradicte ecclesie
maioris Aquilegen. ibidem ipsas affixas dimittens. Quarum
quidem literarum talis est tenor, et sequitur. Nicolaus dei
gratia Archiepiscopus Jadren. R.mi in Xpo Patris, et dni dni
Bertrandi eadem gratia sancte sedis Aquilegen. Patriarche
vicarius generalis, et ab eodem d. Patriarcha ad inquirendum, corri
gendum, et spiritualiter et temporaliter puniendum ipsius dni
Patriarche subditos excessus quoslibet specialiter deputatus,
Mag.co viro Henrico nato q. egregii viri comitis Alberti de
Goritia, nec non communi, universitati, et hominibus civi
tatis Austrie Aquilegen. dioces. salutem in dno. Ad[...]
in aures nostras notorius, et frequens clamor invaluit, et
ad notitiam Xpianam multorum inculcata querela cum murmuratione

Dnus Nicolaus Archiepus Jadren. erat Vicar. Gnalis R.mi Dni Patr. Bertrandi.

Patentes literae.

Henricus, q. Comitis Alberti de Goritia

pervenit, quod tu Henrice diebus non longe preteritis de
mense octobris proxime preterito manu potenti terram predicta
civitatis Austrie, Palatium quoddam, quod Pathale dicitur,
domum quandam, que domus prepositure vocatur, in terra
ipsa sita, et quoddam fortilicium antrum vulgariter nun=
cupatum, in prefata consistens dioc. nec non iurisdictionem

Fortilicium Antri.

merum, et mixtum imperium in dictis locis, et inter homi-
nes dictos locos habitantes exercenda, et ius, et colligendi
quosdam fructus, et nonnulla alia iura in prefatis locis, et
ipsos territorio notorie a tanto tempore citra, et per tantum
tempus, cuius memoria non existit ad predictam
ecclesiam Aquileien., et antedictum D. Patham, et ipsius
antecessores spectantia, et pertinentia, in quorum omnium
possessione, vel quasi quieta, et pacifica antecessores antedicti
Dni Pathe, et ipse per se, et officiales suos nomine
Aquileien. eccle. atque ad tempus predictum fuerunt, seu
continue steterunt pro eodem Dno Patha omnia, et sin=
gula antedicta iuste, et quiete pro se, et aliis possidente
in divine maiestatis contemptum, honorisque tui derogatio-
nem non modicam temeritate damnabiliter, ausuque
sacrilego invasisti, et occupasti, et invasa, et occupata de
te, et aliis adhuc detines, et occupas. Ex quibus etiam
locis nonnulla bona eiusdem Dni Pathe, eiusque officialium
violenter rapi fecisti in ipsius iniuriam, et prefati D. Pathe,
et dicte Aquileien. eccle. evidens preiudicium, atque
damnum quoque in omnibus, et singulis antedictis, sce-
leriter perpetrasti. Nos commune, universitas, et homines
terre predicte iam dicto Henrico prestiterunt ac prestare
minus iuste non cessant opem, auxilium, consilium, et
favorem; quinimo, quod deterius est, eundem Henricum

Merum, et mixtum Imperium Terrae Civitatis Austriae et Fortilitii Antri spectat ad ecclesiam Aquileiensem

Cividalenses fovent et auxilium praestant Henrico Comiti Goritiae, Perfido Occupatori, et Invasori Iurium Eccl. Aquil.

in

Civitatensium Nativa Regni dei Revelando

in publico Arengo universitate vestra ad sonum campanae
congregata in vestrum omnium elegistis cui fidelitatis etiam
iuramentum praestitistis sibi etiam tradentes quantum in vos
fuit dominium, et possessionem bonorum, et iurium antedictorum. Invasi-
stis nihilominus publice, et notorie unanimi sententiis dicti
Henrici praefatum fortilitium de Auro; quod de possessione,
et tenuta Ecclesiae Domini Patriarchae, eiusque officialium cum gentibus genti-
bus violenter, et temerarie auferre praesumpsistis; quae
autem omnia sic nefarie perpetrata tote notoria in
tota Patria Fori Julii, et dioecesis Aquilegiensis nobis iudice
constat, atque legitime. Ex quibus profecto damnandis
excessibus; oritur culparum forma intonat, homicidia
nata, corruptiones, derobationes, incendia, atque discrimina ne-
ut nedum status dictae terrae subversio, verum etiam aliorum
fidelium, et locorum subditorum dictae ecclesiae quodammodo vi-
deantur instare. Ex ipsis enim natura lex laditur, paci-
ficus ipsius terrae, et totius Patriae status enormiter pertur-
batur, ac etiam offensa iustitia pariter impugnatur. Ut igitur
praefatis dispendiis, et praeiudiciis, prout possibile est, sa-
lubriter occurramus, et crimina undecumque clament, suadente
iustitia punire volentes, ne praedicta scelera incorrecta,
exempli perniciem transeant aliorum, contra vos sum-
marie nobis deliberato consilio super eam dictis
excessibus, et inquisitionis formam ex nostro officio super ipsis formatae
duximus procedendum. Quocirca te Henricum, ac vos communitatem,
et universitatem et homines dictae terrae civitatis Austriae
tenore praesentium monemus, requirimus, ac citamus, quatenus sexta
die iuridica post praesentationem in dicta Aquilegiensi, et affixionem
earum in ianuis eiusdem factam, quam diem pro primo,
secundo, et tertio termino peremptorio nobis, et vestrum cuilibet
duximus assignandam coram nobis Utini, Aquilegiensis dioecesis in
domo nostrae habitationis, et solita Audientiae ad tuendum super
dicta inquisitione, et omnibus in ea peremptorie, et legitime

s Vicarius Gnlis Aquil. Utini habebat residentiam, et Tribunal

comparere curetis, et deinde ad omnes, et singulos alios in prefatis necessarios procedturi; Hec non diffinitivam sententiam super ipsis auditur. Ad quos omnes, et singulos alios etc. ad dictam sententiam audiendum cum fuerit tempus prolationis ipsius et nunc, prout ex tunc, et ex nunc, ac nos communiter, et universitatem peremptorie requirimus, et citamus. Alioquin vestra, seu alicuius vestrum contumacia non obstante super iam dicta inquisitione, et contentis in ea contra vos per comissos exigentia prout dictabit iustitia procedemus. Has autem literas nostri sigilli impressione munitas ad cautelam fecimus registrari, quas quia vobis personaliter citari nequivimus, in ipsa dicta Aquileiensi publicari, et in eius ianuis affigi mandavimus, ut sic predictorum notitia ad vos verisimiliter valeat pervenire. De quarum presentatione, et affixione in ipsa Ecclesia, et ianuis eiusdem, talibus publico instrumento dabimus plenam fidem. Datum Utini Aquileiensis diocesis in domo nostre habitationis die vigesimo quarto mensis novembris sub anno nativitatis domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, indictione prima, de quibus presentatione, publicatione, lectura, et affixione, ac in ianuis predicte ecclesie dimissione rogatus fui ego Franciscus notarius infradictus d. Arnaldo presens publicum conficere instrumentum. Ego Franciscus q. Saraceni notarius de Aquileia imperiali auctoritate publicus notarius hiis omnibus interfui, et rogatus scripsi.

Nicolaus Dei gratia Archiepiscopus [illegible] Reverendissimi in Christo patris et domini domini Bertrandi eadem gratia sancte sedis Aquileiensis Patriarche vicarius generalis, et ab eodem domino Patriarcha ad inquirendum, corrigendum, et [illegible] spiritualiter et temporaliter puniendum ipsius domini Patriarche subditorum excessus quoslibet specialiter deputatus universis, et singulis Abbatibus, Prepositis, decanis, Prioribus, Archidiaconis, plebanis, religiosis cuiuscumque

cuiuscumq ordinis existant, nec non vicarijs capellanis, alijsq
ecclesiasticis personis, et ministris in Aquileien[si] dioc[esi], universis
ad quos presentes pervenerint salutem in domino et mandatis n[ost]ris
effectualiter obedire. Nuper siquidem de mense octobris proxime p[raeterito]
et deinde continue successive a[d] nostram clarissimam veridica informa-
tio, quin potius detestatio ad nos pervenit, ac etiam fama
Historia, imo verius infamia cum murmurationis strepitu in
notitiam n[ost]ram deduxit, quod praefato R[everendissi]mo in Christo d[omi]no d[omi]no Catha-
ro, et alios eius, et Aquileien[sis] eccl[esi]ae nomine omnia, et
singula infrascripta tenente, et possidente vel quasi terram
[illegible] civitatis Austria Aquileien[sis] dioc[esis] Palatium quoddam,
quod Cattale dicitur, domum quandam, quae domus praepo-
siture vocatur in eadem terra sita, ac quoddam Fortilitium
Antrum vulgariter nuncupatum in praefata consistens dioc[esi],
nec non iurisditionem merum, et mixtum imperium in dictis locis
et inter homines dictorum locorum habitantes exercendi, et insuper etiam
colligendi quosdam fructus, et nonnulla alia ~~bona~~ iura in
praefatis locis, et ipsos territorio a tanto tempore citra et a anno
tempus cuius memoria non existit ad quam ecclesiam Aquil[eiensem], et
iam dictum d[ominu]m Catham, ipsiusq antecessores spectantia, et
Henricus II Comes — pertinentia. Nobilis vir Henricus natus Magnifici viri Alberti
Comitis Goritiae eiusque hostis instigante malitia iam dicta
loca, et iura, indiuina Maiestatis contemptum ausu sacri-
lego non absq gravi ipsius d[omi]ni Catha et eccl[esi]ae Aquileien[sis]
offensa, et quadam ipsius temeritate praesumpta invasit,
et occupavit, illaque terrae, et alias adhuc pro sua voluntatis
arbitrio minus iuste detinet occupata. Ex quibus etiam
locis ipsi nonnulla bona eiusdem domini Catha, ipsiusq
officialium damnabiliter recipi fecit, in iuris iniuriam, et
ipsius d[omi]ni Catha, et eccl[esi]ae Aquileien[sis] evidens praeiudicium,
atq dampnum. Quibus omnibus, et singulis sic nequiter
perpetratis, universitas, ac commune et homines dictae terrae

✝

civitatis Astensis in reprobum sensum dati, divinaque et humane legis contemptores, prelibato Henrico prestiterunt, et prestare minus iuste continuatione reproba non desistunt opem, auxilium, consilium, et favorem, quinimo, quod nephandius est eundem Henricum in publico Arengo eorum universitate ad sonum campane congregata in eorum dominum elegerunt, sibique quantum in eis fuit, dominium, et possessionem predictorum locorum, et virium ediderunt fidelitatis etiam iuramentum sibi prestiterunt, Invaserunt nihilominus publice, et notorie cum gentibus dicti Henrici prefatum Castrum de Anono, illud de possessione, et tenuta iam dicti domini Patriarche violenter auferendo, non sine status pacifici fidelium dicte ecclesie perturbatione, ac scandalo, et lesione multorum, propter que subditi eiusdem ecclesie gravibus involuti dispendijs, continuata sunt et inde discrimina, incendia varia, scandala, et horrenda flagitia, adeo quod non solum ipsius ecclesie terre, sed totius patrie quietis, et tranquillitatis statum turbationis amaro stimulo delinquentes prefati fatigant, et continue multiplicatione iniqua in deterius fatigare conantur. Quibus omnibus, et singulis per depositiones quorundam testium ex facti evidentia repertis, et per nos declaratis notorijs prefatum Henricum, ac universitatem iam dictam, et omnes eiusdem per nostras certi tenoris literas modo, forma, et termino in eisdem comprehensis duximus evocandos, ut coram nobis certis dicte diocesis in domo nostre habitationis, et solita audientia ad respondendum super inquisitione contra eum super iam dictis excessibus formata peremptorie, et legitime comparere curarent processuri deinde ad alia in ipsis literis comprehensa.

quo

quo termino adueniente, iam dictum Henricum, et dictam
universitatem, et homines eiusdem minime comparentes
pronunciaminus contumaces, et in eos contumaciam iuxta
formam literarum nostrarum citatoriarum, et omnia, et singula alia
contenta in ipsis fore procedens, et ipsis Henrico, et dicta
universitate contumaciter absentibus, de benignitate tamen
ad requirentem diem expectatis, super praedictis deliberatio-
ne prahabita diligenti, communicato consilio peritorum, pro-
nunciaminus, et sententialiter declaraminus dictum Henricum

Sent.a cont.a Henricum C. Goritie

tamquam sacrilegum esse, et excommunicationis sententiam
damnabiliter incurrisse eundemque privatum fore, quem
etiam privaminus de advocatia, quam habebat in praefata

excommunicatus, et privatus de Advocatia Eccl.ie Aquileien. nec non de omnibus feudis

eccl.a Aquileien., et omnibus feudis, et iuribus, quae in
dicta eccl.a noscitur obtinere. declarantes terras, seu
opida dicti Henrici s. Goritia, Cormons, Flangsch, Lambane,
Muta, Gravesinberch, Caldenstain, Sagdech, Stain,
vallis Canery, Portus latisana et omnia alia loca, seu

Latisana

terras ipsius Henrici Aquileien. dioc. ac etiam praedictas
terram, et universitatem civitatis Austriae, cum toto
eius territorio, seu districtu interdictas, et interdicta

Terra Civitatis Austriae cum toto territorio interdicta declaratur et excommunicatur

fore, et esse ac etiam sententiam interdicti propter
excessus praedictos, damnabiliter incurrisse. quo circa
ne praefati delinquentes de eos iam dictis excessibus, et
inobedientia glorientur, volentes ipsorum culpam, et eorum
detestabilem statum, ac etiam praedictas terras, et locos
nobis, et aliis innotescere: praefatum Henricum excom-
municatum esse, et iam dictas terram, et universitatem
civitatis Austriae ac homines eiusdem, ac omnes
alias terras, et loca iam dicti Henrici superius notatas,
et nominata interdictas, et interdicta fore et esse

[illegible] excessus, [illegible] quorum [illegible] populi communi[illegible]

vobis omnibus, et singulis tenore presentium nunciamus, vobis etiam, et vestrum singulis in virtute s.te obedientie precipiendo mandantes, quatenus singulis diebus dominicis, et festivis in vris ecclesiis intra missarum solemnia, cum maior in eis advenit multitudines populorum, pulsatis campanis et candelis accensis, et demum extinctis, ut moris est, sepedictum Henricum excommunicatum, et prefatas terras ipsius, nec non ipsam Terram, et universitatem Civitatis Austrie, et homines eiusdem ex causa predicta interdictos, et interdicta fore, et esse publice nuncietis, eundemque Henricum tanquam excommunicatum et predictam universitatem, et homines eiusdem in divinis officiis evitetis, et ab aliis arctius evitari mandetis donec ad cor redeuntes satisfactione impensa beneficium absolutionis meruerint obtinere. Has autem nostras nostri sigilli impressione munitas ad cancellariam fecimus registrari de quarum presentatione latori eorum nuncio nro iurato vel instrumento publico dabimus plenam fidem. Datum Civini Aquilegie in domo nre habitationis et solite audientie, die quarto mensis Xmbris sub anno nativitatis dni millesimo Trecentesimo quadragesimo octavo, indictione prima.

Signum Tabellionis

Ego Albertinus de ... de Ferraria habitator terre Civini Aquilegiensis diocesis imperiali auctoritate notarius, et suprascripti d. Archiepiscopi et etiam curie scriba suprascriptis omnibus, et singulis interfui, et ubi, ubi alias, et scripsi in presenti Rotulo in octo cartis simul sutis pro parte de mandato dicti dni Archiepiscopi vicarii, et iudicis antedicti scripsi, et in hanc publicam formam redegi, signumque meum in principio pe carta, et inqualibet

sutura

singulis diebus Dominicis et festivis, in Ecclesiis, pulsantibus campanis, et accensis candelis, et demum extinctis ut moris est, Henricus de Goricia et Civitatensis excommunicatus publice declarantur.

sutura, seu cinctura ipsarum cartarum, ac etiam hic in principio
subscriptioni mei nominis apposui consuetum.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei Ven. fratri Fortanerio Patriarche Gradensi
salutem, et Apostolicam Benedictionem. Nuper pro parte Ven. fratrum nostrorum
Patriarche Aquilegensis Tergestini, Vicentini, Petri Concordiensis et Iustinopolitani
1354 Episcoporum eiusdem Patriarche suffraganeorum, necnon dilectorum filiorum Decani
Vicedecani, et Capituli Ecclesie Aquilegensis et [illegible] [illegible]
monasteriorum, aliorumque Prelatorum et Capitulorum diversarum Ecclesiarum [illegible]
et communitatum quamplurium locorum Aquilegensis dioecesis propositum
fuit in Consistorio coram nobis, quod in Aquilegensi Civitate que
dum amenitate loci divitiis, et potentia floruit a longissimis retro:
temporibus, illo volente, qui disponit omnia prout vult, peccatis
forsan exigentibus, ex aquarum putrefactione paludium, ac ser-
pentum aliorumque reptilium inibi abundantium, ac flatu pestifero,
aer sic infectus extitit prout existit, quod in ea, que infra et
magnum suorum menium ambitum populi, et clericorum a [illegible]
multitudine consuevit, habitatores paucissimi et nimia [illegible]
habitata hospitia remanserunt, ipsique habitantes ibidem tam
clerici, quam layci infirmitates gravissimas ex infectione predicta
quasi omnes singulis patiuntur [illegible], in eis [illegible] [illegible]
corpora, et membra turgescunt, et color [illegible] in croceum commutatur,
ipsaque Civitas expantiorum [illegible] ruinis [illegible] ac Civitas
aliisque fetidis herbis repleta, quasi in totum inhabitabilis est
effecta, quidque etiam in Civitatem eandem [illegible] [illegible]
in tantum quedam [illegible] quantitas, quod frequenter ad
Civitatem istam sine magno periculo et presertim tempore [illegible]
nisi potest aliquis habere [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
et nimirum aliique Persone Aquilegensis Ecclesie [illegible], [illegible]
aliquos valde paucos in ipsa Ecclesia estivo [illegible] tempore
remanere non audent, nec ausi fuerunt ex multo tempore retro:
acto predicta pericula metuentes, aliique etiam [illegible] tam de vicinis
quam de remotis partibus eandem Ecclesiam, in qua [illegible]
corpora [illegible], [illegible] et presertim in festo [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible] qui in eadem quiescentes [illegible]
[illegible] [illegible]

... occurentes, [illegible] quibus [illegible] [illegible] [illegible]

Ceterum quia ipsam Omnipotens venerantur annis binis ini-
tore, a [illegible] visitatione huiusmodi propter quam frequenter plurimi
in omnes egritudines et nonnulli mortis dicuntur subijsse discrimen
se retrahunt Ecclesia ipsa tam nobilis, tam solemnis et in ea reposita
sacre reliquie iam diu veneratione debita caruerunt, cultus inibi divinus
non affectato defectu, sed metu mortis et periculorum huiusmodi neglectus
extitit populi devotio tepuit ac demum ut omnia ibidem desolatoria pariter
convenire videantur ipsius Ecclesie machina sexennio vel circiter iam
transacto ex concussione corruit terremotus, proinde quod etiam cultus
veneratio et devotio supradicti ibidem quasi totaliter cessaverunt huius
etiam accedit quod de reedificatione ipsius Ecclesie in eodem loco que
ex premissis causis nimis difficilis, et demum inutilis prorsus existeret
spes nullatenus sit habenda; quinimmo sit verisimiliter formidandum
ne sanctorum corpora, et reliquie predicte, ac Thesaurus nobilis, et
Jocalia ipsius Ecclesie, que minus caute custodiuntur, a dictis
Civitate et Ecclesia sic desertis Furtum guerrarum tempore, quibus
eadem Ecclesia cum universa patria frequenter nimis affligitur, ab
ipsius Ecclesie hostibus maxime cum prefata Civitas ex debilitate
sui, et inhabitantium paucitate absque alijs gentibus et magno dispendio
deffensari non possit, asportentur hostiliter, aut furtive alias subtrahantur.
Quare pro parte Patriarche, Patriarchalis, Abbatum, Decani, Vicedecani
Capitulorum, Nobilium, et Communitatum predictorum fuit nobis hu-
militer supplicatum, ut Ecclesiam ipsam cum omnibus inibi hono-
ribus privilegijs, indulgentijs, libertatibus, et immunitatibus suis
ad Terram Utini de temporali et ipsius Ecclesie dominio existentem
dicte diocesis, locum utique pre ceteris eius Civitate diocesis insignem, et etiam
populosum, aeris salubritate perspicuum, amenum, et fertile, et a
dicta Civitate Aquilegensi ultra viginti miliaria non distantem,
moenibus, et fossatis bene munitum, et intra eius amplitudinem spa-
ciosum, Ecclesias, et solemnia religiosorum, et religiosarum loca, ac hospi-
talia quamplura devoti cleri, ac fidelis populi hominibus, et hono-
ribus ipsius Ecclesie deffensandis potentes intra se, et sua,
necnon hospitiorum satis decentium multitudinem copiosam continente;
et in quo etiam Castrum, et Palatium Patriarchalia in quibus iam
multo tempore Patriarche Aquilegenses, qui tunc fuerunt, ut plurimum
residerunt, prout etiam idem Nicolaus de present residet, cum
curia,

Utinum pre ceteris locis Patrie insigne et populosum

Castrum et Palatium Patriale in quibus iam multo tempore Patriarche Aquil. resederunt

Scholae in primitiis Scientijs.

curia, et familiaribus eorundem (et inius q amp.
nobiles et potentes, ipsius pariter videlicet, Notariorum, [illegible]
cetorum, atque diuersorum artificum coram ac diuersis scholis in
scientijs primitiuis necesse varias et alia [illegible] quae
intrauerit Ciuitates pariter essemus transferre et
aliquam ex Ecclesijs eiusdem loci Vtini in Collegiatam, et
patriarchalem erigere, ipsumque locum Vtini Ciuitatis uocabulo
insignire et tam Ecclesiam quam Ciuitatem eandem honore
nostro nuncupari, et insuper cum eadem Ecclesia sanctorum corpora,
reliquias, Thesaurum, et iocalia supradicta ad eundem
locum Vtini transferri mandare, per quae fauente Deo
sperare se essemus quod in illis partibus cultus diuinus augebitur,
Et ipsa in sua Ecclesia veneratione remouet cunctaque [illegible]
cum et sacratissimas reliquias [illegible] deuotio fidelium
conuenta, ipsaque Ecclesia cum personis eiusdem, ac corporibus, reliquijs,
Thesauro, et alijs supradictis tam dicto guerrarum, quam
etiam Ecclesiae vacationis tempore, in quo maxime Ecclesia ipsa
per ciuitatis [illegible] nimijs molestijs, violentijs, et [illegible]
affici conuenit tuta consistet, de benignitate Apostolica [illegible]
Nos itaque iuxta paterne caritatis officium ex toto [illegible]
Ciuitatis, et Ecclesiae predictarum miserabilis status auditu pia com:
passione compuncti, ac super premissis omnia de illis certam notitiam
non habemus, mature, ac prouide procedere cupientes, fraternitati
tuae de cuius circumspectione gerimus in his, et alijs in domino
fiduciam specialem per apostolica scripta committimus, et mandamus
quatenus ad dicta et alia de quibus tibi videbitur loca te trans:
ferens de omnibus et singulis, et alijs circumstantijs uni:
uersis diligentius te informes, et quicquid per informationem
eandem inuenies, nobis per tuas clausas litteras tuo sigillo signatas
summam seriem continentes quantocius intimare procures, ut
inde sufficienter instructi, quae super hijs agenda fuerint consultius
auctore domino disponere valeamus.

Datum Auinione iij Idus Martij - Pontificatus nostri anno secundo.

Bartholomaeus — Joannes Petri g. — Guidottus.

Ego Laurentius a Sughera Notarius publ. Imp. auct. [illegible] Ciuitatis [illegible] exscripsi.

[illegible] equitantes, ac quas sacerdos populo commode

Premissas Extraxi ex litteris patentibus Gallico caractere
descriptis in membranis signaturas varias intus, et extra continentibus
more romano existentibus in Archivo Civitatis Utini manu propria
fideliter exemplavi, et in testimonium tabellionatus mei signum ap-
posui consuetum. Utini die [illegible] 9bris 1605. L. S.

1350

Litterę Imperatorię Maiestatis

Die Veneris 23 Iulii rediit Nuntius missus Dño Imperatori, et Dño Castaldioni, atque toti Consilio Utini presentavit Litteras quasdam clausas infrascpt. tenoris in Carta Edina sigillatas sigillo quodam de cera rubea coperto de carta bombicis, in quo sigillo ut prima facie apparebat sculpta, erat quędam Aquila, et in subscriptione scriptę erant dictę Litterę:

Prudentibus Antianis, Consilio, et Comuni Oppidi Utini fidelibus nris dilectis, et intra dictas Litteras desuper tenorem ipsius in duobus Lineis erant hę Litterę.

Carolus Dei Gra Romanorum Rex semper Augustus, et Boemię Rex.

Tenor vero dictarum Litterarum talis est.

Fideles Carmi de Morte felicis recordationis Venbis Bertrandi olim Aquilegensis Patriarchę Prīis et Devoti nri pręcarissimi, tanto amariori cordis compunctione dolemus, quanto nobis, et Sacro Romano Imperio ipsum fideliorem agnovimus, sicut hoc quamplurimis evidentibus accepimus argumentis Verum quia post huiusmodi sinistri eventus auspitia nos nostrum Propugnatorem, et Defensorem eligitis, gratum illud, et satis acceptum nra Celsitudo recepit et ad ea semper mitti volumus, et moveri continuo,

empti fuerint reditus equivalentes, ita quod Sacerdos possit commode

per quę amica securitate prosperari possitis, ac evidentem profectum colligere sub felici Regimine Principis generosi, et specialiter ex intentione pręcipua in termino placitorum amicabilium, quem cum Illri. Alberto Austrię, Styrię, et Carinthię Duce breviter habere proponimus, negotionem statūs, et conditionis vestrę adeò gratiosè, et cū sincero affectu reminisci. Volumus prout vestra requirit dudum approbata fidelitas, et nobis ex innatę nobis benignitatis clementiæ propensius obligamur.

Ideircò fidelitatē vram hortamur, attentè quatenus in pręsentis turbatę turbationis discordia ad custodiam munitionis, et Patrię, et ad sicurę tuitionis pręsidiū, sic studeatis insistere, quemadmodum a nobis, et Imperio, ac de futuro vestro Pręsule diligitis non immeritò de fide, et Legalitatis industria comendari, et condignę retributionis meritū cum ubertate gaudii, et affluentis iocunditatis Lętitia pręstolari.

Dat: Pragę 4a. die Iulii Regnorū nostrorū Anno 4o.

Ex Voluminibus Mi. Cal. Civitatis Utini
Ferandus Ornianus Cancell.
Die. 10. Nov. 1740 -

1350
9 Janua.

In Christi Nomine Amen

Sanctæ Sedis Aquilejensis Dei Gratia Nos Patha Bertrandus ad perpetuam rei memoriam, licet Ecclesiarum omnium Nobis subiectarum Nos cum soliciter ad Ecclesiam tamen nostram Sanctæ Mariæ de Utino nostræ Diecœsis Aquilejensis per nostros Prædecessores fundatam et per nos auctam quadam speciali prærogativa affectionis ad augmentum cultus Divini dirigimus oculos mentis nostræ et de quanto magis Deo prestante rebus ac bonis augetur temporalibus tanto eam dignam credimus personis idoneis ad Divini Cultum Officij ampliare.. Cum itaque redditus et proventus ejusdem Ecclesiæ Clementia prestante Divina accrescant continue, et tantum excreverint quod una Canonicalis prebenda potest in ea creari denuò. Nos ad quos Canonicatuum et Præbendarum in eadem Ecclesia institutio collatio provisio seu quævis alia dispositio, et ordinatio pleno jure et plenaria potestate spectare dignoscitur de hujusmodi super excrescentibus redditibus unam Prævendam Canonicalem in dicta Ecclesia ad honorem Omnipotentis Dei et ejus Matris Virginis Mariæ, Divinique cultus augmentum creamus de novo et facimus auctoritate ordinaria, et de plenitudine potestatis. Cui Præbendæ sic de novo creatæ assignamus Mansum unum situm in Villa de Muris rectum per Odoricum de dicta Villa, de quo solvuntur sex staria frumenti, sex staria Avenæ, sex stariæ Milei sex cartila Vini, denarij duodecim, et Gallinæ quatuor cum Ovis et Mansum hujusmodi eidem Prævendæ annectimus volentes statuentes, et ordinantes, quod ille qui in Prævenda hujusmodi per Nos institutus fuerit verus sit Canonicus, et Stallum habeat in Choro, et locum in Capitulo cum plenitudine juris Canonici, sibique provideatur et respondeatur de Anniversarijs oblationibus obventionibus, et alijs quotidianis distributionibus sicut alijs Canonicis Divinis interessentibus Offitijs dum tamen eis interfuerit, res-

pondeatur

empti fuerint reditus equivalentes, ita quod Sacerdos possit commode

pondetur Quartesijs, de quibus certis respondetur in eadem Ecclesia dumtaxat exceptis de quibus eidem et alijs responderi decernimus, sicut alias per Nos ordinatum fuit extitit, donec omnes Praebendae Canonicales in praefata Ecclesia fuerint adequatae. Et quia ut praediximus dictam Ecclesiam nostram personis affectamus idoneis, et Divino cultui deditis ampliare et ad personam Dilecti in Xto Filij Nicolai de Aulatis de Regio Capellani Nostri, de cujus vita, conversatione sufficientia, et moribus laudabile perhibetur Testimonium nostrae mentis aciem dirigentes, et volentes sibi gratiam facere specialem ipsum dictae Ecclesiae Nostrae de Utino Canonicum instituimus, et creamus, et Praebendam praedictam per Nos de novo creatam cum supradictis redditibus, et juribus, ad eam spectantibus auctoritate ordinaria conferimus, et ipsum de Canonicatu et Praebenda praedictis cum plenitudine juris Canonici per nostrum annulum investimus, ita ut ommodo ipse Nicolaus et alij Capituli admittantur, eisq. de Anniversarijs oblationibus, obventionibus, et alijs quotidianis distributionibus, secundum modum, et formam superius declaratas integre respondeatur, dum tamen Divinis Offitijs interfuerint, ut est moris, et hujusmodi gratia, collatio, et provisio debitum sortiatur effectum dilectis Filijs Joanni de Corrato Canonico Aquilejensi, Petro de Regio S. Mariae de Tricesimo, et Nicolao Porpeti plebam dictae Nostrae Diecesis Plebanis, et eorum cuilibet in solidum tenore presentium committimus, et mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus ipsorum eundem Nicolaum seu Procuratorem ejus pro eo in corporalem possessionem Canonicatus, et Praebendae hujusmodi auctoritate Nostra ponant, et inducant, ac deffendant inductum, faciantque sibi, vel dicto ejus Procuratori pro eo de Anniversarijs oblationibus obventionibus, et alijs quotidianis distributionibus modo, et forma premissis stallo sibi, vel dicto Procuratori pro eo in Choro, et loco in Capitulo assignatis cum plenitudine juris Canonici plenè

et

et integre responderi. Contradictores et rebelles auctoritate nostra predicta per Censuram Ecclesiasticam compescendo. Volumus etiam et decernimus ut idem Nicolaus per se si praesens fuerit, vel absens per Procuratorem idoneum, et cum ad dictam Ecclesiam accesserit corporaliter praestet de observandis statutis et consuetudinibus ejusdem Ecclesiae solitum juramentum. In quorum Testimonium de praedictis omnibus et singulis per Paulum infrascriptum Curiae Nostrae Notarium fieri jussimus publicum Instrumentum, et nostri sigilli appensione muniri.

Acta sunt haec Venetiis in Monasterio Sancti Georgij Majoris Castell. Dioec. die decimo nono Januarij Anno Dominicae Nativitatis Millesimo Tricentesimo quinquagesimo. Indictione tertia. Presentibus Ven. Viro Domino Fratre Bartolomeo Abbate Monasterij supradicti ac Discretis et Nobilibus Viris Dominis Guidone de Bononia Plebano Aiani Concordiensis, Viviano Canonico Utini Aquilejensis Dioecesis Gerardo de Cucanea et Hermano de Carnea Militibus Nicolussio Corbiti de Utino et alijs pluribus &c.

Ego Paulus q.m Mag. Joannis de Mutina publicus imperiali Auctoritate Notarius, et predicti Dni Pat.hae ejusque Curiae Officialis, et Scriba praedictis omnibus interfui, et ea de mandato praedicti Domini Patriarchae scripsi, et publicavi rogatus

Eduxi manu propria rel. documentum praemissum ex consimili aut.o in folio existenti penes Nob. Dnum Marcum Cominetum de Arlatis Ego Camillus Cellotus Utinensis V.A.N. in fidem me subscripsi et signavi de more rog.s

Die Dom.a 28 Mensis Januarij 1714

empti fuerint reditus equivalentes, ita quod Sacerdos possit commode

Nos Aloysius a Riva pro Serenis^me
D. D. Veneto Locumt. Patriæ Fori Iulij Generalis

Fidem facimus, et attestamur suprascriptum Spectabilem Dominu Camillum Cellotum talem esse qualem se fecit ideo etc. in quorum etc.

Utini die 30 Januarij 1714

Bartolomeus Brazzonus Not.s Prætorius

Giuramento di fedeltà degli Udinesi a Nicolò Pat.

MCCCLj Indictione Quarta.

Die .xxiiij. Mensis May. Presentibus Ven.bus Patribus. Dnis Fratre Petro Concordien. Fratre Henrico Feltren. et Bellunen. Episcopis. Ven.bus Viris dnis Fratribus Galhardus. Rosacen. Michaele Sexten. et Guidone Mosacen. Monasteriorum Abbatibus, Pizielwojo Decano Pragensi, Tristano de Savorgnano Camerario Aquilegen. Raymundo Vicedecano Utinens. Nobilibus Viris Dnis Walterpertholdus de Spegnembergo, Francesdetto de Purlilis, Oddorisio de Pramporgo, Paulino qm Magistri Johannis de Mutina not. testibus et alijs pluribus. Convocato et Congregato coram Reverendissimo in Xpo Patre et Dno Dno Nicolao Dei gratia sancte Sedis Aquilegen. Patriarcha Rengo Generali Terre Utini in Ecclesia Majori Sancte Marie de Utino ad sonum Campane more solito in quo quidem Rengo aderant Nobiles et discreti Viri dni Johannes de Monticulis Capitaneus, Franceschinus, Angelottus fratres, Petrus de Savorgnano, Hendricus de Carnia, Gabriel not. Magister Franciscus, Franceschinus qm ser Gabrielis, Hector not. Franceschinus Minienti, Joachinus, Gallidessius, Candidus Speciarius, Johannes de Bonome, Nicoleta not. Petrus Vavrini, Michelinus Tuscus, Jacobus, Nicolaus Fratres qm Dni Francisci Nasouti, Nicolaus ejus Frater, Cazeta not. Johannes de Ravanis, Leonardus Archolonianus, Philippus Not. Missinus de Remanzacco, Nicolussius dni Federici Varbiti, Buninus Gumbertini, Johannes qm Soldanerij, Gyrocius et Andreas not. et aliorum multitudo copiosa de Utino. Memorati Dnis Capitaneus et alij prenominati de Utino suis et nominibus omnium, et singulorum hominum et personarum de Utino tam ibidem presentium quam absentium de voluntate et consensu totius Rengi predicti juraverunt ad Sancta Dei Evangelia in manibus predicti dni Patriarche suo et Aquilegen. Ecclesie nomine recipientis quod perpetuo erunt fideles, legales et obedientes eidem Dno Patriarche et Aquilegen. Ecclesie sicut de jure tenentur et debent. Quod quidem juramentum

empti fuerint reditus equivalentes, ita quod Sacerdos possit commode

approbaverunt, ratificaverunt et confirmaverunt illud quod omnes ipsi corporaliter promiserunt.

Actum in predicta Majori Ecclesia Sancte Marie de Ulmo.

Da un Protocollo in foglio del Not. Gumbertino de Novate nell' Archivio Vecchio del Collegio de' Nodari —

Copia dal Tomo X p. 172 del Mss. Stor. Friul. di Carlo Fabrizj

CARLO IV° IMPERATORE

scrive ai signori di Spilimbergo.

Una lettera inedita imperiale che chiarisce l'attitudine della potente casa di Spilimbergo di fronte al Patriarca Nicolò di Lussemburgo e rispetto all'Impero, mi pare degna della stampa, ancorchè nota pei regesti del Valentinelli e del Böhmer. Se ne conserva copia scorretta alla marciana (Lat. n. 48, c. 201), ma io la trovai originale all'Archivio Spilimbergo in Domanins e la trascrissi ed ora la pubblico, certo di far cosa grata agli studiosi. Nello stesso Archivio se ne conserva anche un apografo, in un codice autenticato detto *Liber arboris*.

È inutile dire che il presente testo deriva direttamente dall'originale.

Dott. F. C. Carreri
nob. patrizio sammarinese.

Karolus dei gratia Romanorum Rex semper augustus et Boemie Rex Fideles Karissimi. Litteras fidelitatis vestre Regio nostro conspectui oblatas tanto graciosius et hilariori mente accepimus quanto fidei vestre et amoris flagrantiam ad nostre Celsitudinis et Venerabilis Nicolai Aquilegiensis Patriarche principis et fratris nostri Karissimi honorem et comodum sentimus et intelligimus ferventius aspirare et de illo speciali sinceritatis et dilectionis affectu quo prefatum nostrum fratrem fide prosequimini memorari volumus in quibuslibet vestris et vestrorum negociis dum se locus obtulerit et facultas fidelitatem vestram nichilominus requirentes quatenus eundem fratrem nostrum quem breviter ad vos dirigere proponimus in hiis que principatum suum utilitatem et honorem aspiciunt consueta fide velitis prosequi talem sibi exibentes promocionis affectum qualem apud vos dudum speravimus et speramus continue reperiri. Datum Prage IX die mensis decembris Regnorum nostrorum anno quinto *(1351)*.

Nobilibus Gwalterbertoldo et Henrico fratribus de Spenimbergo nostris et sacri Romani Imperii fidelibus.

(Orig. perg. dell'Arch. Sp. in Domanins; manca il sigillo).

Constat in notis of [illegible] Taberini Notary, Cant.

empti fuerint reditus equivalentes, ita quod Sacerdos possit commode

Ill.mo Cav. D.r Vincenzo Joppi bibliotecario
e accademico

Udine

K. 90 1353. 7 Giugno. Udine. Il Patriarca di Aquileja dichiara al Capitano di Pordenone che i beni del Duca d'Austria non saranno aggravati da imposta.

Litteræ Patriarchæ non gravantes
Bona Ducis Austriæ

Friderico Ontrastrajn, Capitaneo Portus Naoni

Carissime

1353
7 Junij

Recepto affectione benigna litteris tuis continentibus inter cætera, quod quidem Noster Nuncius petijt ex parte Nostra pro quolibet manso, et rota molendini in ratione viginti solidorum parvorum. Noscat tua sinceritas, quod dictus Noster Nuncius non requirat huiusmodi portione nisi de mansis, et molendinis Fidelium, et Subditorum Nostrorum, quod omnes nemine discrepante in primo adventu Nostro ad Ecclesiam Aquilejensem iuxta morem antiquum in Generali Colloquio fecerunt Nobis promissionem huiusmodi per Nos, et Nuncios Nostros exigendam de omnibus mansis, et molendinis eorum ubicumque sitis in Partibus Fori Julij, ita quod in hoc nihil deperdit iuribus Dominij Ducis Austriæ, seu eius Subditorum, quare nihil petitur in Bonis eorum: Quare tua Dignatio non habet egre ferre modo aliquo exactionem predictam. Dat. in Castro Nostro Utini 7 Junij, ind. 6.a 1353

Constat in notis q.m Gubertini Notarij.

Canc.

empti fuerint reditus equivalentes, ita quod Sacerdos possit commode

Cancellarius Rmi Dni Nicolai Patriarche in volumine magno.

Tratto il premesso documento 1353 - 7 Giugno come sta, e giace senz'alcuna alterazione, o lineatura nel Repertorio originale del celebre Antonio Bellone Nod., che fiorì nel secolo decimo sesto nella parte seconda @ 108, ora esistente presso il Nob. Sig.r Giulio Cerenis, avendo fatta l'incontrazione, in fede di che.

Lumignaco li 2. Aprile 1742.

Giacomo Braida N.o di V.A. in Odeis.

Innocentius Epūs servus servorum Dei. Ven. Fri Fortanerio Patthe Gra-
densi sal. et Aplicam Benedict. Nuper pro parte Ven. Fra-
trum nrorum Nicolai Patthe Aquil. Egidij Vicentini Petri Con-
cordien. et Joannis Emonien. Epōrum ejusdem Patthe Suffraga-
neorum necnon dilector. filiorum Decani, Vicedecani, et
Capli Ecclie Aquilegen. et nonnullorum Abbatum monaste-
riorum aliorumq. Prelatorum, et Capitulorum diversarum
Ecclesiarum, ac Nobilium, et Communitatum quam-
plurium locorum Aquilegen. Diocex. propositum fuit
in Concistorio coram Nobis, quod in Aquilegen. Civita-
te que olim amenitate loci, divitijs et potentia
floruit a longissimis retrotemporibus illo volente qui
disponit omnia prout vult peccatisque forsan exigen-
tibus, ex aquarum putrefactione palustrium, ac
serpentium, aliorumq. reptilium inibi abbundantium
olfatu pestifero aer sic infectus extitit, prout
existit, quod in ea que et infra magnum suorum
menium ambitum populi et edifitiorum abbunda-
re multitudine consuevit habitatores paucissi-
mi et vix centum habitata hospitia remanserunt,
ipsique habitantes ibidem tam Clerici quam Layci infir-
mitates gravissimas ex infectione predicta quasi annis
singulis patiuntur adeo quod in eis putrefacto san-
guine corpora et membra turgescunt, et color
viridis in croceum commutatur, ipsaq. Civitas
ex antiquis edifitiorum ruinis, vepribus, ac Cicuta,
alijsque fetidis herbis repleta, quasi in totum inhabita-
bilis est effecta; quodq. etiam circa Civitatem eandem
. . . - . . . - . . . succrevit intantum quedam palustris
aquositas, quod frequenter ad Civitatem ipsam sine
magno periculo, et presenti tempore pluviaro vix potest
accessus haberi, propter que ijdem Pattha, et Canonici
et ministri, alieque persone Aquilegen. Ecclie quod.
preter aliquos valde paucos in ipsa Ecclia estivo pre-
cipue tempore residere non audent, nec ausi fuerunt
ex multo tempore retroacto, predicta pericula metuen-
tes alijque etiam qui tam de vicinis, quam de remotis
partibus eandem Ecclesiam, in qua multa Sanctorum Corpora

empti fuerint reditus equivalentes, ita quod Sacerdos possit commode

requiescunt devotionis causa, et precipue in Festo Sanctorum Hermacoræ et Fortunati, qui in eadem quiescentes Ecclesia præ cæteris Sanctis principaliter venerantur, convenerunt annis singulis visitare, a visitatione hujusmodi propter quam frequenter plurimi in graves ægritudines et nonnulli mortis dicuntur subijsse discrimen, se retrahunt Ecclesia ipsa tam nobilis tam solemnis et in ea repositæ sacræ reliquiæ jamdiu veneratione debita caruerunt, cultus inibi divinus, non affectato defectu sed metu mortis et periculorum hujusmodi respectu extitit, populi devotio tepuit, ac demum ut omnia ibidem desolatoria pariter continere videantur. ipsius Ecclesiæ machina sexennio vel circiter jam transacto ex concussione cecidit terræmotus, propter quod etiam cultus veneratio, et devotio supradicti ibidem quasi totaliter cessaverunt, hijs etiam adjecto quod de reædificatione ipsius Ecclesiæ in eodem loco qui ex præmissis causis nimis difficilis, et demum inutilis præmissis existeret spes nullatenus sit habenda, quinimo sit verisimiliter formidandum ne Sanctorum corpora et reliquiæ supradictæ ac Thesaurus nobilis et jocalia ipsius Ecclesiæ, quæ minus debite custodiuntur de dictis Civitate et Ecclesia sic desertis presertim guerrarum tempore quibus eadem Ecclesia cum universa Patria frequenter nimis affligitur, ab ipsius Ecclesiæ hostibus maxime cum præfata Civitas ex debilitate loci, et inhabitantium paucitate absque alijs gentibus, et magno dispendio defensari non possint, asportentur hostiliter, aut furtim alias subtrahantur. Quare pro parte Patriæ, Suffraganeorum Abbatum, Decani, Vice decani, Prelatorum Capitulorum Nobilium, et Communitatum predictorum fuit nobis humiliter supplicatum ut Ecclesiam ipsam cum omnibus juribus, honoribus privilegijs, indulgentijs, libertatibus, et immunitatibus suis ad Terram Utini dicto temporali, et ipsius Ecclesiæ Dominio existentem dictæ diocesis locum utique præ cæteris locis prefatæ diocesis insignem et etiam populosum, aeris salubritate perspicuum, amenum, et fertilem, et a dicta Civitate Aquilegien. ultra viginti milliaria non distantem menibus

et fossatis

et fossatis bene munita, et juxta ejus amplitudinem spatiosa, Ecclesias et solemnia religiosorum et religiosarum loca, ac hospitalia quamplura devoti cleri ac fidelis populi pro juribus et honoribus ipsius Ecclesiae defensandis exponentis jugiter se et sua, nec non hospitiorum satis decentium multitudinem copiosam continente, et in quo etiam Castrum et Palatium Patriarchalia, in quibus jam multo tempore Patriarchae Aquilegien. qui tunc fuerunt ut plurimum resederunt prout etiam idem Nicolaus de presenti residet cum Curia et familiaribus commode, et insuper quamplures nobiles et potentes juris[que] peritorum medicorum, Notariorum, mercatorum atque diversorum artificum copiam, ac diversas scholas in scientijs primitivis, merces[que] varias, et alia quelibet que insigniunt Civitates existere asserunt transferre, et aliquam ex Ecclesijs ejusdem loci Utini in Cathedralem et Patriarchalem erigere, ipsum locum Utini Civitatis vocabulo insignire, et tam Ecclesiam quam Civitatem easdem Aquilejam nomine nuncupari, et insuper ex eadem Ecclesia Sanctorum corpora, reliquias, Thesaurum, et jocalia supradicta ad eundem locum Utini transferri, mandare, per que favente Deo sperare se asserunt, quod in illis partibus cultus divinus augebitur, Ecclesia ipsa in sua debita veneratione resurgat, crescet[que] erga eam, et Sacratissimas reliquias supradictas devotio fidelium commota, ipsa[que] Ecclesia cum personis ejusdem ac corporibus, reliquijs, Thesauro, et juribus supradictis tum predicto gravamine, quam ipsius Ecclesiae vacationis tempore, in quo maxime Ecclesia ipsa per iniquitatis filios injurijs, molestijs, violentijs, et pressuris affici consuevit, tuta consistet, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque juxta paterne Caritatis officium ex solo hujusmodi Civitatis et Ecclesiae predictarum miserabili status auditu pia compassione compuncti, ac super premissis, quia de illis certam notitiam non habemus mature ac provide procedere cupientes Fraternitati tue, de cujus circumspectione gerimus

empti fuerint reditus equivalentes, ita quod Sacerdos possit commode

in his et alijs in Domino fiducia speciale per Ap.tica
scripta committimus, et mandamus quatenus ad pre
dicta et alia, de quibus tibi videbitur, loca te trans
ferens de premissis omnibus, et singulis, et alijs cir
cumstantijs universis diligentius te informes, et
quidquid per informationem eandem invenies, Nobis per
tuas clausas litteras tuo sigillo signatas, eammque
seriem continentes quantocitius intimare procures
ut inde sufficienter instructi, quae super ijs agenda
fuerint consultius auctore Domino disponere valea
mus.

L.S. Datum Avenione ij idus Martij. Pontificatus n.ri anno
secundo.

Bartholomeus
joannes Bellis
Enidottus.

Ego Laurentius a Lughera Not.s pub.s imper.i auct.e Utinensis
Coll.o descriptus litteras premissas Ap.ticas ex litteris patentibus gallico caractere descriptis in membranis signatura
varias intus et extra continentibus more Romano exis
tentibus in Archyvio Civitatis Utini manu propria fideli
ter exemplavi, et in testimonium tabellionatus mei si
gnum apposui consuetum. Utini die 1.a 9bris 1605. [...]

Die XXII. mensis Septembris (1335). Presentibus Bartholomeo iodestrana de Florentia habitatore Venetiis, magistro Bartholomeo filio Petri Vaurini de Utino Cirurgico, Ludouico condam Francisci de Pursia testibus et aliis. Nobilis uir dominus Geluanus de Maniaco confessus et contentus fuit se recepisse et habuisse a Venerabili domino fratre Michaele Abbate Monasterii Sextensis illas Trecentas libras Veronensium paruorum in quibus sibi tenebatur idem dictus abbas uigore cuiusdam sententie late per Venerabiles uiros dominos fratrem Guidonem Abbatem Monasterii Rosacensis, Gambinum de Cremona prepositum ecclesie sancti Petri de Carnea et nobilem militem dominum Nicolaum de Safratina siriste ut asserebat manu Odorici Susane notarii de Utino, de quibus Trecentis libris, omni modo, iure et forma quibus melius potuit, dicto domino Abbati ac Successoribus suis et Monasterio Sextensi fecit finem quietationem et remissionem ac pactum de Ulterius aliquid non petendo de dictis Trecentis libris occasione predicta, Renuntians exceptioni non receptarum et sibi non numeratarum dictarum CCC. librarum dicta decausa tempore huius contractus et spei numerationis future ac non facte per eum premisse confessionis, finis quietationis, remissionis ut prefertur, doli mali in factum actioni et omni Juris et legum auxilio tam Canonico quam Ciuili quo se

---

empti fuerint reditus equivalentes, ita quod Sacerdos possit commode

contra premissa posset modo aliquo facere vel venire. Protestans tamen dictus Dominus Galianus quod sibi nullum preiuditium ac nerciar si alia Instrumenta confecta fuerint de solutione sibi facta de pecunia supradicta seu eius parte per familiares predicti Abbatis Sextensis.

Actum in Ecclesia Monasterij sancte Marie de Varino

Da Protocollo originale di Notajo non nominato esistente presso il Sig. Carlo Gabrissio di Udine pag. 32. N.B. il codice manca del principio

Cas.o di Porpetto 27. feb.o 1821.

Frangipane

1350..., Febbrajo. Aquileja. Conferma di Manfredo q. M.° Salvino de Cataniis in Canonico di Cividale.

1356, 17 Febbr. Aquileja. Traslazione delle Reliquie dalla Chiesa di S. Felice alla Metropolitana di Aquileja.

(Coll. Bianchi)

empti fuerint reditus equivalentes, ita quod Sacerdos possit commode

Un p.o di ferro che ci pagava da
M.r ~~[illegible]~~ Paolino di [illegible]
[illegible] fu dal S.r [illegible]
[illegible] in [illegible] ci mandava [illegible]
[illegible] D. [illegible] e [illegible]
ci che hanno paga d.a robba [illegible]
[illegible] ci pagava [illegible] per un [illegible]
argento.

2 . 171 : 12 .

Ex notis Chimbrini (?) de Novates (?) not[arii] et cancell[arii] [illegible] D. Nicolai Patriarche Aquil[egensis]. fol. 6.
1356. [illegible] Mensis Februarii [illegible] vigesimo nono

Confirmatio Manfredi in Canonicum [illegible]

Nicolaus Dei gratia sancte sedis Aquil[egensis] Patriarcha. Dilecto nobis in Christo Manfredo nato magistri Salvini [illegible] de Cateniis (?) de [illegible] salutem in Domino. Nobis proposita nuper fuit humiliter supplicatio ut cum dilecti filii . . Vicedecanus Canonici et Capitulum ecclesie [illegible] Civitatensis Aquileg[ensis] dioc[esis] te duxerint eligendum, et receperint in canonicum et ipsius ecclesie canonicum [illegible] fratrem, electionem et receptionem huiusmodi auctoritate ordinaria confirmare benignius dignaremur. Nos itaque [illegible] supplicationibus inclinati, attendentes tua merita probitatis, dictas electionem et receptionem [illegible] de te factas cum ipsas de consilio, [illegible] ecclesie [illegible], [illegible], ratas et gratas habentes, auctoritate ordinaria tenore presentium confirmamus. Reservantes tibi [illegible] Vicedecanus Canonici et Capitulum [illegible] nulli alii de iure debita [illegible] in ipsa ecclesia [illegible] facias. In cuius rei testimonium [illegible] fieri [illegible] nostri sigilli appensione [illegible]. Datum Aquileg[ie] in nostro Patriarchali Palatio . . . . mensis Februarii Anno ut [illegible].

Ex aliis. Die XVII mensis Febr[uarii] [illegible] in [illegible] Reverendo [illegible] Dei gratia Feltren[si] et Bellunen[si] Epis[copo]. [illegible] Manfredo de Manziis (?) Decano. Ambrosio de Leone (?). [illegible] de Cremona [illegible] de Comitibus (?) Canonicis Aquileg[ensibus]. Nicolao de Ragno (?) Pleb[ano] in Daniel (?). Wenceslao Pleb[ano] de Crayno (?). Nobili viro D. Henachone (?) Wenceslao [illegible] de Praga. Paulo de Bruna. [illegible] de [illegible] de [illegible] militibus. [illegible] Patriarcha Aquileg[ensis] [illegible] Domini Patriarche [illegible] cum [illegible] Aquileg[ensi] [illegible] tractatione [illegible] nec in ea [illegible] aliqua [illegible] et ea que in ipsa [illegible] - [illegible] D. D. Nicolaus Dei gratia sancte sedis Aquilegen[sis] Patriarcha diligenter [illegible] et attendens conditiones [illegible] ac volens [illegible] ordinare [illegible] et reliquias [illegible] lapideam [illegible] Altare maius [illegible] videlicet [illegible] Felicis (?) Fortunati [illegible] de dicta [illegible], et [illegible] ad [illegible] metropolitanam ecclesiam Aquileg[ensem] cum debita reverentia [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] metropolitana ecclesia [illegible] ibidem [illegible] maneant et permaneant.

[illegible] in [illegible] videlicet metropolitana et [illegible].

Stà nella Colleg. Bianchi.

[illegible]

empti fuerint reditus equivalentes, ita quod Sacerdos possit commode

[illegible]
2
vols.
1800
Port.
[illegible]

Lodovicus Dei Gratia Rex Ungarie. Fidelibus suis, Universis Prelatis, Baronibus, Comitibus, Castellanis, Nobilibus, et aliis cuiuscunque preeminentie, status, et conditionis hominibus, in presenti nostro exercitu existentibus, quibus presentes ostendentur salutem, et gratiam. Cum nos Cives idoneos, et famosos, Consilium, et Commune Civitatis Urini, res victualia ad eum dictum nostrum exercitum secure mittere habeant duximus affidandos: Igitur Universitati Vestre fidelitati firmiter damus in mandatis, quatenus eorumdem Capitanei, Consilii, et Communis hominibus huiusmodi victualia vigore presentium deferentibus nullam iniuriam, nullamque molestiam in rebus, vel personis, et ipsos ad exercitum nostrum predictum cum prefatis victualibus venire, et ibidem

empti fuerint reditus equivalentes, ita quod Sacerdos possit commode

pro toro stare, ac inde recedere, libere et absque violentia permittatis, sicut sub obtentu nostre dilectionis, et gratie facere non augeri.

Datum sub . . . . . . 8.vo die mensis Julij anno domini 1356.

L. S.

Ex authen.s in Officio Canc.ria mag.ca Civitatis Utini existen.s
Ferandus Ormianus Cancellarius
Die prima Octobris 1720

1357
19, luglio
Sui colli tra Cucagna e Soffumbergo.
~~[illegible]~~
Confini tra i Signori di Cucagna ed il Capitanato di Soffumbergo

I. Christi Domine Amen, anno ejusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo indict. decima, die decimo nono mensis Julij in collibus infrascriptis, presentibus infrascriptis Juratis ac discretis Viris Matthiussio q. Jacottii de Fagedis, Oliverius et Joannes de Costa Lunga, Lupo, et Laurentio de Sancto Laurentio (oggi Valle di Soffumbergo), et aliis pluribus vocatis, et rogatis In infrascriptis locis Quod cum quedam questio seu lis esset et vertebatur inter Nob. DD. Simonem q. D. Odorici militis, et Adalpreti q. D. Vuarnerij de Cucanea pro se et pro omnibus Nobilibus de Cucanea ex una parte; et D. archinum Capitaneum Soffumbergi pro Rmo in Christo Patre Dno Dno Nicolao Patha aquil. ex altera, occasione cujusdam Teritorij siti in confinibus contrate Soffumbergi, et in confinibus contrate Cucanee, cujus teritorij in aliquibus partibus ignorabantur confines. Quapropter dicte partes concorditer elegerunt Nob. Virum D. Andream de Atimis suum arbitrum, et Communem amicum, qui quidem arbiter de voluntate dictarum partium commisit michi notario infrascripto jurato, ut deberem limitare loca et ―――――――― et similiter per infrascriptos juratos. Qui quidem Jurati pro parte dicti D. Capitanei Soffumbergi, et sunt hij: s. Franciscus Decanus de Raschacho, et Michael Decanus ville S. Laurentii; et pro parte Nob. DD. de Cucanea sunt hij: s. Molendinarius q. Vorianini de Fagedis, qui quidem juraverunt in manibus mei notarij infrascripti ad S. Dei Evangelia tactis scripturis de veritate dicenda Remotis odio, amore, lucro, et damno dicti Jurati suo sacramento dixerunt et testificarunt loca, confines, et terminationes, lectos vulgarizatos per me not. infrascriptum ut continentur in quodam instrumento scripto per Leonardum notarium Imperialem sub anno Dni 1224 Ind. VII. bene coquoscere et scire eos confines, et loca dictarum partium. ――――

Primo quidem Ecclesia S. Laurentij remanet indivisata [illegible] propter divisionem dictorum Juratorum. Insuper dicti Jurati inceperunt a mane Canipe conglutinate cum Ecclesia predicta, et ibi in saxo penes canipam predictam Crux est designata loco principij in saxo sint divise [illegible] montem; [illegible] semitas montis, et a loco predicto limitando diffiniendo per dictos Juratos pro (per)

―――― directas, et Cruces ―――― in lapidibus saxosis usque ad ultimum locum, qui dicitur ―――― recto ordine ――――, et ab illo loco recto tramite usque ad summitatem ――――

―――― In lapidibus saxosis, et ab illo loco limitando per superiorem partem Cruces designando per illos colles in lapidibus saxosis continue recto ordine observantes usque ad locum qui dicitur ―――― ab illo loco limittando diffiniendo per semitas directas, et continue designandas cruces in lapidibus saxosis usque ad locum, et Colles de Mont albano, et ab illo loco usque ad ―――― et Collum custode ville de Reschacho recto ordine semper observato, et cruces in ―――― continue designatas per ipsos Juratos in lapidibus saxosis, et ab illo loco usque ad ―――― Collibus de Balcon sicut dividit summites collis predicti recto ordine observato usque ad viam publicam que tendit a Civitate ad Villam de Fagedis, ut quidquid est versus orientem, et meridiem ut ―――― suprascriptis divisionibus est D. Patriarche, et Ecclesie Aquil., et ab illis partibus est ―――― de Cucanea ut continetur in instrumento superius nominato.

Et. #

presentium statuentes quod per nos et successores nostros ac officiales absoluti et liberati habeantur perpetuo, nec occasione dicti census procedi valeat

empti fuerint redditus equivalentes, ita quod Sacerdos possit commode

Et Ego Manfredinus filius q. D. Rodossij della Turre mediolanensis imper. auctor.e notarius his omnibus interfui et rogatus scribere, scripsi —.

1357, 25 Luglio. Rosphiacco. — Sentenza dell'Arbitro sui confini tra i Sign. di Cucagna ed il Capitaneato di Soffumbergo.

In X.i Nom.e Amen, anno Dni 1357 indict. X die 25 mensis Julii in Villa de Roschacho in Broiulo Joannis de Roschacho q. Valentini, presentibus discretis viris Dionisio q. D. Joannis de Suffumberge, Federico notario q. Jovis de Montefalcono, Francisco dicto Cossetto de Roscaco, Boinno q. Joannis de Campileo Zanzil familiaris infrascript. D. Adalpretti testibus, et aliis pluribus vocatis et rogatis. Nob. Vir D. Andreas q. D. Varienti de Atimps arbiter, arbitrator, et Communis amicus de plano concordio per infrascriptas partes electus Convocatis Nob. Virum D. Arthicum de ——— Capitaneum Suffumbergi pro parte Reverendissimi in X.o Patris Dni dni Nicolai Patr. Aquil., et parte Nobb. D.D. de Cucanea Nob. D.D. Simonem q. Dni Odrici militem, et Adalpretum q. D. Varnerij de Cucanea pro omnibus Nobilibus de Cucanea etc. et ibi afferebant dicte partes, factaque fide et relatione de commissione michi facta per dictas partes lectis et vulgarizatis confinibus, et divisionibus factis per iuratos dictarum partium ut continetur in quodam instrumento scripto manu mei notarij infrascr. presentibus dictis partibus, et iuratis predictis sub anno Dni 1357 ind. X die 19 Julii ——— D. Andreas Arbiter ut supra auditis partibus et allegationibus utriusque partis habito consilio sapientium ——— X.i noie invocato ipsis partibus presentibus et pertinentibus sententiam ferri sedendo sententiavit, ordinavit, et pronunciavit quod pars versus Soffumbergum confinium limitatorum et signatorum per juratos ut continetur in instrumento superius nominato sit, et esse debeat dicti D. Patriarche, et Eccle Aquil. Et Pars vero confinium limitatorum, et signatorum versus Cucaneam sit, et esse debeat dictorum Dnor de Cucanea perpetualiter, et quod ad invicem absque dampno, et lesione unus, et alter, et quilibet dictarum partium possint, et valeant Comunicare, et pasculare sine aliqua contradictione, ordine observato ——— Quam quidem sententiam dicte partes ibidem affirmaverunt laudaverunt, et ratificaverunt, et hanc sententiam et pronunciationem idem D. Andreas tanquam Communis arbiter, et amicus mandavit ab ipsis partibus inviolabiliter sub pena 40 marcarum argenti pro singulis Capitibus stipulata ——— quod dictam sententiam perpetuo suam stabilem firmitatem habere etc. ———

Et Ego Manfredinus q. D. Rodossij della Turre Mediolanensis Imp. aut. not. omnibus interfui, et ... , et concorditer de voluntate D. Arbitri et dictarum partium cum Federico not.o instrumenta predictorum rogatus scripsi subscripsi hanc sententiam. ———

Exemplum

Exemplum / Retulit officialis Cancellarie Ventura Bono Vicecapit.s Magnifici et Clarissimi Dni Pauli Barbo dig.mi Locumtenentis Patrie Fori Julii die secundo Januarii preteriti de commissione, et mandato illius, et ad instantiam ... ser Adelpreti de Zucco ivisse superioribus diebus Monasterium S. Petri Martyris ad quemdam dictum fratrem Julianum illic tunc existentem: sed Vic.rio ordinis sui in Justino poli, et eidem ostendisse scripturam infrascripti tenoris, et interogasse illum si erat manu sua, qui respondit quod sic, et interogasse illum unde habuerat dictam scripturam, qui respondit e la ho havuta da ser Jacomo fresco de Lucanea, il qual mi ha menato a casa sua, et quod ser Jacobus exerat autenticum ex una capsa, et ipse frater Julianus legerat illud autenticum antiquissimum, et ex illo exemplaverat predictam scripturam per conscientiam suam ita affirmando. Deinde dixit interogasse illum si dictum autenticum plura quam scripserat continebat, qui respondit quod sic, et dum vellet scribere plura quam scripserit ser Jacobus dixit lassè star non scrive altro, dum venisset ad certum punctum. Deinde retulit quod dictus frater Julianus sibi dixit quod in dicta capsa erant multe scripture omnis conditionis in bombice, et in bergamena.

Finis

N.B. I puntini denotano le parole dell'esemplare, che io stento a rilevare; le linee rosse dinotano le lacune dell'esemplare.

Estratto dal libro 393 dell'Archivio Zucco in Rovigo

Donato ... Bartolo ...

26 1 1889

pregentium statuentes quod per nos et successores nostros ac officiales absoluti et liberati habeantur perpetuo, nec occasione dicti commissi procedi valeat

empti fuerint redditus equivalentes, ita quod Sacerdos possit commode

XXXIII
52

1358. 14 Aprile. Paolo Diotar.

Nos Nicolaus Dei gratia S. Sedis Aquil. Pattha notum fore volumus universis, quod cum miles et nepos noster Franciscus de Savorgnano una cum certis familiaribus et complicibus suis propter certos enormes et nefandos tractatus contra personas suam et plurium consortum suorum factos per q.m Joachinum et Johannem fratres filios q.m Rossetti de Utino adeo manifestos quod non poterant aliqua tergiversatione celari in personam dicti Joachini manus injecerint et ipsum interfecerint, quod dolenter referimus, considerando tamen quod si tractatus hujusmodi ad finem, quod absit, tam nephandi propositi dictorum fratrum Joachini et Johannis deducti fuissent ad destructionem multorum nostrorum et Ecclesie nostre fidelium et precipue Terre nostre Utini et ejus incolarum et civium para... ntur, ac etiam ingentem ejusdem Francisci devotionem et fidelitatis constantiam quam suorum majorum sequens vestigia ad conservationem et augmentum honoris dicte Ecclesie et ad nostram ~~gerit~~ personam gessit et geret dante Domino in futurum, nec non manifesto periculo que non solum ipsi Francisco, qui pro sua atque suorum tutela et liberatione delictum commisit hujusmodi verum etiam suis fratribus et consortibus et toti Terre Utini imminebant, maleus tractatores eodem penam luere quam Terram Utini et totam Patriam subverti matura deliberatione et sapientum fidelium nostrorum consilio prehabitis pro bono statu Terre nostre Utini conservando eidem Francisco suisque familiaribus et sequacibus qui neci prefati Joachini interfuerunt, hujusmodi delictum tenore presentium remittimus et ipsos ac ipsorum singulos ab omni banno et pena reali et personali quod et quam propter hoc incurrissent absolvimus et liberamus, et absolutos et liberos esse decernimus causis et rationibus supradictis ac de nostre plenitudine potestatis. volentes, et tenore presentium statuentes quod per nos et successores ac officiales nostros absoluti et liberati habeantur perpetuo, nec occasione dicti commissi procedi valeat

empti fuerint reditus equivalentes, ita quod Sacerdos possit commode

contra ipsos harum sub nostri appensione sigilli testimonio literarum. Datum in nostro Castro Utini die 14 mensis Aprilis anno Domini 1358 Indictione XI. –

(Trascritto dall' originale che serbasi nella Bibliot. di S. Daniele)

XXXIII
16

1358. 17 Aprile. Paulus Notarius.

In Christi nomine, Amen. Anno Nativitatis ejusdem 1358 Indict. XI, die XVII mensis Aprilis. Cum beate recordationis D. Bertrandus Dei gratia S. Sedis Aquil. Patha, tam Apostolica qua fungebatur, quam ordinaria auctoritate matricem Ecclesiam, tunc sub vocabulo S. Odorici nominatam, de Utino Aquilegensis Diocesis, et nunc sub vocabulo gloriose Virginis Marie nuncupatam, Collegium deinceps esse decreverit, ac ipsius Collegiate Ecclesie S. Marie de Utino Preposituram Ecclesie S. Odorici justa Tulmentum dicte diocesis cum omnibus suis juribus et pertinentiis annexerit et univerit, volens et ordinans quod dicte Collegiate Ecclesie S. Marie de Utino, que tunc per Custodem regebatur, extincto nomine Custodis deinceps per Decanum regeretur de cetero, et quod Prepositus Ecclesie S. Odorici justa Tulmentum qui tunc erat, mutato nomine Prepositi, Decanus supradicte Ecclesie Utinensis de cetero nominaretur: et quod Canonici ejusdem Ecclesie S. Odorici justa Tulmentum sint Canonici Utinenses, atque eidem Preposito et Canonicis S. Odorici cedentibus aut decedentibus eorum prebende in dictam Utinensem Ecclesiam Collegiatam perveniant, et eorum successores assignentur, prius tamen eisdem prebendis adequatis cum prebendis que erant antea in dicta Ecclesia Utinensi, prout hec et alia continentur in Privilegio facto et concesso per eundem Beatum Bertrandum Patriarcham, cujus sigillo pendente munito, et scripto et in publicam formam redacto manu Petri Johannis de Baono Clerici Tarvisini publicus Apostolica et Imperiali auctoritate Notarii, sub Anno Domini 1334 Ind. XI die 23 mensis Decembris, a me subscripto Notario viso et lecto. Nunc

Marcas denariorum Aquilegensium donec per dictam Fraternitatem empti fuerint reditus equivalentes, ita quod Sacerdos possit commode

vero bone memorie D. Francisci de la Turre, olim Preposito dicte Ecclesie S. Odorici justa Tulmentum sublato de medio, Reverendissimus in Christo Pater et D. D. Nicolaus Dei gratia S. Sedis Aquil. Pathe, cupiens ordinata et statuta prudenter per ejus Precessorem feliciter adimpleri, et non valens, tum propter persone proprie impedimentum, tum etiam variis et arduis occupatus negotiis, personaliter dari ordinem in premissis, confidens de circumspecta et oculata prudentia Venerabilis Viri D. Benvenuti de Utino Decani Ecclesie Civitatensis dicte Diocesis, Decretorum Doctoris, et ipsius D. Pathe in spiritualibus et temporalibus Vicarius Generalis, eidem D. Benvenuto ut auctoritate ipsius D. Nicolai Pathe prebendas hujusmodi adequare debeat justa tenorem modum et formam que in dicte annexionis et unionis hujusmodi continentur Privilegio, commisit specialiter et mandavit, et sibi in hoc omnimode tradidit vices suas. Datum et actum Utini in Burgo Glemone. Presentibus Reverendiss Patribus DD. Johanne Spoletano, Petro Concordiensi, Jacobo Feltrensi, et Bellunensi, Johanne Emonensi, Episcopis, Fratre Michaele, Abbate Sextensi et aliis. –

(Trascritto dall' Originale esistente nella Bibliot. di S. Daniele).

XXXIII
47

Fondazione della Chiesa di S. Cristoforo di Udine nel 1338 17. Aprile.

= In Christi Nomine Amen. Cum discretti Viri Candidus Notarius, et Melchior Peliparius de Utino Procuratores, et Syndici Fratternitatis S.ti Christophori in Burgo Glemone Terre Utini propafuerunt construere unam Capellam de novo in dicto Burgo justa puteum ad honorem Dei, et Virginis Marie Matris ejus sub nomine, et vocabulo Gloriosi Christophori Martiris Procuratores, et Syndici ejusdem fraternitatis nomine et vice ipsius postulaverunt devote a Venerabilibus Viris D.s D. Decano, et Capitulo Ecclesie Sancte Marie de Utino Aquilegensis Diocesis, ut pro Dei reverentia .... ad hoc habeant licentiam a Reverendo Patre D.D. Nicolao Dei Gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha concedant eis gratiam et eorum prestent assensum construendi dictam Capellam; super quibus predictis D.D. Decanum, et Capitulum habita deliberatione matura, tandem volentes Fraternitati predicte, quantum possunt favorabiliter complacere, ejsdem Procuratoribus, et Syndicis construendi dictam Capellam sub pactis, forma, et conditionibus infrascriptis per ipsos D.D. Decanum, Canonicos et Capitulum ex parte una, quam predictos Procuratores et Syndicos nomine totius Fraternitatis expresse coram dicto Domino Patriarcha, et ipso approbante, approbatis, et promissis, astantibus eisdem Domino Patriarche D.D. Episcopis infrascriptis licentiam concesserunt; Videlicet quod prius deputetur certa et competens Dos dicte Capelle cum qua Sacerdos sive Capellanus instituendus ibidem substentari commode possit secundum quad est per Sacros Canones institutum, et quod interim duo, vel tres boni Viri obligent se ad dandum ex nunc dicto Sacerdoti, seu Capellano annis singulis septem Marcas denariorum Aquilegensium donec per dictam Fraternitatem empti fuerint reditus equivalentes, ita quod Sacerdos possit commode

substentari

Ad quos prudentes Viri Galidussius q.m Domini Federici de Andreottis de Altino, Melchior Pelliparius predictus filius q.m Odorlici dicti Creme Pelliparij, et Julianus Faber de dicto Burgo se, et bona ipsorum omnia mobilia et immobilia obligantes promiserunt in presentia predicti Domini Patriarchę se annis singulis daturos dicto sacerdoti Marchas septem predictas donec empti fuerint equivalentes redditus, ut est dictum

Concesserunt etiam prefati D.D. Decanus, Canonici, et Capitulum ad preces dictorum Syndicorum, seu Fraternitatis, quod Sacerdos, seu Capellanus dictę Ecclesię potestatem seu auctoritatem habeat audiendi Confessiones infirmorum in dicto Burgo, et absolvendi confitentes, ac eis iniungendi penitentiam salutarem, ac eis necessitatis tempore conferendi Corpus Domini Nostri Jesu Christi necessitate occurente; Videlicet quando non possent absque imminenti periculo ad Majorem, seu Matricem Ecclesiam habere ingressus; et ut dicta Ecclesia, seu Capella decens perficiatur, concesserunt similiter quod omnes oblationes primi anni constructionis dictę Capellę quomodocumque pervenerint convertantur in fabricam et ad fabricam dictę Capellę excepto quod si contingat eandem Capellam consecrari infra primum annum, quod predicti Decanus et Capitulum habeant sicut habere debent anno primo elapso.

Convenerunt etiam quod de oblationibus fiendis per dictam Fraternitatem in Missis faciant sicut placet, sed de oblationibus, quę pervenerint aliunde, medietas cedat ad D.D. Decanum et Capitulum antedictos, alia vero medietas in duas partes dividatur, quarum una Sacerdoti dictę Capellę, ultra dictas septem Marcas, seu redditus emendos deveniat, alia vero pars pro fabrica dictę Ecclesię deputetur.

In super quod Capellanus, sive Sacerdos dictę Capellę per Fraternitatem, seu Syndicos eorum presentetur D.D. Decano, et Capitulo supradictis examinandus per eos, qui si sufficiens fuerit ipsi eundem presentent dicto Domino Patriarchę, vel suis successoribus confirmandum per eundem, seu ipsius successores.

Item sed de Teritorio, ubi dicta Ecclesia construi seu edificari debet solvantur dictis Decano, et Capitulo jure livelli duodecim denarii Aquilegenses, quos olim solvebat Gamberius Faber tunc tenens dictum Teritorium Camerarij dictę Fraternitatis, qui nunc sunt nomine suo et successorum suorum, et totius Fraternitatis obligaverunt ibidem dictos duodecim denarios Capitulo antedicto donec emerint redditus duodecim denariorum persolvendo dicto Capitulo in loco alio competenti. Postremo ad hoc, ut in futurum nulla possit oriri materia questionis coram dicto Domino Patriarcha ordinatis et firmatis omnibus supradictis sic, et taliter est per dictas partes conventum et stabilitum, quod dicta Capella nullam Sepulturam, nec ius Sepulture habeat, nec Capellanus instituendus ibidem possit Baptisma, Eucharistiam, nec Pęnitentias, nisi sicut expressum est, nec alia Sacramenta Ecclesiastica conferre, nec ministrare, nisi infirmis, et in casu expresse et manifestę necessitatis, nec sponsalia benedicere, nec post partum Mulieres ad Ecclesiam introducere, que omnia ad Matricem Ecclesiam pertinere noscuntur; et quod Sacerdos, sive Capellanus, qui pro tempore fuerit, in omnibus subsit Decano et Capitulo Majoris Ecclesię Utinensis, sicut alij Capellani ejusdem Ecclesię, et eis humiliter obediat in licitis et honestis.

Acta sunt hęc Burgo Glemonę predicto in loco, ubi predicta Capella est incoata in qua instanti post hęc idem Dominus Patriarcha cum adherentibus sibi Episcopis infrascriptis primum posuit lapidem angularem anno Dominicę Nativitatis 1358 die 17 Mensis Aprilis, Ind. XI. Presentibus Reverendis P.P. D.D. Joanne Spoletano, Jacobo Feltrensi et Bellunensi, Fratre Petro Joanne Emonensi, Fratre Bartholommeo Caprulano, Fratre Marculino Tergestinensi Episcopis, et Venerabilibus Viris D.D. Fratre Michaele Abbate Monasterij Sancte Marie de Sexto, Joanne Banipoli Canonico Aquilegensi, Martino Varensi Plebano Plebis Sancte Marię de Quadruvio Aquilegensis Diocesis, et alijs pluribus in multitudine copiosa.

S. N. — Suprascriptam Ecclesię Sancti Christophori fundationem in Utino

aliena fida manu eductam ex notis q.m Ser Pauli Notarij penes me existentibus Ego Martinus Merula Doctor, atque publicus Imperiali autoritate Notarius quia legi, et cum originali concordare vidi in fidem, ac testimonium premissorum omnium signum meum cum nomine meo supposui consuetum.

Instrumentum fundationis Ecclesiæ premissæ mediante aliena manu exemplationem ex consimili authentico in membrana existente penes Gubernatores Venerandæ Fraternitatis Divi Christophori

S.N. hujus Civitatis quia concordare invenit rogatus subscripsit et de more signavit. Antonius Martinelli P. V. A. Not. Coll. Utinens.

Utini Die 13 Aprilis 1759. L. D. O. M.

Premissum Documentum ex consimili Aut.co existente in Volumine Documentorum Tom. P.mo pag. 46 in Arch.o P.P. Congregationis Oratorij hujus Civitatis aliena fida manu eductum; et facta collatione concordare inventum sub.t in fidem

Fran.s Lorius P. Not. Coll. Utinens.

Die 2a Augusti 1773.

Tratto da Copia autentica esistente nell' Archivio dell' Ill.a Giuseppe Del Negro in Udine.

1358. 3 luglio XXXII.

Nicolaus Dei gratia S. Sedis Aquil.sis Patrca Dilecto in Xto filio Guilelmo Can.co Veronensi nato Magnif. et Potentis Viri D. Canis grandis de Lascala Civitatum Verone et Vincentie etc Dni generalis Salutem etc etc Nobis pro parte tua fuit humiliter supplicatum, ut cum dilecti Filii.. Archipresbiter. Can.ci et Cap.lu majoris Eccl.e Veronensis nobis et Eccl.e Aquil.si immediate subiecti nuper te elegerint et receperint unanimiter et concorditer in eorum et dicte Veronen. eccl.e Can.cum atq. fratrem ad canonicatum et prebendam vacantes in eadem Eccl.a per liberam renunciationem de ipsis factam per Dil. in Xto Bartholomeum de Quintafoja tunc Can.cum Veronen., electionem et receptionem hujusm. aucte ordinaria confirmare benignius dignaremur. Nos itaq. .... attendentes qd dicte electio et receptio, pro defensione et conservatione juris ejusd. nre Veronen. eccl.e propter genitoris tui potentiam ac tui etiam probitatem ea poterunt ipsi eccl.e utiles et plurimum fructuose, predictas electionem et receptionem de te .... aucte ordinaria ... confirmamus. Mandantes de ipsorum Canonicatus et prebende fructibus .... respondere. In cujus rei testium etc

Datum in Castro nostro Sorphenberch D. iij. M. Julij A. D. Nat. MCCCLVIIJ Ind. XI.

Nicolaus etc Dil.o in Xto Tebaldo Can.co Veron. nato Magn.ci et Potentis Viri D. Canis grandis de Lascala Civit.um Verone et Vincentie etc Domini generalis. Salutem.... XXXIII. Nobis pro parte tua fuit humiliter supplicatum ut cum Dil. in Xto filii Can.ci et Cap.lu majoris Eccl.e Veron.sis nobis et Eccl.e Aquil.si immediate subiecti nuper te elegerint et receperint unanimiter et concorditer in eorum et dicte Veron. eccl.e Can.cum atq. fratrem ad Canonicatum et prebendam vacantes in ead. Eccl.a per mortem Buxoli olim ipsius Eccl.e Can.ci prebendati, electionem et receptionem hujusm. aucte ordinaria confirmare benignius dignaremur. Nos itaq. etc ut supra. Datum ut supra.

Ex Protocollo Guberttini de Novate exist.te apud Rev. D. Petrum Varrani Presbyt. Utinen

---

1351. 25 agosto XXXIV.

A. Dom.i a Nativ.te ejusd. MCCCLI. Ind. iiij. d. 25. Aug. Actum in Civitate Austria in Curia Patrchali, presentibus Nobb. Viris Dno Symone de Castilerio.. Odorlico filio Dni Henrici de Strasoldo. Bernardo de Castellono Cancellario Dominorum de Padua et Alberto q.m S Ducii de Florentia Civitate commorante testibus et aliis Discretus Vir Dnus Johannes Physicus de Aquilegia per se etc fidejussit ... dare et solvere... ducentas Marchas denar.r Aquil.um nomine mutui Beltramo q.m Almerici de Pistorjo securitate recipienti noie et vice Sinibaldi Petri et Bonacorsii fil.r D. Castroni de Bardis de Flor.ia ... pro quib. obligavit etc

Ex abbreviaturis Marci Notarii servatis in Archivo Notar.r Civitatens. Jo: Dominicus Guerra Can.cus Civitaten. exscrip.sit

Olgnarchus de Civ.te Austrie P. Apost. et Imp. aucte Not. scripsi

Novembris. 1358

XXXV.

Magnifici egregiiq. Dñi amici perhonorandi. Pridie vestras ad meas responsivas gratanter recepi Litteras, quibus clare intellectis Vestris egregiis (nuper patrie) duxi significandum Magnificentiis, Quod viarum discriminibus in hac Patria in presentiarum vigentibus per me perpensatis ut secure valeam michi a Serenissimo Communi Domino nostro Dño Rege Romanorum et Ungarie ex imposita sicut affecto executioni mandare deliberavi alio tuto itinere dirigere gressus meos, ex quo vestrarum gentium per me postulata non indigeo scorta, vestris nichilominus egregiis Nobilitatibus summe regratians de liberali ipsius scorte oblatione, cum perinde gratum habuerim ac si eam opportunitate acceptassem. Desiderabam enim valde pro vestra et totius hujus Patrie consolatione prelibati Dñi nostri Regis oretenus certificasse. Cum igitur occasione pretacta meum per Terram vestram iter non existat Prefatis Nobilitatibus vestris notifico, Quod indubie, sicut Deus est Deus, memoratus Dñus noster Rex cum equis ac aliis infinitis Armigeris est in itinere versus has partes veniendo, Qui circa festum S. Michaelis proximum hanc verisimiliter procul dubio manu forti attinget Patriam, de quo minime fallor. Exultamini igitur et vestre comendande constantie et fidelitatis fimbrias viriliter extendite, alios compatriotas vestros ortando aliasque prout vestris prudentibus magnificentiis visum fuerit operando. Memoratus autem Dñus noster Rex me ipsum ob bonam causam precedere voluit, que vobis in brevi non sine ingenti patefiet consolatione. Ceterum hujus gerulum familiarem meum ultra Tulmentum pro nonnullis statum prefati Domini nostri Regis et hujus Patrie concernentibus transmitto, Vestras solita fiducia deprecans amicitias, quatenus velitis sibi de aliquo duce usque ad Spegimbergum providere ut valeat incolumis exequi sibi per me commissa. Paratus ad queque vobis grata pro posse. Datum in Civitate Austrie die xxv Septembris

S. N.

Brunorius de la Scala Verone et Vincentie &c.
Imperialis Vicarius Generalis

A Tergo

Magnificis egregiisque Dñis .... Capitaneo
Decem Deputatis ad Regimen, Consilio et
communi Terre Utini amicis honorandis

Ex Autographo quod asservatur
in Tabulario Magn.ca Civitatis Utini

Egregii et nobiles Amici carissimi. De novis per presentes Nobilitatibus vestris duxi intimandum quod ut per nonnullos de Villa Azzani mihi constat decretum. Morandus de Purliliis consors meus conatur et laborat ire et ipsam Villam Azzani subire causa se fortificandi cum gentibus quas habet, que gentes sunt in numero 70. lancee et equorum 33. qui in Villis Savorgnani et Bagnarolle, ut alias vobis scripsi applicuerunt. Ea propter mihi videtur quod si cum gentibus vestris venietis repertum ipsas modicas gentes obtinebitis fine per vos diu peroptatum, judicans quod ut retulerunt mihi ipsi Azzanenses magis contentantur Gentes Sancte Unionis illic fortificari, quam Gentes Paduane. Quod de levi cum hominibus ipsius Ville possitis exequi, demum ibidem paucis gentibus dimissis et si hoc fuit, habetis victualia de Prata et Portusnaonis ad sufficientiam et obtinetis presentanee bonum situm Portusgruarii medium Valvason cum toto gualdo et de levi poteritis reduci ad obedientiam Unionis prelibate; de gentibus vero et novis aliis occurrentibus significo, quod ut habeo ab exploratore meo Castrum Francum delegato, Dominus Arcanus extitit Bassianum cum lanceis 11., Ugolinus de Cisterniis Cittadelle cum lanceis centum et Joannes Azzonis cum aliis gentibus Padue, Montagnane, que Gentes quamplurimum dubitant de transitu Gentium predicte Unionis ad partes Tarvisanas, ut possumus percipere, eadem nova in forma percepta ab aliquo exploratore meo delegato. Ceterum Nobilitates Vestras deprecor instantissime quatenus facta mea vobis nota habeatis celeriter recomissa, scientes quod sumptus pro manutentione Castrorum Sacili et Canipe nullatenus valeo supportare et etiam mittere Nuntios hinc inde nisi mihi providebitur. &c.

Datum Sacili 8. January Indict. IX.

Jacobutius Co. de Purciliis Capitaneus Terre Sacili

A Tergo — Egregiis et Nobilibus Viris DD. Michaeli Justiniano, Jacobo Fraderico Petro Mauroceno Hon.dis Provisoribus, necnon Egr.iis Viris Dnis Phederico Milite de Savorgnano, et quinq. rectoribus Deputatis per Consilium Utini ad Regimen Patrie Amicis Carissimis

ex Authographo existente in Archivio Magn.ce Civitatis Utini.

Novembris. 1358

XXXVII.

Amici Carissimi noveritis Nos pridie vobis scripsisse nos ex Ducalis Dominij mandato Nos Portum Latisane ire debere ubi heri sero applicuimus, sicq. invenimus Nob. et Sap. Viros D. Petrum Quirin pro Ducali Dominio et Pelegrinum de Cavolongo pro Magn.co Domino Verone qui pro eorumde parte nobis dixerunt. Quod predicti Ducale Dominium et Magn.cus D. Verone multum de nobis conqueruntur quod nos pacta eisdem promissa hucusq. non attenderimus licet hactenus nobiscum leviter transiverint, sed modo cum expedit omnino tam propter damna Patrie Fori Julij, quam etiam maximas enormitates et damna ob Patriam Magn.co Domino Verone illata per Dominum Padue, similiq. mercede reddenda habere intendunt omnes Taleas Patrie nostre, ubi eisdem promissum fuit cum bene nobis pacta promissa attendiderint et Libertatem nostram defendiderint et Patriam toto posse, volentesq. scire pro quibus deficiet et quibus non, predictas Taleas parari facere ad Mandatum Jacomutii de Porciliis Capitanei gentis nostre esse, ipsumq. cum predictis Taleis nostris equitandum ad ipsius Domini Padue damna et destructionem et Patrie nostre ubi ei videbitur defensionem, cum gentes forenses que ad presens in Patria sunt omnino expediat Magn.cum Dnum Verone habere ad destructionem et damna ipsius Dni Padue, completaq. ipsius intentione cantum Lanceis et .... et tot quot expediet, si expediet Patriam nostram defensuros. Et ideo vos instanter rogamus ut super petitis ordinem talem ponere velitis quod quam citius fieri potest executioni mandentur, ut eisdem videat nos habere eandem affectionem et legalitatem quam hactenus ostendimus et habere quod si non feceritis nobis et Patrie nostre ad magnum damnum et destructionem cedere posset. Nobisq. de premissis indilate responsionem date cum eandem etiam potius habere intendant.

Dat. Portus Latisane 19. Martii

Jacomutius Co. de Porciliis Capitaneus gentis Lige nostre Federicus di Savorgnano

A Tergo Prudentibus et Circumspectis Viris quinq. Deputatis de Utino ad regimen Patrie Fori Julij Amicis, ut Fratribus Carissimis

[redacted].

// ex Processu signato V. fol. 38. in Officio Cancellarie Magn. Civitatis Utini existente

„ Ex Codice M-S. chartaceo in Folio ut loquuntur, cujus principium „
„ desideratur, in quo descriptæ sunt electiones eorum qui diversoria „
„ et comeatus pararent cum Utinum venit Carolus IV. Imperator „
„ Anno post Virginis partum Tercentesimo sexagesimo octavo „
„ supra millesimum | Et cum Carolus Dux Dyrrachij Ungariæ, „
„ Regis Legatus cum alijs Principibus Varijs advenit in M°. CCC°. LXXIX°. Des= „
„ cribitur etiam Rei Frumentariæ copia &c „

Super hospicijs electio // Extat In Archivo Civitatis Utini

&c

„ Nomina Electorum omittuntur „

„ Deinde recensentur singulæ domus in quibus excipiendi erant „
„ hospites et equi; in quarum descriptione non immorator, cum „
„ sint tantum puera (?) pæne Nomina, exceptis ijs quæ mox addo „

In foro novo

&c

In Burgo Glemone

&c

In Quinterio Fori Veteris

&c

Dnus Jacobus de Glemona pro D. Cancellario D. Imperatoris

In Quinterio Burgi Aquileie

Dnus Johannes de Monticulis } In primis Dnus Johannes Vicarius pro Dno Episcopo Tridentino quem Idem Dnus Johannes in domo sua recepit cui deputata est domus olim solite habitationis Jussani pro equis . — — XL.

Dnus Leonardus Vicarius } Item in domo sua recepit Dnum Episcopum Paduanum cui deputantur stabula: &c

Dnus Azilinus) Item in domo Dnorum Azilini et Helie pro Dno Paduano stabula

&c

Infrascripti sunt Principes et Barones hospitati

Imperator et Imperatrix, Filia dni Imperatoris) in Palatio majori superiori &c

&c

Dnus Episc.

Novembris . 1358

Dnūs Episcopus Paduanus et Dnūs Franciscus Patraç Poeta Laureatus } Item predicti in domo Dnī Georgij Vicarij in Rauseto

&c

Dnūs Paduanus Franciscus de Cavaria } Item predictus in domibus Dnōrum Francisci, Castroni, et Federici de Savorgnano

S. N.

1379.

In Xp̄i nomine amen. Anno a Nativitate ejusdem Dnī Millesimo Trecentesimo septuagesimo nono, Indictione secunda. Infrascriptus est totus ordo observatus in Terra Utini, quando Serenissimus Dnūs Karolus Dux Duracij tenens in hac parte locum Regie Majestatis Ungarie Utinum venit, et cum eo venerunt Magnifici Dnī Nicolaus Palatinus Regni, Petrus Zudar Comes, dux Rusie, et Jacobus Spairy Magister et Judex Curie Regalis de Ungaria. Et quando fuit celebratus tractatus super pace inter Venetos &c et adfuerunt Ambaxiatores Januensium, Dnī Paduani, Dnī nostri Patriarche Aquilegensis, Ambaxiatores Dnī nostri Pape, Comunis Florentinorum, Dnōrum Ducum Austrie, et alij multi Barones, Nobiles, Magnates, et Milites &c Qui Dnūs Karolus aplicuit in Terra Utini die VIIJ° Augusti

Primo electi fuerunt tres pro quolibet quarterio &c &c

XXXIII
49

1358. 11 Novembre

Reclamo di Giotto degli Abati Priore di S. Antonio di Vienna in Venezia al Com. di Udine, contro il Capitolo Udinese per danni e insulti fatti alla Chiesa di S. Antonio di Udine —

De mandato olim bone memorie Reverendissimi in Christo Patris, et D. D. Nicolai Sancte Sedis Aquilejensis Patriarche dignissimi eo personaliter et cum multitudine quam plurimorum Episcoporum et aliorum Rev. Virorum et Dominorum existente, ac primum, et benedictum lapidem cum multis Sanctorum Reliquijs manualiter ponente, prout vestra Dominatio per bene novit, fundata, ac sumptibus Beati Antonij Vienens. proprijs, et sui ordinis de novo creata, ac per me fabricari facta in Terra vestra de Utino Ecclesia in honorem et consolationem omnium Utinensium, et totius Foroiuliensis Patrie, et augmentum totius Catholice fidei, et Sancte Ecclesie Aquileiensis sub vocabulo et patrocinio dicti Beati Antonij. Nec non extirpatis inde malis et inhonestis fratribus meis, et illorum loco aliis bonis, et honestis, et sufficientibus predicatoribus, Viris religiosis pro consolatione vestra, et salutem animarum vestrarum substitutis. Canonici et Capitulum Ecclesie Sancti Odorici de Utino cum omni Clero suo ad dictam nuper Ecclesiam accedentes, ipsam devastare, et destruere minati sunt jam inceptam in non modicum detrimentum animarum suarum, et vilipendium totius Catholice fidei, et Ordinis dicti Beati Antonij Viennensis, et turbationis devotionis et consolationis vestre, et Difamationem nominis et Persone supradicti D. Nicolai Patriarche. Quare precibus, quibus possum, supplico Dominationi vestre quatenus ob reverentiam Omnipotentis Dei et B. Antonij, et olim dicti Patriarche vestri, ac in bone memorie olim Patriarche Beltrandi, cujus fundationis dicte Ecclesie primus verborum motor fuit, dignemini, et velitis contra dictos Canonicos, et Capitulum et Clerum dextera vestri auxilij et Consilij extendere, et erigere taliter, ut talia, nec similia contra destructionem dicte Ecclesie, amplius audeant attentare, saltem usque, et ob reverentiam Patriarche venturi.

Datum Venetijs in Monasterio dicti B. Antonij. Die XI Novembris. 1358

Fr. Ciotto de Abbatibus de Florentia
indignus Prior Monasterij prelibati.

A tergo. Nobili et Potenti D.D. Francisco de Savorgnano, ac Nobilibus et Sapientibus Viris Dominis Capitaneo, Consulibus, et Comuni de Utino Foroiulien. Dominis et amicis carissimis.

L. S. M. Antonius Fiducius Magnificae Comunitatis Utini Cancellarius ex originali in ipsa Cancellaria existente manu sua.

Concordat cum consimili authentica existente penes Rev. P. Agricolam Agricola Congregationis Oratorij hujus Civitatis, in cujus rei testium rogatus subscripsi et signavi. Ego
S. N. Antonius Martinelli P. V. A. Not. Coll. Utinens.
Utini die 15 Aprilis 1759. L. D. O. M.

Premissam Epistolam ex consimili Autentica existente in Volumine Documentorum Tom. I pag. 28 t. in Archivo PP. Congregationis Oratorij hujus Civitatis aliena fida manu exaratam, et facta collatione concordare inventam subscripsit in fidem

Franc.s Lorius P. Not. Coll. Utin.
Die 2. Augusti 1773.

Trascritta da copia autentica nell' Archivio dell' Ab. Giuseppe Del-Negro.

Ludovicus Dei Gratia Sanctę Sedis
Aquilejensis Patriarcha.

Fideles Carissimi fidelitati, et dilectioni vestrę intimamus ad gaudium, quod illo propiciante a quo omne datum optimum, et cuncta bona procedunt Sanctissimus Pater, et Dominus noster Dñus Papa die hesterna videlicet decima presentis mensis Nos de Coronensi Ecclesia ad Aquilejensem Ecclesiam transtulit, et eidem Ecclesię in Patriarcham profecit, et Pastorem, ipsam Ecclesiam Nobis plenarie conferrendo. Quare fidelitatem urām attente requirimus, et hortamur, quatenus circa conservationem terrarum, locorum, et bonorum nostrorum, nostręque antedictę Ecclesię, et circa statum totius Patrię, vos totis viribus, et posse exhibeatis promptos, et solicitos, ut speramus, cognoscentes quod in brevi penes vos personaliter erimus Domino concedente, tamen deliberavimus premittere nostros ad partes Vicarios Generales quibus parere, et obedire curretis efficaciter tanquam nobis

Dat. Avinioni Die XI: may: 1350: (1359)

A tergo) Dilectis Fidelibus nris Provisoribus, Consilio, et Communi Terrę Utini:

Joannes Dominicus Salamonius Cancell.s mag.ce Communitatis Utini Sub.t et sigillavit.

Ex Processu S: ad pag: 85 – exist.e in Canc.ria M.ca Civit.s Utini me.de alia manu exempl.m ejusdem Canc. Alex.o Brunelleschi, atq; subscr. et sig. in fidem
Utini die 15 Jan. 1739

1359. 9. 7bris) INVESTITURA DNI DVCIS AVSTRIÆ DE CASTRO ET VILLA VILL'ALTÆ ET VILLA ZVKONIKI IN PERSONA DNI FRANCISCI ET FILIOR DE VIL'ALTA.

Nos RODULFUS DEI gratia Dux Austrie Stirie et Carinthie Dnus Carniole, Marchie ac Portusnaonis etc Presentibus

n.° 55 profitemur quod nos pensata probitatis constantia nobilium subscriptor Francisci de Vill'alta, Joannis, Tolberti, et Mathei fratru iam dicti Francisci filior TURRIM, CASTRUM, et fortilitia Vill'alte cum omnibus suis iuribus et pertinentijs et ipsa villamaltam cum Villa dicta ZuKonik et cum omnibus suis pertinentijs et iuribus in Pathu Aqleiensi sita ipsis de speciali gratia eorumque heredibus duximus conferenda quidquid ipsis de iure in eis conferre potuimus et debuimus iure pheudali tenenda et habenda iuxta terre consuetudinem approbatam. Saluis tamen iuribus nobis atque fratribus nostris in prefatis bonis competentibus, Harum testimonio litterarum. Dat Vienne nona die Septembris anno Dni MCCCLIX

Dnus Dux.

12

Anno 1359. 9 7bre

Investitura del Castel di Villalta data da Rodolfo Duca d'Austria, a Fran.co, Giovanni, Tolberto, e Matteo fratti, Figli di Fran.co di Villalta.

In Christi nomine Amen. Mill.o Tricentesimo quinquagesimo nono Ind. duodecima die penultimo Mensis Septembris in Tricesimo ante domum Dni Federici de Fontebono rectam per Prizanolum de Palude.

1359 30 Sett. Sequestro dei proventi del Castaldo di Buja per ordine del Patriarca Lodovico.

Presentibus Nicolao de Collo de Brampergo, Guigelmo dicto Bizogna de Fregelaco, Mario Fabro q. Nicolai, Martino Stuke deloto de Bilins, Cosa Fabro illius loci, Marcutino de Tricetimo testib., et aliis pluribus.

Alexander dictus Sander q. Beltramini de Tumetio tamquam Castaldio Buye voluit, et contentavit coram dictis testibus et me Notario infrascripto cum Osualdo Castaldione Tricesimi nuncio speciali Reverendissimi in Christo Patris et Domini Dni Lodoyci Patriarche Aquilegensis, quod eius ficus et proventus, redditus et iura in Castaldia Buye pertinentia ipsi Castaldie sint sequestrata et maneant apud Massarios expensis dicti Dni Patriarche, et ad petitionem dicti Osualdi nomine dicti Dni nostri Patriarche usque ad beneplacitum dicti Domini nostri Patriarche.

Premissum documentum de notis q. Pantaleonis Notarij de Tricetimo aliena manu eductum subscripsit in fidem Joannes Bapta Ioninus P.t V.A. Buie Notarius. die 24. Xbris 1742.

1359 Inuentarium cum extimationibus quod conseruo pro

20 Oc. notam de omnibus clanodijs, jocalibus et rebus
q.m Bone memorie Dni Nicolai Aquilegen. Patha datis et assignatis Dno Apostolice Sedis Collectori per Reuerendissimum in Christo Patrem et Dnum Dnum Ludouicum Dei Gratia Sancte Sedis Aquilegen. Patham.

In Christi Nomine Amen.

Infrascripta sunt Clanodia, jocalia, et res que fuerunt q.m Dni. Nicolai Aquilegen. Pathe date, et assignate per Rmum in Christo Patrem et Dm Dni. Ludouicum Dei Gratia S: Sedis Aquilegen. Patha Ven. in Christo Patri et Dno Dno Geraldo Abbati S.ti Georgij Maioris Venetiarum, nec non Apostolice Sedis Collectori, et Nuntio speciali ad huiusmodi omnia recipienda per Dnum Summum Pontificem specialiter deputato.

In primis una Nauicula argentea deaurata ad tenendum Thus sine coopertorio ponderis Unciarum . XX . et media, extimata Ducatis — . X .

Item unum Pomum Argenteum deauratum ad calefaciendum manus ponderis medie Marche et Unciarum $1\frac{3}{2}$ extimatum — — — — Ducatis — . VII $\frac{3}{2}$

Item Capa una rubea de Samito antiqua extimata — — — — Ducatis — . XV .

Item

Item Cape tres rubee de Veluto extimate.
— — — — — — Ducatis — cxv.

Item Pissis una Cristalli cum pede argenteo
extimata — — — Ducatis — viii.

Item Capsuletta una argentea cum Armis de
Colugna ponderis Unziarum .V. extimata
— — — — — — Ducatis — iiij.

Item Capsuletta una Argentea cum Lapidibus, et
Reliquijs olim data per Ser Dinum
Malaperam, extimata —— Ducatis — .xv.

Item Capsuleta una Argentea deaurata cum
Smaltis ad tenendum Crisma, et Oleum
Sanctum ponderis Marcharum .ij. et Unziarum.
iij $\frac{1}{2}$, extimata — — — Ducatis — .xvi.

Item Duo Botacij argentei parui cum Catenis
argenteis deauratis ponderis Marcarum
quinque, et Unziarum .vii.. extimate
— — — — — Ducatis — .xxxviiij.

Item Brachium S.ti Blasij Argentei deauratum
cum pede Argenti deaurati ponderis Unziarum.
lxxviiij. quod habuit Dnus Patha.

Item Angelus Dni Argenteus deauratus cum Alis
Argenteis, et cum Armis Dominorum Imperatoris
et Regis Francie ponderis Marcharum. iiij.
et Unziarum. iij $\frac{1}{2}$ extimate — — —
— — — — — Ducatis — .xli.

Item Sanctus Abvenundus Argenteus deauratus
cum Baculo Argenteo deaurato, et tenens
Digitum S.ti Nicolai ~~in manibus~~ ponderis
Marcarum quatuor, et Unziarum: iij. extimato
— — — — — — Ducatis — .xl.

Item

Item Capa una viridis de Veluto cum Armis Lucimburgi, extimata — — Ducatis — XXV.

Item Una alia Capa de Veluto eiusdem coloris, extimata — — — Ducatis — XX.

Item Capa una de Serico que fuit q: Abbatis Sti Prosperi extimata — — Ducatis — X

Item Manutergium unum de filo laboratum cum Aquilis modici valoris.

Item Brachium Sancti Viti de Marano argenteum deauratum cum pede et Cecta parua argentea deaurata, que Cecta ponderauit ~~dicta Cecta~~ Unziar: X. et mena et extimata — — — Ducatis — X.

Brachium vero ponderauit sine Cecta Marchis VII½, quod habuit Dnus Patha

Item ~~buq~~ Brachium Sti Bartholomei argentei deaurati cum pede ponderis Marcharu XI. et Unziar. IIII½, quod habuit Dnus Patha.

Item Cetus unus de Veluto rubeo et de Serico extimatum — — Ducatis — L.

Item una Casula ^Secunda Capsa^ de Serico olim Dni Abbatis Sti Prosperi, extimata — — Ducatis — VI.

Item Tunice due blaui coloris pro Diacono et Subdiacono extimate — — Ducatis — VI.

Item Casula una de Panis laboratis cum filo aureo cum Tunicis Diacon, et Subdiacon, extimata — — Ducatis — C.

Item

Itē Baculus unius Pastoralis q.m Dni Patha
argenteus deauratus, diuisus in sex
petias, ponderis Marcharū xviiij. et
Vnz: vij. extimat. – – Ducatis – C
vj. x.
Itē Cupa una parua argentea deaurata
cum pede ad portandum, Corpus Christi,
ponderis unius March., et unius Vnzie
extimata – – – – Ducatis – viij.
Itē Cape due Albe de panis serici qua
una fuit extimata – – Ducatis – xliij
altera vero q. dr̄ spectare ad Capitulū
Aquilegen.
Itē Crux una argentea deaurata ornata
Perlis, et Lapidibus ponderis Marcharū
xiiij, extimata – – Ducatis – cxl.
Itē Parasicula duo parua argentea deaurata
ad modū trasconū cum Armis Domin.
Imperatoris, et Ciuit. Aquilegen., ponderis
duarū Marcarū, et unius Vnzie . . .
. . . . extimate – – – Ducatis – xvij.
Itē Monstrancia una argentea deaurata
cum Cristallo, et Reliquijs quam dedit
Iohanolus, ponderis Marcharū .v$\frac{2}{2}$.
extimata – – – – Ducatis – xxxv.
Itē Monstrantia una argentea deaurata cum
Reliquijs quem dedit Dnūs Rex Ungarie,
ponderis March. vij$\frac{2}{2}$, extimata Ducatis – l.
Itē ~~cortine~~ petie tres unius Cortine de
Sindone rubea, extimate – Ducatis – xx.
Itē Capa una de Veluto coloris Capilorū
extimata – – – – – Ducatis – xx.

Item petiae sex pani samiti sup. macia galli
Coloris extimate — — — Ducatis — xxx.

Item Pani duo laborati ~~auro expositati~~ cum
imaginibus aureis de Floretia qui ponunt[ur]
ante Altare extimati — Ducatis — cclxx.

V. — Tertia Capsa

Item Imago Beatae Virginis de Alabaustro
cum Corona Perlea modici valoris.

Item Turibulum unum argenteum ponderis
Marcharum quatuor et media extimato.
— — — — — — Ducatis — xxx.

Item Petia una Veluti rubei ante Altare
extimata — — — — Ducatis — xi.

Item Pes unius Cope argenteus deauratus
~~Unziarum et unius quarti~~ extimata Ducatis — ~~ii½~~ i.

Item Monstrantia una argentea deaurata cum tribus
cristallis in quibus sunt Reliquiae ponderis
sine cristallis Marcharum vii. et Unziae
v. — [illegible] — extimate — — Ducatis — C.

Item Costa Sancti Donati argentea deaurata
~~ponderis~~ cum pede inferiori sine medio
ponderis Marcharum vii½ quam habuit
Dnus Patha — — [illegible]

Item quodam medium argenteum deauratum
V. quod imediate ponitur inter Costa et
pedem ipsius Coste

Item Aquila argentea deaurata cum perlis et
lapidibus ponderis Unz: xvi. extimata
— — — Ducatis — xx.

item Pes parvus parve Crucis argenteus deauratus ponderis Unzie iij et unus quartus, extimatus — — — Ducatis — iij $\frac{3}{4}$

alibi — item Alba una cum stola et Manipulo

item Palius unus de Vario qui fuit Ioannis de Sancto Paulo, extimatus — Ducatis — viij.

alibi — item Una Alba cum Fulcimento Stole, Manipuli Cinguli, et Humialis

item Caput Sancti Laurentij argenteum deauratum ponderis Marcharum xviiij $\frac{1}{2}$, quod habuit Dnus Patha.

alibi — item alia Alba cum stola et Manipulo cuius tres Albe predicte cum Fulcimentis extimate — — — — — Ducatis — x.

item Capa una antiqua laborata cum Filo Aureo extimata — — — — — Ducatis — x.

item una Capa non Completa de Veluto rubeo que fuit de Clamide Dni Pathe extimata — — — — — — Ducatis — xxxi

item Petia una Sindonis rubee antiqua et una alia petia — — — — Ducatis — iij

Quarta Capsa

item Cornu unum circulis Argenti, et cum quatuor pedibus, ac Aquila Argenti, extimatum — — — — — — Ducatis — xxx

item Pannus unus aureus ad Altare, extimatus — — — — — Ducatis — viij

item Dalmatica una, et Stricta una Alba de serico pro persona Dni, extimata Ducatis — viij.

item Copertorium una ab equo de Veluto rubeo duabus petijs non compleata, extimata — — — — — — — Ducatis — xvi.

Itē Casula una Sindonis zalle fodrata
Sindone rubea extimata — Ducatis — xv.
Itē Caput Sancti Felicis argenteum deauratum
ponderis Marcharum xxvij ½, quod habuit
Dnus Patha.
Itē Capa una ornata auro, extimata
— — — — — — Ducatis — xxviiij.
Itē Modicum panni de veluto rubeo exti-
mato — — — — — Ducatis — . x.
Petia sindonis supvascripta, et istud
modicum de veluto extimato — Ducatis iij.
(ad ponendum ante Altare.
Itē Crux una lignea coperta argento
cum pomo de vatro quam dedit Pleba-
nus Glemonę, extimata — Ducatis — xxx.
Itē Apparamentum unum rubeum Cottidianum cum fulcimento
Itē Caput Sti Paulini argenteum deauratum
ponderis Marcharum xij ½ quod habuit
Dnus Patha.
Itē Casula ~~una nova non~~ Completa coperta — in quinta capsa
Perlis extimata — — — — Ducatis — . lxx.

Itē Ampulle due argenteę ponderis unziarum
tredecim, extimate — — — Ducatis — viiij.
Itē Corporalia duo in media bursa de Sindone
laborata auro, extimatis — — Ducatis — ij.
Itē Unum Rationale in duabus petijs laboratū
auro, et Perlis, et cum Campanellis et Pomis
argenteis parvis pendentibus, extimatū Ducatis — iiij.c.x.
Itē Petia una Sindonis rubeę, extimata Ducatis — ij.

Item Capa una magna Dñi cum imaginibus
laboratis cum auro, et Perlis ...
extimata — — — — Ducatis ... C.

Item Alba una cum stola, Manipulo, ...
et cingulo extimata — — Ducatis ~~xxvij~~ .xij.

Item Casula, Dalmatica, et Tunica de Veluto
rubeo pro Dño, extimat. — — Ducatis — .CXXV.

Item Una Crux cum pede argentea deaur-
ata quam dedit D. Franciscus de Castracanis
de Lucha ponderis Marcharum .V½. extimata
— — — — — — Ducatis — .xliiij.

Item Casula, Dalmatica, et Tunica de veluto
rubeo coloris extimata — — Ducatis — .xxviij.

Item Cortina una de pano auro extimata
— — — — — — Ducatis — .xl.

Item Unus parvus panus de Serico pro Catedra
Dñi, extimat. — — — Ducatis — .medio

Item unus Annulus Balassi de auro ponderis
caratorum .xlv. extimatus Ducatis .CCC. — iiij.

Item unus alter Annulus auri cum Balasso
ponderis Caratorum .xviij. extimatus Ducatis — .CXX.

Item Unus Annulus auri cum lapide Smeraldi
extimatus — — — — — Ducatis — .C.

Item Unus Annulus auri cum Saphiro quad-
rato, extimatus — — Ducatis — .XXV.

Item Unus lapis Saphiri sine Annulo
extimatus — — — — Ducatis — .xlv.

Item Unus Annulus auri cum Saphiro,
extimatus — — — — Ducatis — .xij.

Item Unus Annulus cum Balasso, extimatus
— — — — — — — Ducatis — .xx.

Item Unus Annulus auri cum Rubino extimat.
— — — — — — Ducatis — .xv.

Itē Unus Annulus auri cum amatisto
extimatus — — — — — Ducatis — . ij.

Itē Unus Balassus cum Annulo, extimatus
— — — — — — — Ducatis — . iij.

Itē Unus Annulus auri cum Corniola,
extimatus — — — — — Ducatis — . j.

Itē Annuli . iiij. sine lapidibus extimati.
— — — — — — Ducatis — . iiij.

Itē Unus Añulus auri cum Diemant.
extimatus — — — — — Ducatis — . x.

~~Itē Una Corniola cū duabus perlis, et modico
argent. — — — — — Ducatis — . iij.~~

Itē Unum Pectorale paruū de auro cum
duabus Perlis — — — — — Ducatis — . iij.

In Sexta Capsa.

Itē Supravestis una cum scuto veluti
laborata auro in Armis Aquilegens.
Eccl̃e, et de Lucinburgo, extimata.
— — — — — — Ducatis — . xij.

Itē Scach . xvi. de Ambris, et xvi. de
Tavellis sine tabolerio, extimat. Ducatis — . x.

Itē Unum par Cirotecarū Pontificalium
cum Agnus Dei de Perlis paruis;
extimate — — — — — Ducatis — . vi.

Itē Una parua Crux argentea deaurata
cum aliquibus paruis perlis, extimata
— — — — — — — Ducatis — . ij.

Itē Unus Annulus Argent. deauratus Ponti-
ficalis que D. Collector dedit Dñō Episcopo
Caprolano in Comenda. — — — — — p.

Itē Mitra una Cum Perlis, et duabus lapid-
ibus vitreis que fuisse dicitur q.m Abbatis
S.ti Prosperi data per Dñū Collectorem

Itẽ Cirotece duo antiqui cum duobus
Smaltis de Argento, extimati — Ducatis — . iij.

Itẽ Crux Sancta parvula de auro cum
octo Perlis, et cum catena parva
auri, extimata — — — — Ducatis — . xxj.

Itẽ Mitra una cum Perlis, et Lapidibus
ornata, extimata — — — Ducatis — . vij.c xx.

Itẽ Una Tabola de ligno cooperta desuper
cum Foleis argenteis cum octo ossibus
Sanctę Felicitatis, et Septem Filiorum
spect. ad Ecclam Aquilegensem, quam
habuit Dñs. Patrẽ et extimatũ fuit
argentum dicte Tabole Marchas — . ij.

Itẽ Unus Calix cum Patena Argenteus
qui ~~spectat ut fertur~~ Eccle Aquilegen.
ponderis ~~Unius Marche~~ Unziar. . VI. ~~septem et media~~ extimatus — Ducatis — ~~xij~~. iiij. $\frac{1}{2}$

Itẽ Unum Altaris Maticũ ~~marmoreum~~ cum
Foleis Argenteis — extimatũ — — Ducatis — . ij.

Itẽ Tres Cape de ~~[illegible]~~ Perlis Marinis cum Circulis
pedibus et copertorijs argenteis deaur-
atis ponderis sine Capis Marcharũ . viij.
et Unzie . iij. extimate — — Ducatis — . xlviij.

Itẽ. Unum Bacile argenteum deauratum
ad vadendum ponderis Marcharum quinque
et media, extimatum — — Ducatis — . xxxiij.

Itẽ Unum Bocale argenteum deauratum
ad fundendam Aquam, ponderis March.
iij. et Unziar. iiij. $\frac{1}{2}$ extimatũ. — Ducatis — . xxv.

Itẽ Una Capiluta lignea cum certis Reliquijs
in quodam panno involutas.

Itẽ.

Item Unum Aurifriscum in duabus partibus
pro fulciendo Casula ante et post
extimatum . . . . . . Ducatis . xv.

Item Cortine due sute simul cum Armis
Dni Imperatoris, et Eccle Aquilegensis
extimate . . . . . . Ducatis . lxxxx.

Item Una Cortina de Panno aureo cum
Armis Imperator. extimata . . Ducatis . lv.

Item Caput Sti Silvestri argenteum deauratu
ponderis Marck. xv$\frac{1}{2}$, quod habuit Dns
Patha.

Item Casula Dalmatica, et Tunica optate
auro, extimate . . . . Ducatis . l.

Item Capa una Veluti rubei cum Armis
Aquilegen. Eccle, et fodrata sindone
violaceo, extimata . . . Ducatis . l.

Item Capella una ferrata parva cum una
stola, et tribus Tazolis.

Item unus pannus antiquus ~~de Serico~~

~~Item~~ duo panni Serici ~~et veluto~~

Item Unus pannus Sirici, et veluti in quo
erant petie quatuor veluti, et quinque
Serici, extimat. . . . . Ducatis . lxxxx.

Item Unus alter similis pannus magis antiquus
extimatus . . . . . . Ducatis . lx.

Item Unus Calix argent. deauratus cum
Patena ponderis unius lb. vij. unzie, et media
extimatus . . . . . . Ducatis . xij.

Item Unum Missale copertum coreo rubeo
vendit D. Pathe pro Ducatis . . . . x.

Item Unum parvum Missale notivum.

Item Due Calige de veluto viridi, et duo candalia deaurata cum uno Cingulo de serico habente Flibam de argento extimat. — — — — Ducatis — C.V.

Item Albe .iiij. cum Stolis, manipulis et Himialis, ac Cingulis, extimat. — Ducatis — xi.

Item Due stole cum Manipulo de veluto rubeo, extimatis. — — — Ducatis — .iiij.

Item Una Cortina de Racio magna longa de .xxx. brachijs vel circa cum ~~Sanctis~~ Imaginis laborata, extimata — Ducatis — . CX.

Item Una parva Cupa argentea, extimata — — — — — — Ducatis — .iiij.

Item Una Navicula de Cristallo extimata. — — — — — Ducatis — .x.

Item ~~Una~~ Credentia cum lapidibus, et cristallo involutis simul in quadam petia extimata — — — — Ducatis — .xv.

Item Unus liber de Offitio Corporis Christi extimato — — — — Ducatis — .j.

Item Unum Psalterium extimatum. — Ducatis — .ij.

Item Liber Sermonum Innocentij Pape extimato — — — — — Ducatis — .ij.

Item Unum aliud Psalterium extimatum — — — — — — Ducatis — .ij.

Item Unum Pontificale extimatum — Ducatis — .iiij.

Item Quatuor liber Istorialis, extimat. — Ducatis — .viiij.

Item Vigintiocto quaterni de Offitio Beate Marie reperta in Sorphumbrgo extimat. — — — — — — Ducatis — .iiij.

Item Unus Romanus in Galica extimat. Ducato — .j.

alibi — Item ~~Unus Calix cum Patena argentea, ponderis unziarum sex, extimato — — Ducatis — iiij ½~~

Item Una Crux parva de auro extimata
— — — — — — — Ducatis — iiij.

Item Quatuor Cusinellis scacati de veluto
extimati — — — — — — Ducatis — v.

In Christi Nomine Amen
Anno Nativitatis eiusdem Millesimo
trecentesimo quinquagesimonono Ind. xij.a
Die. xxa. Decembris. Pontificatus Sanctissimi Patris et Dni Dni Innocentij
Papae vj. Anno vij. Venetijs in Contrata
Sti Severij in Domo habitationis Dni
Collectoris infrascripti. Presentibus Ven.
Viro Dno Fratre Ioanne Abbate Sancti
Nicolai in Litore Venetiarum, Sapiente
Viro Dno Arnaldo Gondoyni Aquilegen.
Cano., Ioanne nato quondam Petri de
Florentia habitatore Venetiarum, Antonio de
Mediolano Domicello, et Familiare infrascriptis Dni Patris, Ameliotto Davidis,
et Guidone de Valentia Domicellis Testibus
et alijs pluribus.
Convenientibus invicem per extimationem et alijs infrascriptis
specialiter peragendis Rdo in Christo Patre et Dno Dno
Geraldo Dei Gratia Abbate Sti Georgij Maioris de Venetijs
necnon Apostolice Sedis Collectore, et Nuntio speciali
ad infrascripta etiam specialiter deputato ex parte
una, et Ven. Viro Dno Ambrosio de Laturre Aquilegen.
Cano., ac Honorabili et Sapienti Viro Dno Ioanne de
Monticulis de Verona Iuris Utriusque Ambasciatori-
bus

et Nuntijs Reverendo in Christo Patris, et Dñi Dñi
Ludovici Dei Gratia Sancte Sedis Aquilegeñ. Patriarche
ad infrascripta specialiter delegatis ut patet habentes
literas ipsius Dñi Patrhe plene constat ex parte altera
prefate partes nominibus quibus supra inter se hoc modo con=
tente extiterunt. Videlicet. quod ad extimationem omniū
Jocalium, clenodiorū, et rerum infrascriptarū que
fuerunt Bone Memorie Dñi Nicolai Aquilegeñ. Patrhe
alias datarū et consignatarum dicto Dño Collectori reci=
pienti nomine Camere, et Sedis Apostolice supradicte per
supradictū Dnum Ludovicum Patrham sub dictis Millesimo
et Ind.e, die .ij.a Mensis Novembris in presentia plurium
Testium et mei Notarij infrascripti iuste, et fideliter
fienda aliqui boni Viri, et non suspecti per utraque parte
eligi, et deputari deberent. Iuxta quam quidem contenta=
tionem prudentes Viros S. Thoma Bonū, S. Marinum
Johannis, S. Castrucius Sacr..am de Lucha, Franciscus
Volpelli de Lucha, et S. Mariū Cicoli omnes Cives seu
habitatores Venetiarū ibidem presentes, et consentientes ad
extimationem concorditer elegerunt. Qui
quidem extimatores ibidem et in instanti delato eis
Sacramento tunc iuravarunt corporaliter ad Sancta Dei
Evangelia tactis Sacrosantis Scripturis extimationem prefa=
tam de Jocalibus clenodijs supradictis et inferius anotatis
iuxta eorū Consientia iuste recte facere ac fideliter
exercere omnibus dolo, machinatione, et fraude in hac
parte penitus a se remotis post quodā Sacramentū
eis traditum ut est dictu nominati extimatores easdem
res clenodia, et Jocalia suprascripto Dño Collectori per

pref.

+ consentientibus et approbantibus dictis presentibus

prefatum Dominum Lodovicum tradita et presenta de Comuni Concordio + extimaverunt, et apretiaverunt ut inferius continetur ipse denique res, clanodia, et vocalia ac extimationes de ipsis facte ut postscriptum est sunt hec + videlicet. In Primis una Xavicula ut in principio presentis quaterni continetur.

Exceptis

Complevi in una edina omnia predicta non inserendo aliquid de hijs que habuit Dnus Patha, set omnia alia.

Complevi in eadem forma pretermissis hijs habuit Dnus Patha

Complevi ut supra pretermissis per Dnum Patham.

Ego Odolricus q.m Andree de Utino Aquilejensis Diocesis Imperiali auctoritate Not.s Publicus postscriptis extimationibus, et alijs superius anotatis presens interfui et rogatus fideliter subscripsi, et publicavi meum hoc etiam signum apposui consuetum

1360 Investiture confermativa di Lodovico Patr. all' Ab. di Moggio

Nos Lodovicus Dei Gratia Sancte Sedis Aquilejensis Patriarcha &c.

Harum tenore notum facere volumus universis, quod ad Nostram veniens presentiam
Dilectus in Christo Filius Frater Guido Honorandus Abbas Monasterii Sancti Gal-
li de Mosio Ordinis Sancti Benedicti Nostre Aquilejensis Diecesis, Nobis hu-
militer supplicavit, quod cum Nostrorum bone memorie Predecessorum concessio-
ne et liberalitate ipse et Monasterium suum obtinuerint, et obtineant ab eis-
dem Nostris Predecessoribus Nobis et Ecclesie Nostre jus plenum Dominium,
cum Garritu, et omnimoda Jurisdictione Temporali, atque Regalia, nec non
merum et mixtum Imperium in Canalibus videlicet Motii, Resie et Scluse,
atque eorum locis, pertinentiis, et confinibus positis in dictis Canalibus ab introitu
Montium versus Venzonum, ubi Currus Mercatorum incipiunt ascendere viam
Montis, ubi Bocca di Carro dicitur appellari, usque ad Flumen Pontebbe inclusive
eundo versus Villacum, et in omnibus Locis, Villis, Strata, Montibus, Vallibus
et Planitiebus positis infra confines huiusmodi contineri dignoscitur, eaque om-
nia Nobis, et a predicta Nostra Aquilejensi Ecclesia in rectum . . . . . et
Nobile recognoscant dignaremur nunc Predecessorum Nostrorum, et presen-
tis Juribus, Regaliis, Jurisdictionibus, Honore, Dominio, ac mero et mixto Impe-
rio solemniter investire: Cuius supplicationibus inclinati, et admittendo fi-
delitatis constantia ejusdem Abbatis, qui se semper ad honorem et commo-
da Nobis et Sancte Ecclesie Aquilejensis promptus exhibuit et sollici-
tum operibus indefessis, eundem Abbatem, et per ipsum ejus successores Nos-
trorum Predecessorum sequentes vestigia coram Nobis genibus flexis, hu-
militer acceptantem, solemniter de predictis omnibus investimus per Gla-
dium et Vexillum, concessiones, largitiones, et Investituras factas per Prede-
cessores Nostros predictos approbantes et Liberalitatem confirmantes, ha-
rum sub Nostri appensione Sigilli Testimonio Litterarum.

Actum Aquileje in Patriarcali Palatio, in Camera predicti Domini Patriarche,
Presentibus Rev. in Christo Patre D. Fratre Bartolommeo Episcopo Capellano.
D. Pagano de Latore Canonico Aquilejensi. Dominis Odorico q.^m D. Henrici
de Strassoldo, Lodovico de Carlevarii de Latore et Federico de Castello, et

aliis pluribus.

Anno Domini 1360. Indictione XIII, die 13.° Januarii

Ego Guadiolus filius Joannis de S.° Vito Imp. Auctorit. Not. et Patriarchalis Curię Scriba prędictis omnibus interfui, et de Mandato prędicti D. Patriarche, scripsi et publicavi rogatus, meumque signum apposui consuetum.

(Tratto dal Vol. VIII p. 415 della Collezione Barnaba)

Lettere di Eg.dio Vescovo Sabinense Legato al Patr. e Vesc. ... beni facendo contribuire.

1361, 27 Septe.

Egidius Miseratione Divina Episcopus Sabinensis, Appostolicae Sedis Legatus. Venerabilibus in Christo Patribus Dei gratia Patriarche Aquilegensi, necnon Mantuano, Mutinensi, Reginensi, Parmano, Cumanensi, Tridentino, Veronensi, Paduano, Vicentino, Tarvisino, Concordiensi, Cenetensi, Feltrensi, et Bellunensi Episcopis, seu Vicariis, aut Thesaurariis suis, vel eorum Locatenentibus, seu Vicegerentibus salutem in Domino. Nuper Sanctissimus Pater, et Dnus noster Dnus Innocentius divina providente Clementia Papa VI pro certis, et arduis Ecclesiae Romanae negotijs, nos ad Lombardiae, et Tuscia Marchiae Anchonitanae Patrimonii Beati Petri in Tuscia Ducatus Spoletani Romandiolae Campaniae, et maritimae ac Massetrabociae provincias necnon Aquilegiensis et Gradensis Patriarchatibus, ac Mediolanensis, Ravensis Januensis, Pisanae, Spolatensis Ragusiensis, Antibarensis, et Jadrensi Archiepiscopatibus, eorumque provincias, et etiam, Sardinie, et Corsicae insulas, ac non nullas alias partes, et provincias in litteris nostris super materia Legationis confectis expressas prout Vos ignorare non credimus cum plano Legationis officio destinavit, et ut hujusmodi injunctum nobis Legationis officium eo plenius atque liberius exequi valeamus quo majori Ecclesiarum, et Ecclesiasticarum Personarum, et etiam locorum subsidio fulciremur nobis exigendi ab Venerabilibus in Christo Patribus Archiepiscopis, et Episcopis, ac dilectis in Domino electis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Praepositis, Archidiaconis, Archipresbiteris, et aliis Ecclesiarum praelatorum Rectoribus, ac personis Ecclesiasticis Secularibus, et Regularibus exemptis et non exemptis Cisterciensibus, Cluniacensibus, Cartusiensibus, Praemonstratensibus, Sanctorum Benedicti, et Augustini, et Camaldulensibus et aliorum quorumcumque Monachorum, et Ordinum ac Magistris Prioribus Praeceptoribus, et Fratribus S. Joannis Jerosolimitani, et S. Mariae Theutonicorum, et aliorum quorumcumque hospitalium sive domo-

rum

rum aut locorum tam exemptorum quam non exemptorum infra nostre
Legationis terminos constitutos procuratores Nobis iuxta nostre Lega-
nis debitos, et quos unus S. Romanae Cardinalis Appostolicae Sedis Le-
gatus de latere mensibus presentibus recipere consueverant et con-
dictores quoscumque appellatione postposita compescendi de Be-
gnitate solita concessit per suas appostolicas litteras plenariam fa-
cultatem Cum autem Nos iuxta Nobis iniunctum appostolicum Manda-
tum huiusmodi legationis officium prout est omnibus manifestum cum
psitus pro viribus prosequendum; et propterea decrevimus prout
iuris et rationis existit pro nostris et familiarium nostrorum co-
modis supportandis oneribus tam a vobis quam aliis prelatis, et Ec-
clesiasticis personis praesentium Legationis nostre predicte similes pro-
curatores pro presenti primo anno, qui die sexta mensis Octobris
presentis fuit, inchoavimus, quas unus Sancte Romane Ecclesie Car-
nalis Appostolice Sedis Legatus de Latere retroactis temporibus
consuevit Anno quolibet sue Legationis durante recipere, et habe-
Reciverere supradicta auctoritate, qua predicta fungimur in hac par-
vobis districte praecipimus, et mandamus quatenus huiusmodi similes
procuratores quos unus Cardinalis Sancte Romane Ecclesie Appostolice
Sedis Legatus de Latere Anno quolibet sue Legationis durante
ut est dictum in eisdem partibus de fructibus, redditibus, et proven-
tibus universis singulorum Beneficiorum Ecclesiasticorum sibi tam
a Vobis quam a Capitulo Vestrarum Ecclesiarum, et universo Clero
et singulis Ecclesiasticis personis Secularibus et Regularibus exemp-
et non exemptis dictarum Civitatum, et Diocesum debitos, et quos
pro tempore Legatus in predictis Partibus recipere consuevit in
numerata pecunia pro dicto presenti anno, qui dante Deo sexta
mensis Octobris qua Romanam Curiam exivimus pro huiusmodi No-
commisso Legationis officio exercendo In quarumcumque part-
praefata predicta appostolica auctoritate qua fungimur in hac
parte

parte vobis, et aliis in prefatis numerata pecunia juxta morem in tali-
bus per supraescriptos S. Romane Ecclesie in dictis partibus Sum de la-
tere Appostolice Sedis Legatos de cujus observatione presentium tenore
imponimus infra quinquaginta dierum spatium a die presentationis
presentium vobis facte computandum, quem terminum vobis, et ve-
strum cuilibet pro primo, secundo, tertio, et peremptorio termino,
ac monitione canonica prestringimus, ac etiam assignamus remoto
cujuslibet difficultatis obstaculo vestris sumptibus, periculo, et fortuna,
et thesaurariis vestris ubicumque infra nostram Legationem tunc
temporis nos esse contigerit, quibus receptionem procurationis pre-
dicte, et quietationem faciendam de receptis committimus per pre-
sentes realiter, et integraliter, ac etiam effectualiter assignetur, si
vero quod absit in solutis defeceritis supradicto vobis omnibus, et sin-
gulis supradictis ex nunc prout ex tunc predicta canonica monitio-
ne premissa ingressum Ecclesie interdicimus in iis scriptis, et si in-
terdictum hujusmodi quod non credimus per VI. dies elapso termino
supradicto animo sustinueritis indurato predicta canonica monitione
premissa vos ex nunc prout ex tunc a divinis suspendimus in his
scriptis, quod si per alios VI. dicto termino, et VI. diebus proximis
predictis elapsis interdictum, et suspensionem hujusmodi duxeritis
sollevandam, quia crescente contumacia crescere debet et pena
supradicta canonica monitione premissa in vos et singulos vestrum
in his scriptis ex nunc prout ex tunc excommunicationis sententi-
am promulgamus, ac vestras, et cujuslibet vestrum Ecclesias supponimus
Ecclesiastico interdicto. Ceterum vobis, et cuilibet vestrum predicta
appostolica auctoritate qua ut premittitur fungimur in hac parte
committimus per presentes, ut Deum habentes pre oculis predictam
solitam procurationem nostram nobis ut dictum est debitam per
vos vel alium seu alios a capitulo, et clero, et aliis supradictis
et singulis eorundem vobiscum sub antiqua contributione in
talibus

talibus computatis consideratis diligenter facultatibus eorundem super
quo vestrum, et cuiuslibet vestrum conscientiam oneramus cum iustis
et moderatis expensis, quas propter hec fieri contigerit, et non alias
nec aliter petere, exigere, et recipere effectualiter valeatis. Nos e-
tiam ex nunc contradictores, et rebelles quoslibet si legitima per vos
aut vestrum aliquem canonica monitione premissa de provocatione
sibi rationabiliter pro rata imposita in prefixo per vos, aut vestrum
quemlibet ex termino in supradicta numerata pecunia realiter,
et effectualiter satisfacere contempserit in his scriptis excomunica-
tionis sententiam innodamus quam si per octo dies animo sustinuerit
indurato eorum Ecclesias, Monasteria, et loca Ecclesiastica in eisdem
scriptis Ecclesiastico supponimus interdicto, ac eorum Capitula, et Con-
ventus suspendimus a Divinis, quarum quidem litterarum nostrarum
et contentorum in eisdem denunciationem, publicationem, et agravatio-
nem vobis comittimus per presentes, et si per alios VIII dies supra
dictos VIII inmediate sequentes in eisdem contemptu, et rebellione
ac contumacia perstiterit ipsos omnes, et singulos tam exemptos,
quam non exemptos volumus contribuere, ut est dictum computatos
per vos vel alium seu alios peremptorie, et legitime citare
curatis ut infra certum terminum competentem ipsis, et cuilibet ip-
sorum vestro arbitrio statuendum singulares persone personaliter
capitula vero per procuratores suos seu sindicos ydoneos compareant
coram Nobis ubicumque tunc temporis nos in nostra legatione
esse contigerit minime super hoc mandatum et beneplacitum nostrum
dicturi. nobis de citatione hujusmodi per vestras patentes litteras
aut scripturam autenticam, facientes planam fidem ut consulte
providere possimus quid fieri expediat vel oporteat in hac parte
volumus tamen quod Vos Patriarcha, et Episcopi pro rata vestrorum
Ecclesiasticorum Proventuum in solutione provocationis predicte
cum supradictis prout retroactis temporibus consuevistis, contribu-

ere

are debentis. Nos autem si amplius quam dictam solitam procu=
rationem, et expensas exigeritis, seu extorseritis ab eisdem, aut
aliquo eorundem, et si prompte vos contingere in solutione non
contribueritis, ut est dictum, aut si contemptuendo fraudem, seu do=
lum aut difficultatem aliquam adhibueritis in premissis vel aliquo
eorundem vos ex nunc prout ex tunc predicta canonica monitio=
ne premissa prout supra est expressum gradatim penas, et sen=
tentias supradictas incurrere volumus ipso facto. Postremo ut supra
premissis omnibus, et singulis adversus Clericos, et personas Eccle=
siasticas supradictas non desit Vobis in hac parte potestas volumus
et predicta apostolica auctoritate committimus per presentes quod
ipsos omnes et singulos qui in premissis contumaces extiterint seu
rebelles ad solvendum procurationem nostram predictam, et con=
tribuendum in ea, ut superius est expressum compellatis vi=
riliter per captionem pignorum illis exceptis que divinis sunt
obsequiis deputatis, et sequestrationem suorum Ecclesiasticorum
proventuum invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii se=
cularis. Porro sub eisdem penis vobis districte precipimus, et man=
damus quatenus presenti nostro Nuncio hujusmodi nostras litteras
deferenti, tres Turonenses argenti singulis diebus quibus prop=
terea in predictis vestris Civitatibus, et Diocesibus morari contige=
rit percipiendos a supradictis Ecclesiasticis personis cum pro=
curatoribus nostris antedictis pro suis expensis solvere ac sibi
de securo conductu cum petierint per vos, et illos ut expedie=
rit providere. Curetis quoque presentes litteras eidem Nuncio
ipsarum latori post earum presentationem per eundem Vobis
factam illico restituatis illesas ipsarum, si eam habere volue=
ritis, copia vestris confestim accipienda sumptibus, et expensis decer=
nentes auctoritate predicta quod prefata copia sive transumptum
presentium manu publica, vel sigillo vestris communita adhi=

per

per singulos valent eisdem presentibus plena fides. Quodque hu-
iusmodi copia, sive transumpti vigore Clerum, et Capitula vestra
predicta, et alias personas in presentibus expressas ad contribuend[um]
obligetur, ut premittitur per censuram Ecclesiasticam, et alia iure
iis opposita remedia compescendi, ac in premissis procedendi sin-
gulaque alia, ut premittitur, faciendi illa vobis, et singulis ve-
strum competat auctoritas, et potestas quod per presentes compe-
tere, ut si forent exhibite, vel ostense. Verum a prefato nostro Nu[n]-
cio recipi facimus iuramentum quod ultra dictos tres Iurones recipere
non presumat. Has autem nostras litteras in fidem, et testimonium
premissorum facimus nostri sigilli appensione muniri. De qua-
rum presentatione nos per nostras litteras, aut instrumentum publi-
cum curatis reddere certiores, alioquin relationi dicti nostri Nun-
cii dabimus plenam fidem. Datum Nicie X Kalendas Novem-
bris Pontificatus Dni nostri Dni Innocentii Pape VI Anno VI

[illegible]

Egidius miseratione divina Episcopus Sabinensis Apostolicae Sedis
Legatus, ac terrarum, ac provinciarum Romanae Ecclesiae in Italia
consistentium Vicarius Generalis Venerabilibus in Christo Patribus Aqui-
legensis et Gradensis Patriarchis, necnon Mantuano, Reginensi, et
Paduano, Tridentino, Veronensi, Vicentino, Tervisino, Cenetensi, Feltrensi
et Bellunensi, Parentino, Polensi, Concordiensi, Tergestino, Coma-
clensi, alias Petenensi, Civitatis Novae, alias Emonensi, Justinopo-
litanensi, Capris Istriae, Castellanensi, Torcellanensi, Equilinensi, Ca-
prulensi, Clugiensi, et Civitatis Novae Episcopis, vel eorum Vi-
cariis in Spiritualibus, ac Thesaurariis Locatenentibus, seu Vices
gerentibus salutem in Domino. Commissa Nobis in partibus istis
Ecclesiae Romanae prosequentes negotia prout fuimus jam annis
pluribus prosecuti, et prosequi ea habentes adhuc in Legatione nos-
tra pro hujusmodi negotiis immorari vos, vel vestrum quemlibet
primo, secundo, tertio, et peremptorie requirimus, et monemus, et
sub infrascriptis poenis Vobis et vestrum cuilibet auctoritate Ap-
postolica, qua fungimur in hac parte tenore praesentium dis-
tricte praecipiendo mandamus, quatenus similes procurationes, quas
Nobis pro duobus praeteritis, et tertio instante annis Legationis
ejusdem Nobis ratione Legationis ipsius persolvistis, seu persol-
vere debuistis pro quarto anno Legationis ejusdem 6.ta Die
Mensis Octobris proximi futuri incoando, pro qua procuratione
ipsius Vobis et Clero vestro juxta morem imponimus per prae-
sentes tempus impositionis hujusmodi ob graviora solito Nobis
propter malitiam temporis incumbentes expensas ex necessitate
anticipare coacti, infra LX. dierum a praesentatione praesentium,
de qua Latori earum Nuncij nostri ad hoc jurati relationi
dabimus plenam fidem computandorum Thesaurariis nostris, qui-
bus praecipue hujusmodi receptionem et exactionem Vobis de-
puta-
us

per eos nomine nostro super inde fiendam per praesentes committimus
in Civitate Anconae, vel alibi ubicumque infra Legationem nostram
nos tunc esse contigerit vestris expensis periculo, et fortuna reali-
ter, et effectualiter persolvatis a Capitulis vestris, ac Universo Clero
et personis Ecclesiasticis, Saecularibus, et Regularibus, exemptis, et
non exemptis vestrarum Civitatum, et Dioecesum cujuscumque Or-
dinis, et Religionis existant juxta morem ab antiquo in similibus
servari consuetum cum justis, et moderatis expensis, quas propte-
rea fieri contigerit per vos, vel alium recipiendas, et etiam exi-
gendas super quo vestras conscientias honeramus. Quod si in solu-
tione defeceritis supradicta. Nos in Vos Vicarios Thesaurarios, Lo-
cumtenentes, et Vicesgerentes et Vestrum quemlibet ex nunc prout ex
tunc dicta trina, et canonica monitione praemissa in his scriptis
excommunicationis sententiam promulgamus. Et Vobis Episcopis qui-
bus ob reverentiam Pontificalis dignitatis deferre volumus in-
gressum Ecclesiae interdicimus in his scriptis. Et si interdictum ipsum
per tres dies fortasse sustinueritis vos suspendimus a Divinis. Ve-
rum si hujusmodi interdicti, et suspensionis sententias per tres a-
lios dies animo sustinueritis indurato ex nunc prout ex tunc in
in Vos quam in omnes, et singulos ex Capitulis et Clero, et per-
sonis Ecclesiasticis supradictis, qui per Vos, vel aliquem Vestrum
legitima monitione praemissa partem dictarum procurationum
et expensarum moderatarum quas propterea feceritis juxta mo-
rem solitum et praefectis contingentem eisdem in praefixo ex-
per Vos termino solvere recusaverit dicta canonica monitione
praemissa excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis, ac
vestras, et eorum Ecclesias, et loca Ecclesiastica Ecclesiastico
supponimus interdicto quarum in eosdem promulgatarum sententia-
rum denunciationem, et aggravationem, nec non ipsarum, et cujus-
libet earum ad partem hujusmodi persolvendam per sequestra-
tionem

tionem fructuum, captionem pignorum, ac iure non prohibitorum
et alia opportuna remedia invocato, etiam ad hoc si opus fuerit
auxilio brachii saecularis cohertionem, et compulsionem vobis com-
mittimus per praesentes absolutionem omnium qui sententias ipsas
incurrerint nobis tantummodo reservantes. Et si per quindecim dies
post assignandum per vos eis ut praefertur terminum sequentes in
concepta pertinacia persisterint eos tam exemptos quam non exe-
mptos per vos vel alium ex parte nostra peremptorie citare
curetis ut infra certum competentem terminum vestro arbitrio
statuendum singulares personae personaliter, capitula vero, et
conventus per procuratores legitimos compareant coram Nobis
nostris mandatis et beneplacitis parituri. De qua citatione vobis per
vestras literas vel nuncium fidem plenariam faciatis. Volumus
autem quod vos pro rata vestrorum proventuum in solutione dic-
tarum procurationum contribuatis fideliter cum eisdem. Nos
enim si ultra dictas procurationes, et iustas expensas perinde fra-
dos quidquam exegeritis, extorseritis, vel receperitis, aut si pro
parte vos tangente non contribueritis, ut est dictum seu si
fraudem vel dolum commiseritis in praemissis, vos et vestrum
quemlibet poenas gradatim incurrere volumus supradictas. Adici-
entes ac sub poenis eisdem vobis nihilominus iniungentes quatenus
dicto Nuncio singulis diebus, quibus ipsa propterea in vestris
Civitatibus, et Diocesibus moram traxerit tres turonos argenteos
recipiendos a praefatis Capitulis, Clero, et personis cum procura-
tionibus antedictis pro suis expensis solvere procuretis, sibique
de securo conductu per vos, et alios si expedierit provideatur
ac praesentes post earum praesentationem illico restituantur illesas
earum si eas habere volueritis vestris confestim recipienda
sumptibus retenta copia cum manu publica roborata, vel aliorum
vestrum communita sigillis per singulos adhiberi volumus et de-

cernimus

cavnimus velut presentibus plenam fidamus In quorum testimonium presentes fieri facimus, et sigilli nostri appensione muniri. Datum Anchone VII Kal. Julij Pontificatus Domini Innocentij Pape VI Anno Nono.

Presentata Aquilegia die XXVII Julij M. CCC. LXI. Indictione XIIII.

1363 Ellezzione di Sogetti alla Fortificazione interiore, ed Esteriore di Udine, ed Enumerazione delle Confratellanze o Fraternità.

(copia)

Jesus

In nomine Domini Amen : Anno a nativitate eiusdem Millesimo tricetesimo
sexagesimo tertio

In presenti quaterno generaliter notantur omnia spectantia ad fortificationem
urbis [illegible] et [illegible]

In primis ad providendum generaliter ordinandum, et disponendum omnia
necessaria ad dictam fortificationem, et omnia circa predicta pertinentia
fuerunt in consilio

D. Tristanus de Savorgnano
D. Nicolaus [illegible] doctor
D. Castronus de Cardis
Franciscus de [illegible]

Item Super eo quod proposuit Candidus procurator Comunis quod predictos electos
fore providendum ubi est restellus putredinis, fiat murus penes
Braydam D. Leonardi Bartholomei cum restinolo super royam.
Deliberatum fuit quod fiat super predictorum electorum deliberationem.

Postea longe inferius sic reperitur scriptum

Infrascripte sunt fraternitates requirende ad ipsum opus fortificationis

In primis fraternitas gloriose virginis Liberatoris
Item fraternitas Calzolariorum
Item fraternitas sancti Francisci que celebratur in ecclesia sancti Francisci
Item fraternitas sancti Johannis Baptiste
Item fraternitas sancti Francisci que celebratur in ecclesia maiori
Item fraternitas sancte Ursule
Item fraternitas notariorum
Item fraternitas sancti Nicolai
Item fraternitas sancti Petri de villa
Item fraternitas sancte Lucie
Item fraternitas sancti Jacobi pellipariorum

Item fraternitas S[an]c[t]i Nicolay

Item fraternitas S[an]c[t]i Petri [illegible]

Item fraternitas sancti Christofori

Item fraternitas sancte Catharine

Item fraternitas becharior[um]

[illegible] electi ad requirendum ipsas fraternitates et faciendum relationem responsionum earundem

Jacobus Ciomeaus ab Assidibus

Joannes Lafrontinus

1363. (n° 1

Ad fortificationem utrius
comunis notarij et
[illegible] fenitas

154 [illegible]

[illegible]

Copia//

1363. 23. Decembris

Nos Rodulphus Dei Gratia Dux Austriæ, Stiriæ, et Carintiæ, Comes Tirolis, etc., etc.

Publice recognoscimus, et fatemur quod Fidelem Nostrum dilectum Schinellam de Cucanea, nec non Filios, et Heredes suos in Nostram, Fratrum, et Heredum Nostrorum Protectionem, et Gratiam specialem recepimus, et recipimus ex certa scientia presentibus Litteris una cum omnibus rebus, et Bonis suis habitis, et habendis, promittendo favorabiliter, et benigne, quod ipsos tamquam Fideles Vassallos, et Servitores Nostros manutenere, ac defendere volumus, et debemus in personis, ac rebus contra quemlibet hominem Mundi sicut alios Nostros Subditos ad Nostrum Dominium pertinentes, et non debemus a Dño Patriarcha Ecclesię Aquilejensis acceptare aliqua Placita, vel Tractatus, nisi damna prędicti Schinellæ in Castro Aumberch illata, fuerint expresse in eisdem Placitis comprehensa:

Insuper eumdem Schinellam suo, Filiorum, et Heredum suorum nomine de omnibus Pheudis, quæ a Nobis recepit liberaliter Investivimus, et hac sane Investimus; itaque ipsi eadem Pheuda teneant, et possideant cum omnibus juribus, et pertinentiis sicut Consuetudo Terrę, et Pheudorum natura requirit sub presentium testimonio litterarum

Datum Meranię XXIII. die Decembris Año Dñi Millesimo Tricentesimo Sexagesimo tertio.

Hoc est verum ✠

Rodulphus Dei Gratia Dux Austriæ, Stiriæ, et Carintiæ, etc.

Ex Autentico suo in Pergamena existente ut supra prout inveni de verbo, ac requisitus fideliter ego Nicolaus Varm. Nots Cancellarię Pretorię Utini fideliter descripsi, et sigillavi, nam existebat in quadam Capsa deposita per Nob. Dnum Jacobum Freschum, cui restituta fuit.

Petrus Fistularius Pub.s imperiali auctoritate, et Collegii Utinensis Notarius descriptus per alium sibi fidum ex Autentico ut supra exivit, publicavit, seque in fidem cum signo subscripsit die 15. Decembris 1612.

Nos Michael Foscareno pro Ser.mo Ducali Dominio Venetiarum Locumtenens Generalis Patrię Fori julii fidem facimus suprascriptum Sp. D. Petrum Fistularium esse Notarium Publicum Collegii hujus Civitatis, cujus Scripturis Publicis Nis plena adhibetur fides, et ubi Decorem adhiberi potest, in quorum fidem

Utini 15. Decembris 1612.

Hieronimus Pola Nots Cancellarię Pretorię Utini Mand.to

//

per ipsum Priorem, et Fratres eiusdem Ordinis sub vocabulo et

XXXIII
48

1364
24 Marzo

Sentenza arbitramentaria fra il Capitolo di Udine e l'Ordine di S. Antonio di Vienna, per la Chiesa di S. Antonio in Udine.

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem Millesimo trecentesimo sexagesimo quarto. Ind.e II. Die ~~...~~ 24 Mensis Martii.

Reverendissimus in Christo Pater et Dominus D. Lodovicus Dei Gratia Sanctę Sedis Aquilegensis Patriarcha Arbiter, Arbitrator, et amicabilis Compositor litis et questionis vertentium et quę verti possunt inter Venerabiles Viros Fratrem Ciotum de Abbatibus de Florentia Priorem Hospitalis Sancti Antonij Vienensis de Venetijs Castellane, Diœcesis ex una parte, et Decanum, Canonicos et Capitulum Collegiatę Ecclesię Sanctę Marię de Utino Aquilegensis Diœcesis parte ex altera, prout continetur in compromisso manu publica scripto per me Odoricum Notarium infrascriptum supradictis anno et Ind.e die 3.o Mensis Martii sententiam in his scriptis presentibus partis infrascriptam protulit atque dedit.

Disposizioni Parlamentarie del Friuli circa ai presidj e gente d'arme da stare alla difesa della Patria, e di quelle a difesa delle terre della Repubblica.

1385. In ... Domine. Amen. Anno Nativitatis ejus
dem millesimo recentesimo octuagesimo quinto
Ind. octava, die octavo mensis februarij. ...
... et excellentissima Principum ... et ...
ma, dum antiquissimam libertatem pretiosis-
simum ... Commu-
nitatum ... eamundem, et preser-
... inter ... affecte amicitie et vere
charitatis sinceritas antiquis et continuatis
temporibus nosci ... viguisse ...
in quantum honestas et justitia suadent
defendere et ... ntur, etc.
... et sapientes ...

Domino Friderico Procurat. Castellani Sancti Marci, Leonardus Mandulo Miles et Procurat. Sancti Marci, et Michael Sumo Ambasciatores solemnes missi per Illmum et Excellentissimum Dnum Dnum Antonium Venerio Dei gratia inclytum Ducem Venetiarum, pro executione praescriptorum etc. Et honorabiles nobiles et circumspecti Viri Magister Jacobus Cignius, Blasius de Sumo, et Nicolaus ... de Utino Procuratores et procuratorio nomine Mag.ci et potentissimi Militis Dni Friderici q.m Strenui Militis Dni Francisci de Savorgnano prout de procuratorio etc.

Et Egregius Miles Dnus Venceslaus q.m Strenui Militis Dni Bertoldi de Spegnimbergo, etc.

Et Nob. Vir Dnus Doymus q.m Dni Odorici de Castello etc, et sequentes

Nobiles de Coloretto,
Nobiles de Crampergo,
Nobb. de Maniaco,
Nobb. de Savorgnano a Vexillo.
Communitas Utini,
Communitas Ventioni,
Communitas Sacilli, et

/et
Comunitas Maraniæ
Item quod Gentes, quas ponet Dnus Dux
et Comune Venetiarum in liga et unione præ-
senti, stare debeant ad defensionem terrarum
et locorum Patriæ Forijulii, et non recedere
Patria per aliquem, gentes vero Patriæ
predictæ possint ire et mezzare, et jam
per alias partes et loca, sicut eis videbitur
et placebit pro bono agendorum nostrum.
Item si et quotiescumque durante li-
ga presenti aliquis veniret ad damnum
Dni Ducis et Comunitatis Venetiarum per
terram ad loca et terras subditas ipsi
Dno Duci et Comuni Venetiarum, Mestre
et Messinum, Muscestre et J. ... Pontis.
Plavis cum villis quæ tenentur ad presens
per dictum Dnum Ducem, et Comune Vene-
tiarum, et terras omnes et loca Istriæ subdita
ipsi Dno Duci et Comuni Venetiarum,
et quæ tenentur et possidentur per eos quod
liceat predicto Dno Duci et Comuni Vene-
tiarum, existente guerra in partibus Fori
Julii,

in predicto casu accipere et revocare de gen
tibus suis, quas habent in liga usque ad
numerum lancearum CL. secundum quod
eis videbitur etc.

De Notis Egregij q. Ser Nicolucij de
Sancta Maria la Longa Notarij et Can=
cellarij Communis Utini mihi commissit in=
strumentaria descripta superius ultima ma=
nu, quorum unum est Confaederationis Pa=
triae cum Venetis Sindacatuum duo publi=
cati: Ego Rubertus de Latisana q. Hon. q.
Joannis de Salerno Civis Utinensis publi=
cus Imperiali Auctoritate Notarius meo signo
et nomine meis consuetis, quia cum origina=
libus concordare inveni in omnibus facta
diligenti auscultatione requisitus per Magnifi=
cum et Illmum Dnum Hieronymum Savor=
gnanum Equitem et Belgradi Comitem
anno Domini 1517.

Jacobus Cornelio pro Illmo Dno Dominio
Venetiarum Patriae Fori Julii Locumtenens
Generalis. Ad tollendum omnem suspi=
cionem, quae de fide et legalitate inpra...

./. ser Ruberti de Zarisano Notarij oriri posset propter locorum distantiam. Universis fidem facimus et singulis indubiam et attestamur supra scriptum ser Albertum, quod prędictum instrumentum in hac formam publicam relevavrit seu relevari [illegible] manu fecit: esse pub.cum fidelem, legalem et authenticum Notarium istius Civitatis: cujus scripturis hic adhibetur plena fides, et sic indubitanter ubiq. adhiberi potest. In quorum testimonium etc.

Utinię die 12 [illegible] maij 1517.

VIII.

Capitoli seguati dal Patriarca Gerosolimitano quale Vicario Generale del Patriarcato di Aquileja in concorso colla Nobiltà e Comunità della Patria del Friuli, e diretti a ripetere dal Sig.re di Padua la revocazione di paesi ed altro.

Anno 1519. Petitiones divisę et distinctę per Capitula quas faciunt Ambasciatores, Sindici et Procuratores R.mi in Christo Patris et D. D.ni Ferdinandi miseratione divina Patriarchę Hierosolimitani Apostolicę Sedis Nuntii, Ecclesięq. Aquilejensis in spiritualibus et temporalibus Generalis Vicarij et Patrie [illegible] [illegible] Rectoris, [illegible] [illegible]

ac infrascriptorum Nobilium et Comunitatum Patriae Fori Julii Colligatorum etc. ut in sequentibus ~ 1387 ~

Primo, et ante omnia per Ambasiatores, Sindicos et Procuratores antedictos prefati Dni Patriarchae habentis a Sede Apostolica mandatum, potestatem, et facultatem recipiendi ad manus suas, curamque gubernationem, custodiam, et defentionem nomine Romane et Aquilejensis Ecclesie, seu ad ipsam Ecclesiam spectantia, ac Nobilium et Comunitatum ipsius Patrie Fori Julii in plena et reali obedientia ipsius Dni Patriarche, ut Nuntij, Vicarii, Rectoris et Gubernatoris ut permittitur, Apostolici exstium, ad invicemque, et inter se, ac cum indyto Ducali Dominio Venetiarum Colligatorum pro conservatione et defensione dictarum Ecclesiarum, et Patrie, et libertatis earundem. Ad conservationem insuper et defensionem Terrae, Castrorum, locorum Jurium Jurisdictionum, et bonorum ipsius Ecclesie

/. Ecclesie Aquilejensis, et fidelium subditorum ipsius Ecclesie. Et ad recuperationem et reintegrationem deperditorum, et occupatorum, prout ex debito verae et purae fidelitatis, qua eidem Ecclesie sunt astricti tenentur et obligantur. Ve diter etiam conjunctim et divisim et alias, prout melius per eos vel eorum aliquos seu alium quem peti potest a Mag.co D. D. Francisco de Carraria Padue etc. Quod ipse effectualiter et realiter libere et expedite restituat ipsi Dño Patriarche Hierosolimitano Apostolico, ut premittitur super his Comissarijs, vel illis quos de ea recipienda duxerit deputandos, Terras, Castra et loca infrascripta, videlicet Portum Gruarium, Sanctum Vitum, Sacilem, Caniпam, Avianum, Sanctum Paulum, Sanctum Stephanum, Medunam, et Turrim, et generaliter omnes alias Terras, oppida, Castra, Fortilicia, et loca quibuscumque nominibus censeantur spectantia et pertinentia quavis titulo sive modo ad Patriarcalem Mensam Aquilejensem vel ad

(14)

ipsam Ecclesiam Aquilejensem.

Item qui restituat realiter et effectualiter libere et expedite Castra Savorgnani, Zopulae, Lanzerzaghe, Meduni et Attemis inferioris et omnia alia Castra, Fortilicia et loca quecumque quibusvis nominibus nuncupentur existentia in Patria Fori Julij, vel extra Patriam occupata vel detenta per i... num Paduae vel alium seu alios de ipsius ... missione vel mandato aut propter aliquam assignationem de ipsius mandato alicui factam de eisdem spectantia seu pertinentia ad quoscumque vel quosvis Prelatos, Nobiles vel alios subditos et fideles ipsius Ecclesiae, ipsis Prelatis et Nobilibus ac alijs ad quos spectant. Et quod predicta Terras Castra, oppida, Fortilicia et loca tam ad ... Patriarcalem et Ecclesiam Aquilejensem, quam quoscumque alios supradictos spectantia et pertinentia, restituat et restitui faciat cum eorum et cujuslibet ipsorum fortilicijs, jurisdictionibus, juribus, pertinentijs, et munitionibus, ac cum omnibus et singulis bonis et possessionibus ad ipsas Terras, Castra,

oppida, Fortilicia et loca, et ipsorum quodli=
bet, et eorundem, et cujuslibet ipsorum vici-
nos, Cives, incolas, habitatores, et alios quoscumq.
Dictæ Ecclesiæ Aquilejensis subditos, et fideles
spectantibus quovis modo et quod predicta om=
nia et singula vid.t Terras, Castra, Oppida,
fortilicia, et loca, possessiones et bona resti=
tuat et restitui faciat in eisdem statu et in=
tegritate in quibus erant cum primo ad ipsius
Dñi Paduæ vel suarum gentium, manus, seu
fortiam pervenerunt.

Ita quod omnis eorum, et cujuslibet ipsorum
demolitio, destructio deterioratio, et deformatio
facta ab eo tempore citra quo primo ad ipsius
Dñi Paduæ vel suarum gentium manus, seu
fortiam predicta pervenerunt, restaurentur, ref=
ficiantur, emendentur, et suppleantur per ipsum.
Et quod si in aliquo predictorum Terrarum, Oppi-
dorum, Castrorum, Fortiliciorum, locorum de
ipsius vel alterius mandato aliquid est factum,
constructum, ædificatum, reformatum, repara=
tum, vel melioratum, illud sine aliqua demo:
litione

destructione, deformatione, ammotione, et diminutione remaneat, et solo cedat ut est juris.

Item petitur per eosdem Ambasciatores Sindicos, et Procuratores antedictos ab ipso Dño Paduæ, quod ipse Dñus Paduæ resarciat et reficiat omnia damna data subditis supradictarum Terrarum, Oppidorum, Castrorum, Fortiliciorum, et locorum, et districtuum cujuslibet ipsorum Terrarum, Oppidorum, Castrorum, Fortiliciorum, et locorum, seu subditis ipsius Ecclesiæ Aquilejensis in dictis Terris, Oppidis, Castris, Fortilicijs, et locis, ac earum et cujuslibet eorum districtibus habitantibus, seu quoi habitaverit ab eo tempore citra quo primo predictæ Terræ, Oppida, Castra, Fortilicia, et loca ad dicti Dñi Paduæ manus, et in ejus fortiam seu potentiam vel gentium ipsius pervenerunt. Quæ quidem damna ascendunt ad summam viginti milia Ducatorum auri, et ultra.

Item petitur per eosdem Ambasciatores, Sindicos, et Procuratores ab ipso Dño Paduæ, quod ipse Dñus Paduæ restituat omnia de ipsius mandato vel consensu ablata subditis Gastaldiæ Sancti Pauli pertinent ad Mensam

Patriarcalem et Aquilejensem Ecclesiam ple=
no jure, quæ quidem ablata ascendunt ad sum=
mam decem millium Ducat. auri et ultra.

Item petitur per eosdem Sindicos, Ambasciatores,
et Procuratores quod ipse Dnus Paduæ restituat,
et resarciat, et emendam faciat de omnibus
damnis datis et factis per gentes ipsius Dni Paduæ
de ipsius mandato, et commissione vel sive in Patria
Fori Julij cum combustionibus domorum et ædificio=
rum, depopulationibus, spolijs, prædiis, receptionibus,
et occupationibus mercationum, blandorum vini,
animalium et taliationibus captivorum, et de e=
xpensis factis per supradictos D. Patriarcam
Nobiles et Communitates in præsenti guerra pro
defensione et conservatione Ecclesiæ Aquilensis,
et Patriæ Fori Julij, ac terrarum Castrorum lo=
corum et Fortilitiorum ipsarum Ecclesiæ et Pa=
triæ. Quorum omnium taxationem dicti Amba=
sciatores, Procuratores, et Sindici relinquent arbi=
trio et declarationi Magci et Excelsi Domini Dni
Marchionis

Item per antedictos Ambasciatores, Sindicos, et
Procuratores petitur, quod ipse Dnus Paduæ promit=
tat, et solemniter cum sufficienti pœnæ adjectione,
si fuerit contrafactum, se et heredes successoresque
suos

mos obliget, quod alicui personæ Ecclesiasticæ vel
sæculari cuiuscumque status, ordinis, gradus, dignitatis,
et potestatis, et præminentiæ fuerit numquam in
futurum, vel super factis tangentibus Ecclesiam
Aquilejensem vel Patriam Fori Julij in ipsa Patria
vel extra facto vel verbo, opere vel consilio per
se vel alium seu alios directe vel indirecte
sub quocumque quæsito colore adherebit vel fa-
verit, vel se aliqualiter impediet vel intromittet
contra aut præter voluntatem et deliberationem
S.mi in Christo Patris et D. N. D. Urbani Divina
providentia Papæ VI. et successorum suorum
canonice intrantium, ac D. Patriarchæ Aqui-
lejensis, qui pro tempore fuerit, et Majoris
Patris istius Parlamenti ipsius Patriæ Fori
Julij.
Item per præfatos Ambasiatores, Sindicos et
Procuratores petitur, quod ipse D.nus Paduæ
absolvet et liberet absolutosq. et liberatos di-
mittat omnes compatriotas dictæ Patriæ Fori
Julii dictæ Aquilejensis Ecclesiæ fideles et
subditos sive sint Nobiles, sive plebei, vel
populares, sive sint Comunitates sive Uni-
versitates Terrarum, Oppidorum, Castrorum,

Fortilitiorum

Fortilitiorum et aliorum locorum ab omnibus ligis, confederationib; unionibus, adhesionibus, pactis, promissionibus, et juramentis. Quorum vigore seu virtute ipsi, vel eorum aliqui sibi ad aliqua subsidia, auxilia, subventiones et faciones teneantur vel teneri possent, sive realiter sive personaliter in futurum. Et a penis et penarum adjectionibus predictis vel alicui predictorum adjectis, et quod ipse Dns Padue modo premisso promittat, et se suosq heredes et successores obliget non subvenire predictis, vel alicui predictorum, vel cuicumq alteri per se vel alium seu alios directe vel indirecte, verbo, consilio vel opere in aliquo contra Ecclesiam Aquilejensem vel aliquos ipsi Ecclesie subditos.

Item petitur per antedictos Ambasiatores, Sindicos et Procuratores, quod ipse Dns Padue, omnes gentes equestres, vel pedestres quas habet vel habebit in Patria Forijulij etiam si sint vel fuerint per modum aut sub nomine societatis congregate ex gentibus suis vel alienis, sub tutela, presidio et voluntate ipsius retrahat et ponat infra

decem.

decem dies, postquam fuerit conclusum in pace extra dictam Patriam Fori Julij absque omni et quocumque damno ipsi Patriae vel aliquibus de ipsa Patria vel colligatis nisi inferendo. Et quod promittat, solemniterque se obliget, quod dictas gentes vel alias dictam Patriam vel homines de Patria seu colligatos eorum volentes offendere vel damnificare per viam, seu sub nomine societatis, vel alio modo, nunc vel in futurum non permittet per ejus passus et territorium ad dictam Patriam vel ad alia loca Ecclesiae Aquilejensis aut fidelium et subditorum ipsius Ecclesiae etiam extra Patriam existentia, vel colligatorum suorum pertransire. Quinimo ipsorum transitum impediat toto posse; et si contrafecerit ad omnia damna, quae intulerint dictae gentes, ressartienda ultra penam in pactis pacis adjectatam teneatur.

Item petitur quod praefatus Dns Paduae expresse renunciet verbo, facto et opere cum clausulis opportunis omnibus, et singulis investituris et concessionibus, quamvis tamen de jure non valeant neq. teneant sibi facta per Rdum in Christo Patrem D. Philippum de Alençon S. R. E. Cardinalem &c.

Cardinalem etc. De quibuscumq. Terris, Castris, Forti=
licijs, Villis, locis, juribus, et Jurisdictionibus, bonis et
possessionibus ad Ecclesiam Aquilejensem, vel alios
supradictos, vel etiam ad Ecclesiam Concordiensem
spectantibus et pertinentibus. Nec non de Advoca=
tia et Officio Advocatię Ecclesię Aquilejensis, vel
alijs Officijs quibuscumq. per Patriarcam Aquile=
jensem vel Parlamentum Patrię Fori Julij
solitis concedi vel committi aut investiri quomo=
documq.

Item petitur per eosdem Ambasciatores, Sindi=
cos, et Procuratores, quod si pax aliquo tempore
per ipsum D. Padue vel ejus heredes aut suc=
cessores aut alium vel alios de ipsius vel ipso=
rum mandato, permissione, vel consensu frange=
retur uni partium colligatarum, et jam post
ligam factam per supradictos Capitaneos De
putatos Consilium, Comune et homines Terrę
Utini ac Nobiles et Comunitates ejsdem confede=
ratos cum inclitiss. et excelso Principe et D.D.
Duce, Concilio et Comune Civitatis Venetiarum
finitam et terminatam intelligant utriq.
parti colligatorum predictorum esse facta.
Item petitur per antedictos Ambasciatores Sin=
dicos et Procuratores, quę bona et possessiones

possessiones Egregii militis Dni Federici de Savorgnano et omnium aliorum fidelium et subditorum Ecclesiae Aquilejensis in Patria Fori Julij et extra, ut puta in comitatibus Belluni et Feltresi, ac in Tarvisana, et alibi ubicumque existentia per ipsum Dnum Paduae vel alium, seu alios de ipsius mandato aut permissione et consensu occupata, et quae occupata tenentur restituat aut restitui faciat ipsi Dno Federico, et alijs ad quos spectant cum perceptis et qui percipi potuerunt a tempore et per tempus occupationis et detentionis citra.

Item petitur, quod quantitas ferri accepti illis de Venzono quod per Gentes et Officiales ipsius Dni Paduae in Portognario et Cordevado, seu ipsius ferri valor, qui ascendit ad summam mille ducatorum auri et ultra restituatur eisdem cum damnis et expensis per eos passis hac occasione.

Item petitur, quod in et super omnibus dictis talis et tanta poena adjiciatur, quod ejus metu promissa in pactis inviolabiliter observentur.

Ego Rubertus cognominatus della Tisana, Civis

et incola Terrae Utini q.m Hon. Ioannis de Salamo publicus Imp.li auctoritate Notarius nec non Iudex ordinarius suprascripta Capitula aliena manu exemplata per me tamen collationata et concordantia in omnibus cum originali etc. prout inveni in notis et scripturis egregij q.m Ser Nicolussij de Sancta Maria la Longa Notarij et Cancellarij Communis Utini mihi commissis et comendatis, etc. ex notis ipsis fideliter publicavi sub signo ac nomine meis consuetis vigore commissionis mihi de eis factae etc. rogatus et requisitus Anno Dni 1519. Ind.e septima die 13. januarij.

Nos Lazarus Mocenicus pro Ill.mo et Excell.o Venetiarum Dominio Patriae Fori Iulij Locumtenens Generalis. Ad tollendum omnem dubitationem de Notarij suprascripti fide et legalitate indubiam fidem facimus quibuscumq. Mag.cis Mag.bus, quibus praesentatum fuerit exemplum Capitulorum suprascriptorum. Qualiter Ser Iulibertus della Tisana, qui se exemplo subscripsit

signo meo solito ass Not.us legalis et authenticus cujus scripturis publicis et privatis plena fides adhibetur mentoq. per quoscumq. dari potest. In quorum fidem etc.

Utini die 13. januarij 1519.

Joannes Zabat.s Cancell.s
Munit.o Z. Antonius

IX.

Ducale con cui esortasi la Comunità di Cividale del Friuli a mettere in aspetto delle forze onde unite a quelle di Udine e del Savorgnano far contro ai nemici della incolumità della Patria.

Anno 1385. Antonius Venerio Dei Gratia Dux Venetiar. etc. Nobilibus et sapientibus Viris, Regiminibus, Consilio, et Comuni Civitatis Austrię amicis dilectis salutem et sincerę dilectionis affectum. Per relationem Virorum Nobilium Marini Maripetro et Remigij Superantio honorabilium Civium et Ambaxiatorum nostrorum, qui de dictis partibus ad nostram presentiam nuperrime redivenerint intelleximus laudabilem dispositionem vestram ad bonum Patrię Fori Julij conservationem, libertatem, et francichitianum

vestrarum et observationem felicis unionis nostre, de qua maximam consolationem sentimus, quia manifeste cognovimus quod si Comunitas vestra unita erit et unanimis cum alijs Nobilibus et Comunitatibus Patrie, sicut ad presens est, vos remanebitis in libertatibus et franchisijs vestris solitis ad laudem et reverentiam Sancte Matris Ecclesie et Ecclesie Aquilejensis. Ad conservationem quarum libertatum sentimus egregium Dnum Federicum de Savorgnano et Comunitatem Utini fore promptissimam, dispositam et paratam verum quia nuper istis diebus proximis habuimus multa bona de magna Congregatione gentium que fit per Dnum Padue solum ad damnum Patrie et destructionem Civitate, ut clare sentimus. Sentimus etiam per Nuncium nostrum specialem, quem cum nostris literis credulitatis misimus ad Rmum D. Cardinalem Patriarcam, ad inducendum eum ad veniendum Venetias ad finem concordie et pacis, vel saltem ad removendum de loco suspecto in quo est, quod ipse nullatenus est dispositus venire huc, nec

recedere

recedere de loco Tarvisij; immo potius videtur attendere ad damnum Patriæ. Notificamus dicto D. Federico et alijs Deputatis ad regimen Patriæ et similiter Comunitati Utini omnia nova prædicta, hortantes ad provisionem habendam in casibus quibuscumque et rogantes ut provideant fulcire se de gentibus ita quod possent resistere quibuscumque volentibus invadere, quia nos etiam ex parte nostra soldaremus gentes de novo et provideremus taliter cum Mag.co D.no Veronæ carissimo colligato nostro et vestro, quod de statu vestro nullatenus dubitandum esset; et ut clare habuimus dicta Comunitas Utini est disposita, quod summe laudamus, cum personis et l.: ... providere et contribuere quantum eis possibile fuerit, ut status totius Patriæ et Ecclesiæ Aquilejensis possit viriliter conservari; et licet non foret expediens, (quia certi unum idem propositum vigere in vobis tamquam in principali Comunitate et membro Patriæ) tamen nobilitatem vestram atque amicitiam attente rogamus, quatenus circa conservationem libertatum

libertatum et franchisiarum vestrarum, et bonum istius patriæ vigilare, et intendere totis viribus debeatis contribuendo etiam in hoc sicut tenemini et debetis ita quod congregari et haberi possit numerus gentium ordinarius, cum quibus procurari possit honor et status Patriæ Fori Julij et felicis unionis. Datum in nostro Duc. Pal. die 15. augusti, Ind.e octava. (Si calcola sia dell'anno 1385).

a tergo

Nobb. et Sapientibus Viris, Regiminibus, Consilio, et Communi Civitatis Austriæ.

Maphæus Locadellus Mag.cæ Comunitatis Civitatis Fori Julij Canc.us describi fecit ex authentico existente in Canc.ria et in fidem facta collatione se sub.it et sigillavit.

X.

Ducale con cui si esorta Federico Savorgnano a difendere la Patria e la libertà.

1385. Antonius Venerio Dei gratia Dux Venetiarum etc.

Egregio ac nobili Viro Federico de Savorgnano Amico dilecto salutem et sinceræ dilectionis affectum.

Constanter semper tenuimus et tenemus, quod propropositum et voluntas vestra semper fuit est, erit ad perseverandum efficaciter et constanter in proposito defendendi et conservandi vos et libertatem vestram ac Patriæ Fori Julij sic ut laudabiliter incepistis, nihilominus ad hoc quantum nos possumus nobilitatem vestram exhortamur quia a nobis semper habuistis et habebitis omnem subventionem et auxilium opportunum, et vos et similiter pro parte vestra viriliter faciatis sicut indubium tenemus, inducentes et hortantes alios de Patria ad similiter faciendum, quia si procedent ad honorem Dei, et conservationem vestræ libertatis, quæ est super omnia appetenda.

Datum in nro Duc. Palatio die 13. septembris Ind.e nona (Si calcola dell'anno 1386.)

A tergo Egregio et Nobili Viro Federico de Savorgnano.

XI.

Ducale relativa all'arresto fatto dalla Comunità di Udine di certo Bognalutto, che dicesi voleva consegnare Mugla a Triestini.

1386 Antonius Venerio Dei Gratia Dux Venetiarum etc. Egregio et Nobili Viro Federico de Savorgnano Militi, ac Nobb. Viris Deputatis per Consilium et Comune

Comune Utini, amicis dilectis salutem et sincere dilectionis affectum. Nobilitatis et benevolentie vestre litere date 28. 8bris, recipimus heri 3. 9bris mensis instantis continentes in effectu quod vos ad instantiam societatis Muglanensium captivos et captivum detinetis Boynaiutum de Vassis et captivum Terra nostra Muglensis accusatum et suspectum voluisse cum quibusdam suis socijs proditorie dare terram Mugle Tergestinis nomine Dni Padue, unde in ejusdem literis conclusistis, quod placeat nobis declarare vobis bene placitum nostrum in iis, et alijs. Quibus intellectis comendamus merito diligentiam et optimam dispositionem vestram, hortantes nobilitatem vestram ad faciendum in hoc facto id quod sit secundum Deum et secundum jus et justitiam. Data in nro Duc. Palatio die 4. 9bris nona Indict.

(Si calcola del 1386 –)

XII.

"Ducale ch'eccita la Comunità di Cividale a far isgombrare, da un occupatore un Castello di ragione di Federico Savorgnano. ……

Antonius Venerio Dei Gratia Dux Venetiar. etc.

Nobilibus et sapientibus Viris Regiminibus Civitatis

Civitatis Austriae, amicis dilectis salutem, et sincerae dilectionis affectum. Intelleximus non absque displicentia, quod Castrum Sovignani tradi=tum est cuidam Francisco Nascinguerre de Civitate Austriae, de quo multipliciter miramur, tum quia antiquitus fuit et est egregii Viri Dñi Federici de Savorgnano et suorum proge=nitorum pleno jure, tum quia ubi laboravimus cum maximis laboribus et expensis reducere Patriam ad suam libertatem. Ex hoc nasci possent et innovari scandala et errores. Nec etiam dubitamus, quod hoc non placeret R.mo Dño Patriarchae pro manifesto bono et honore suae Paternitatis et Ecclesiae et Patriae sibi commissae.

Quare benevolentiam vestram instantissi=me rogamus, quatenus placeat cum effectu adhibere modum et operam efficacem, quod dictus Franciscus non se impediat nec stet in Castro predicto, sed restituatur prefato Dño Federico, ad quem de jure spectavit et spectat, et sic etiam terminatum extitit in Parlam.to Generali pridie in Patria.

celebrato. Tenemus indubie quod adimplebitis requisitionem nostram predictam velut justam et rationabilem. Si vero (quod non credemus) secus fieret, cum Dñs Federicus de Savorgnano nobilis Civis noster sit, molestissimum foret. Dat. in Nro Duc. Palatio die 10. Augusti 11. Indict.

Mapheus Cocadellus Mag.ce Comm.tis Civit.is Fori Julij Can.us describi fecit ex authentico exist.e in Can.ia et in fidem facta collatione se subs.it et sigillavit anno Dñi 1577. 23. apr.lis

XIII.

Condoglianze del Doge Venier alla Comunità di Udine p la perdita di Sacile, e notizia di truppe mandate in soccorso.

anno .....

Antonio Venerio per la Dio Gratia Doge di Venetia etc.

Alli egregij et nobili huomini Capitano Federico de Savorgnano Cavallier e cinque deputati al Conseglio et Comun de Udene, amici diletti salute et affetto di sincero amore. Habbiamo havute le lettere della nobiltà e

e benevolentia vostra scritte il dì 12. del corrente mese di settembre, nelle quali si contiene il caso della perdita di Sacile e per voi si dimanda soccorso. Il che inteso noi di=ciamo per risposta, come sebene noi hab=biamo preso non mezano spiacere della perdita di così fatto luogo: tuttavia noi vi confortiamo a non smarirvi punto perciò, ma più tosto stare di forte e buono animo, come huomini se=gnalati e di gran cuore: sendo che così fatti sono gli andamenti delle guerre, perchè in vero se voi sarete di animo valoroso e ben disposto, come speriamo, voi conserverete gli altri luoghi con l'haver principal riguardo e constanza a mantenere la propria libertà e della Chiesa e Patria del Friuli: qual libertà per certo dee esser la più cara cosa di tutte.

Noi veramente vi habbiamo dato, et hor più che mai intendiamo fermam.te darvi gente et altri soccorsi che bisognano, e voi ancora dal can=to vostro usate gagliardam.te ogni poter vostro, perchè noi riputiamo che la conservation v.ra e della libertà vostra sia nostra propria.

Habbiamo nuovamente mandate a voi alcune

alcune compagnie di Fanti a Udine, et si attende
a farne dell'altre, quali vi si inviaranno in
breve. Vi habbiamo ancora mandato e già cre:
diamo che sia gionto in Udine l'egregio huomo
Dño Leonardo Conte di Rosnàn Capº di gente
d'arme con alcune lance di maniera, che
sempre haverete da noi ogni buona causa
di defenderci, et conservar la libertà vostra.
Habbiamo secondo la richiesta e ricordo a
noi fatto così per lettere come per gli Am:
basciatori nostri mandati, e dato ordine nel
fatto dell'Illmi Sri Duchi Baviera, e come
detti Ambasciatori vostri sono a piano infor:
mati etc.
Data nel Ducal Nrõ Palazzo il dì 16. 7bre
Indª. II.

a tergo — Nobilibus et Sapientibus Viris, Capºeo
Consilio, et Universitati Utini etc.

XIV.

Ducale che ricorda la morte di Federico Savorgnano.

Antonius Venerio Dei Gratia Dux Venetiar. etc.

Anno . . . . . .

Nobilibus Viris Capitaneo, Concilio, et Universitati

34

Utini, Amicis dilectis salutem et sincere di=
lectionis affectum. Relata nobis pro parte
vestra per providum virum Nicolaum de
Percoto Civem et Nuntium vestrum super
morte egregij Viri Dñi Federici de Savorgna=
no intimi et carissimi Civis et Nobilis nostri
etc. Cum maxima displicentia intelleximus
super quibus vobis respondemus, quod pro
sedandis differentijs in Patria existentibus
jam elegerimus Virum nobilem Gabrielem
Aymo Militem in Ambasiatorem no=
strum, quem presto ad illas partes mittemus
de intentione nostra plenissime informatum,
hortantes vos, quantum ad bonum statum
et conservationem vestram attendatis et vi=
giletis, non movendo vos ad aliquam novita=
tem, que posset redundare in damnum et
preiudicium vestrum.
Data in Nro Ducali Palatio 17 febr. 12.a Indic.

I.° Quod Utinenses fecerunt maximum Festum, et gaudium de creatione ipsi Patriarchæ, sperantes ipsum esse bonum et justum Dnum et Pastorem Aquilejensis Ecclesiæ mittentes per ipsos plures Ambasciatores suos cum magnis sumptibus.

II.° In ejus adventu antequam in Terram Utini perveniret, procuravit omni posse sibi Terras Patriæ tyrannici subjugare intrando velut rapax et famelicus lupus, et specialiter consuetum a diuturno tempore secretum Concilium Deputatorum Terræ Utini salutiferum pro Ecclesia Aquilejensi, et tota Patria removere procuravit cum maximis minis et terroribus dicendo se unquam Terram illam ingressurum nisi illud consilium esse toto abolleret, quod Utinenses sicut fidelissimi puro animo sibi consenserunt, licet inviti videntes id cedere ad destructionem specialiter Terræ Utini: quod factorum subsequutorum experientia lucide demonstravit.

III.° Post ejus ingressum in Terram Utini receptum cum magnis honoribus et muneribus ipse totum Regimen, Consiliumque magnum voluit etiam removere ponendo duodecim viros utiles totius Terræ Rectores sibi sive juste sive injuste percipienti totaliter, et ad

plenum obedientes sicq sub illorum prete=
xtu, rigore tyrannico totam Patriam, et specialiter
Terram acriter conquassabat sublevando malos
et opprimendo bonos, et specialiter exaltando o=
mnes rebelles Aquilejensis Ecclesiæ, qui insti=
terunt Dno Francisco de Carraria, ut hanc Pa=
triam suæ tyrannicæ submittere servituti;
et quos alios rebelles olim per Utinenses expul=
sos a Terra ab ipso Patriarca in suo introitu
in dictam Terram in bonorum omnium perni=
tiem et despectum, sine omni justitia et sen=
tentia introductos.

IV.° Quod de facto, et sine omni justitia voluit ha=
bere ab Utinensibus quattuor millia Ducatorum,
qui ipsi propter suum pacifice vivere assense=
runt credentes eum ex illa pecunia suum ani=
mum aliqualiter mitigare.

V.° Ipse contra omnes bonos viros Terræ Utini, et
specialiter cupientes sub libertate vivere, usus
est gravibus et minatoriis verbis, et specialiter
contra generosum Militem D. Federicum de
Savorgnano, qui more suorum Prædecessorum fue=
rat Patriæ totius valorosus defensor, et Terræ
Utini auctor et conservator Ecclesiæ Aquilejensis
unde factum est quod ipse cum pluribus aliis

re.

se a terra Utini absentaverunt fugientes ejus ra=
biem crudelissimam. Dicebat enim ipse: neces=
se est quod ego aut occidam Federicum aut
quod ipse me occidat.

VI.° Quod absentato Dño Federico, et pluribus a=
liis Civibus a Terra ipse Patriarca fecit ad se
vocari quemdam civum bonum de Terra, nomi=
ne Nicolaum Manini aliqualiter ditem, quem
ordinaverat atrocissime flagellari et diris tor=
turis coarctari ad dandum sibi aurum. Sed ipse
Nicolaus tandem instantia populi humiliter
suplicantis prefato Dño, ut dictum Nicolaum
de facto aggravare non vellet, sed eum
per laudem et sententiam ducere velle
juxta consuetudines nostras, relaxatus fuit
sub securitate quattuor millium Ducato=
rum.

VII. Quod Cives Terre Utini faciebant continuo
capi eos injustissime et injustissime et ne=
quiter carcerando aliqua reddi rebellibus
Aquilejensis Ecclesie, et ejus inimicis sicut Dño
Franc.° de Carraria, cui injustissime reddi sa=
lem tempore guerre ei per vicinos nostros acce=
ptum

1369, 15 maggio. Castello di Soffumbergo. I Capitani di Soffumbergo giurano di consegnare quel Castello al Comune di Cividale, appena la Chiesa di Aquileja sia per rimanere vacante.

Giovanni q. Guglielmo ~~di Gubertino~~ not. di Cividale. Bibl. Co. Udine. Orig. ~~[illegible]~~

A. D. 1369, ind. VI, die XV mensis maij in Castro Sophumbergi, Aquil. Dioc. presentibus DD. Presb. Francisco de Utino Canon. Civitatensi et Capellano infrascripti D. Patriarche, Hermanno Valos teotonico familiare D. Patriarche infrascripti, Joanne Vicario Aquilegensi pro D. Patriarcha et aliis pluribus.

Providi viri Johannes et Frosinger teotonici Capitanei in Sophimbergo de expresso mandato Rev.mi in Christo Patris et D. D. nostri D. Marquardi Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarche dignissimi ibidem presentis et precipientis promiserunt corporaliter iurando ad sancta Dei evangelia, tactis Scripturis eisdem iuramento delato, provido viro Jacobo q. Bernardi de Civ. Austrie sindico, procuratore ac nuncio Comunis Civ. Austrie prout de procuratorio et sindicato ad hoc speciali constat quodam instrumento scripto manu mei Johannis notarii sub eisdem anno, die et indictione et nomine hominum et Comunis Civ. Austrie predicte, solempniter stipulanti et recipienti, quod quandocumque Aquilegensis Ecclesia vacaret per obitum aut per promotionem supradicti D. Patriarche, dabunt et consignabant Castrum de Sophumbergo cum munitionibus tunc contentis in eo tempore vacationis predicte. De quibus omnibus prefatus D. Patriarcha mandavit

mihi Notario ac dictus Jacobus nomine predicto me rogavit ut scriberem prout scripsi publicum instrumentum. Cum omni melioramento etc.

In Christi nomine amen. Anno Nativitatis eiusdem domini millesimo trecentesimo septuagesimo, indictione [...],
die mercurii decimo mensis augusti. Actum Utini in burgo superiori ante macellum seu beccariam [...]
burgi de glemona, presentibus providis viris ser Johanne quondam domini Odorici de Capellerio, Johanne filio ser Federici
de Fagedis(?), Galiotto filio ser Geldossii(?) de Andriotis, Iacobo Ydone(?) quondam Malfanussii et Nicolao quondam
Henrici, predictis omnibus Utini habitantibus, testibus et aliis pluribus ad hoc vocatis. Nicolaus quondam Moretti
de Utino pro et foro septem marcharum denariorum Aquilegensium monete quas totas fuit confessus
et manifestus se habuisse et in se habuisse a Mathiussio pellipario filio Johannis de
porta Villalte Utini, renuntians exceptioni sibi non dati non habiti non soluti non numerati et non
recepti dicti pretii tempore huius contractus et omnibus suo iuri et legum auxilio, ea conditione quod [...]
dictus Nicolaus pro se et eius heredes iure livelli perpetualiter dedit vendidit et tradidit eidem
Mathiussio stipulanti ementi et recipienti pro se suisque heredibus aut cui ius suum dare voluerit
quandam campaneam cum terreno comprehenso sitam Utini in burgo superiori porte Villalte [...]
confines a duabus partibus possidet [...] de Utino Mathiussius leporarius de
Utino et a tercia est via publica vel si qui veriores forent confines, ad habendum tenendum
possidendum dandum donandum alienandum [...] in solutum dandum permutandum et [...]
[...] et quicquid sibi et suis heredibus deinceps perpetuo placuerit faciendum sine contradictione
dicti venditoris suorumque heredum vel alicuius alterius persone, cum omnibus et singulis
intra predictos continentur confines atque cum omnibus et singulis [...] que dicta campanea cum
hoc supra se [...] in terra seu intra se in toto omnique ratione et auctoritate usu seu
requisitione [...] comodo et in necessitate predicto venditori aut ad ipsum [...]
spectantibus [...] tam de iure quam de facto. Solvendo tamen annuatim iure livelli perpetualiter

ser Nicolao vel eius heredibus aut cui ius suum dare voluerit in festo [...] nativitatis domini vel
octo diebus post [...] et nil aliud. Quam constituens se dictus Nicolaus venditor
dictam campaneam cum terreno nomine ipsius Mathiussii emptoris possidere donec ipsius tenutam
[...] et possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi in se [...] propria et retinendi
deinceps eidem emptori licentiam omnimodam contulit atque dedit. Promisit quod dictus Nicolaus
venditor pro se et suos heredes et cum obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum
dampnorum omnium et expensarum litis et extra ac interesse refectione eidem Mathiussio [...]
stipulanti et recipienti pro se suisque heredibus aut cui ius suum dare voluerit dictam venditionem
et omnia et singula in hoc instrumento contenta perpetuo firma rata et grata habere tenere
observare et adimplere et non contrafacere dicere vel venire per se vel alium seu alios
ratione aliqua dolo ingenio [...] sive causa de iure vel de facto nec lite vel
questione aliqua dicere vel facere vel movere nec volenti facere consentire. Sed dictam
campaneam cum dicto terreno eidem emptori suisque heredibus in iure legiptime defendere auctorizare
guarentare manutenere et in solidum disbrigare ab omni homine collegio ecclesia universitate
et persona qualibet impediente sub pena dupli valoris dicte campanee cum terreno

plus ualuit uel meliorata fuit minus quinque soldis veronensium par(vorum) in singulis capitulis huius
... pta et promissa Ana Soluta uel non perius presumuntur et omnia in eo grata obtineat plenam
et perpetua firmitatem Et in huiusmodi modum dictus venditores eidem emptori ius vacuam et
tenute dedit et assignavit Nicolaus tertium predictum Cum ipsum tenutam et cor
poralem possessionem ponat et intrat eius propria auctoritate etc.

Et ego Johannes filius magistri leonardi
dicti Done de Verona publicus imperiali
Auctoritate notarius predictis omnibus interfui et
rogatus scripsi etc. [notarial sign]

Portogruaro

1371 22 Aprile. In note di Giovanni Nod.° q.m Zambonini de
Cremona – Giovanni Bonadio figlio di Mattusso di
Aviano Nodaro di commissione del Rev.d° e S.r Giudo–
vescovo di Concordia estrasse
Investitura fatta dal prefato Vescovo di Concordia
a Valterio detto Lumen et Francio detto Zozolus fratelli
q.m Nicolò de Ripis di Cordovado ed Nicoluzio Nod.° q.m
Leonardo de Ripis di Cordovado di loro Nipote suppli=
canti flexis genibus il pred.° Nod. il Vescovo de
Bonis che prima tenevano essi Valterio Francesco e
Nicolusio e suoi Consorti ed antecessori dal Nob. Sig.r
Pietro q.m Manzois di Gruario della Diocesi di Concordia
ad affitto perpetuo in vigor d'acquisto del prefato
S.r Pietro, verso le corrisponsioni ivi enunciate.

[illegible]

copia

1371

In Christi nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem Millesimo Trecentesimo septuagesimo primo: Indictione Nona die vigesima secunda mensis Aprilis. In Camera infrascripti Dni Episcopi sita in suo Episcopali pallatio Terrae Portusgruarii Concordiensis Diocesis. Praesentibus Venerabili Viro Dno Honofrio de Regio praeposito Concordiensi, Pavanzolo Amici de Concordia, Bortolo qm Stola habitante in Vado praedictae Diocesis, et Johanne de Campeneto Regiensis Diocesis, et alijs. Constitutti coram Reverendo in Xpo Patre, et Dno D. Guidone Dei, et Apostolicae Sedis gratia Episcopo Concordiensi, Valterius dictus Lunar, et Franciscus dictus Zozolus Fratres filij qdam Nicolai de Rizis de Cordevado praedictae Concordiensis Diocesis, et Nicolutius Not.° qdam Leonardi de Rizis de Cordevado praedicto eorum Nepos eidem Dno Episcopo humiliter flexis genibus supplicaverunt, quatenus ipse Dnus Episcopus de Bonis infrascriptis quae olim ipsi Valterius, Franciscus, et Nicolutius, suique Consortes, et Antecessores diu tenuerunt, et possederunt a Nobile Viro q. Patro qdam q. Marcoy de Cvenio praefatae Diocesis Concordiensis, suisque Consortibus, et Antecessoribus ad affictum perpetualem inferius descriptis, et quae bona nuper per ipsum Dominum Episcopum suo nomine, et suae Ecclesiae, et Successorum a praefato q. Patro empta fuerunt, investire dignaretur. Praefatus autem Dnus Episcopus volens eisdem gratiam facere specialem ipsos Valterium Franciscum, et Nicolutium de ipsis bonis ad affictum perpetualem cum annulo suo aureo, quem tenebat in manibus legitime investivit. Ad habendum, tenendum, et possidendum, et quidquid eis, et eorum, et cuilibet ipsorum haeredibus, ~~salvis semper juribus~~, salvis semper juribus praedicti Dni Episcopi, et Episcopatus Concordiensis, ac pactis, et conditionibus infrascriptis deinceps placuerit faciendum cum accessibus, et ingressibus suis, et cum omnibus, et singulis quae habent super, et infra se in integrum, omnibusque juribus

juribus, et actionibus, ipsibus seu requisitionibus ipsis bonis modo aliquo spectantibus.
Solvendo eidem Dno Episcopo, et Episcopatui jure, et nomine affictus perpetui
dictorum Bonorum singulis annis in festo Nativitatis Dni unam spatulam Carnis
porcinam salitam, et duos bonos Capones. In festo vero Resurrectionis Dni
Nri Jhu Xpi ac dicto proxime futuri frisachensium sexaginta monete nove
Aquilegensis, et in festo S. Martini ac dicto proxime subsequenti unum Carn-
narium, et medium caseum sine aliqua requisitione, seu protestatione. Et si
in primo anno non solverint predictum affictum, in octavo duplum solvere teneantur.
Et si in secundo proxime sequenti anno ipsum duplum vel alio secundo [illegible]
capiti affictum non solverint, hoc ipso cadant ab omni jure suo sine aliqua
requisitione seu protestatione ut premittitur, ita quod dicta bona cum omnibus
juribus suis ad Episcopatum predictum libere revertantur, quia sic expresse actum
actum et conventum inter ipsas partes, inter quas etiam expresse conventum, quod
si predicti Valterius, Franciscus, et Nicolutius, vel eorum heredes ullo umquam
tempore ipsa bona, vel partem ipsorum voluerint vendere, vel aliter alienare
aliis personis quam sibi ipsis, vel eorum heredibus, teneantur, et debeant ipsum
Dnum Episcopum, et ejus Successores requirere, et ei quantum recipere ab alia
persona habere possint significare, sibique si emere voluerint pro illo pretio
minus quinque solidis [illegible], quod ab alia persona habere possint dare. Si autem
idem ~~dictus~~ Dnus Episcopus vel ejus Successor emere noluerint, tunc liceat ipsis
Valterio, Francisco, et Nicolutio, et eorum Heredibus vendere cuicumque [illegible]
si voluerint exceptis hospitalariis, Ecclesiis, bonis Religiosis, militibus, servis,
aliis personis non ydoneis nec facilibus ad conveniendum, et dictos affictus persolvendum.
Et si aliter quam superius expressum est, factum fuerit tunc venditio sive alienatio
non teneat, et dicta bona ad Episcopatum predictum libere revertantur. Quibus [illegible]
et omnibus, et singulis suprascriptis prefati Valterius, Franciscus, et Nicolutius
consenserunt, et illa approbaverunt, promittentes eidem Dno Episcopo pro se
suisque Successoribus, et Episcopatu solemniter stipulanti, et recipienti
perpetuo rata, firma, et grata attendere, et observare, et non contrafacere
vel venire. Predictam autem Investituram prefatus Dominus Episcopus nomine
predictis promisit dictis Valterio, Francisco, et Nicolutio nominibus suprascriptis

recipientibus

ratificantibus firmum habere, et Ratum tenere, et non contrafacere
vel venire per se, vel alium, seu alios aliqua ratione, vel causa
sed predicta Bona et premissa effectum secundum predictos confi-
nes et conditiones ipsos deffendere, et guarentare, manutenere et
disbrigare, ac legitime auctorizare ab omni persona, Collegio
et Universitate in jure, sub obligatione omnium bonorum dicti Episc-
copatus, ac reffectione damnorum, et expensarum litis et extra.
Et jussit ac voluit prefatus Dominus Episcopus, quibus supra Domini-
bus quatenus ipsi Valterius, Franciscus, et Nicolaus possint intrare
tenutam, et corporalem possessionem sua auctoritate de jam dictis bonis
et quolibet eorum Constituens se nomine ipsorum precario possidere
donec ipsorum tenutam, et corporalem possessionem Dominibus predictis
acceperint. Bona vero de quibus predicti Valterius Franciscus et
Nicolaus fuerunt investiti sunt hec. Videlicet Imprimis me-
dietas pro indiviso, unius Molendini quod tenet Magister Johannes
dictus gaiuffus Mulinarius de Cordevado habitans in Portugruario
cum uno Capite domus, sive Casali juxta dictum Molendinum quorum
Molendini, et Casalis hii sunt confines ab una parte possident he-
redes quondam Sancati de Cordevado, ab alio est palus mediante quodam
Rivo Aque qui defluit in Lemen, et super quem est constructum
dictum Molendinum. Item septem Casalia in quibus sunt tres do-
mus edificate cum eorum ortis uno Buschetto, et aliqua parte
paludis infra hos confines ab uno Latere est via publica, a se-
cundo est palus mediante Rivo predicto, a tertio est molendinum
predictum, et a quarto possidet Franciscus Bachanutus de dicto Cor-
devado. Item unum Casale cuius hii sunt Confines ab uno Latere
est via publica, a secundo est palus mediante dicto Rivo, a tertio
possidet predictus Franciscus Bachanutus, et a quarto possidet
Michael quondam Thomadelli de Cordevado. Item unum Raglaratium
de subviggiis positum infra hos confines ab uno latere est Via
publica, a secundo est palus, a tertio possidet suprascriptus Michael
Thomadelli, et a quarto possidet predictus Michael pro parte,

et

pro parte suprascripti Francisci dicti Zozoli, et Nicolutii: Item
Una Cespita contigua posita in loco appellato Sovra Strada infra
hos confines: ab uno Latere est via publica, a secundo possidet
suprascriptus Zanussus, a tertio est pro parte suprascripti Rivus
mediante suprascripta parte paludis, et pro parte possidet Mi-
chael suprascriptus. Item Unus campus positus in Roncalais infra
hos confines, ab uno Latere est via publica, ab alio possidet Tho-
madus de Bagnara, et ab alio possidet Cornelius de Bagnara.
Item una alia cinta posita in loco appellato la Badia infra
hos confines, ab uno Latere possidet suprascriptus Leonardus quondam
Sancati, ab alio Franciscus Boldarinus de Cintello, et ab alio
Articlus de Bagnara, vel si qui alii predictorum verum essent
confines veriores.

Et ego Joannes Bonadeus filius quondam Nathiussii de A-
viano Aquilegiensis Diocesis publicus Imperiali auctori-
tate Notarius, supradictique Domini Episcopi Scriba, ex commissio-
ne mihi facta per prefatum Reverendissimum in Christo Patrem
et Dominum Dominum Guidonem Dei gratia Episcopum Concordiensem
prout inveni in notis, seu abreviaturis Johannis nota-
rii quondam Zambonini de Cremona nil addens, vel minuens,
quod sententiam, vel contractum mutet, aut variet, praesens
instrumentum fideliter publicavi, signumque meum appo-
sui consuetum in testimonium premissorum.

Anno Dni a Nativitate Millo quingentesimo septuagesimo secundo. Ind. decima die Veneris decimoseptimo mensis decembris:

Constitutum Petrisse de Buja.

1572
17 dic.

Presentibus Bernardo qm. Nicolai, Augustino qm. Morassi de Codicis, Odorico qm. Corradini, Leonardo qm. Fodia, Jacobo patre dicti Bernardi, Symone filio Nicolutti Guidulli, Rogillo filio Sandri, et Leonardo filio Byasini omnibus de Buja testibus ad hec vocatis et alijs. Petrussa filia olim Leonardi de Collesimeno de Buja detenta per prudentem virum D. Nicolaum Gamorelli Gastaldionem Buye, occasione criminationis, accusationis, et infamie date dicte Petrusse super hoc quod ipsa pepererat creaturam quandam, quam creaturam ipsa necaverat. Que quidem Petrussa predicta separata a loco et facie tormenti, non compulsa sed ad interrogationem Dni Gastaldionis predicti petentis ipsam dicere de delicto per eum commisso, ipsa Petrussa dixit et testificata fuit quod in die Dominico proxime venturo erunt dies quindecim, quod ipsa peperit unam creaturam, quam ipsam sepellivit prope algiare domus me. Petito si creatura erat viva vel mortua et si ipsam peperierat de die vel de nocte, que Petrussa respondendo dixit, quod viva erat et erat femina illa talis creatura, et fuit de nocte. Item petito ab ea si maritum habeat, et quis generaverat ipsam puellam, ipsa respondit maritum habere quidam nomine Petrum Russum de Buja, et quod Crassius de Buja eandem puellam generaverat, et ejus filia fuerat, et alias filios ipsa habebat cum dicto ejus marito. Itemum petito quare ipsa tam horribile peccatum commiserat, et perpetraverat, que dixit illud peccatum commiserat ipsa, quia ipsa timuit maritum suum pro eo quod omnes dicebant ipsam se interficere. Item petito a Petrussa preda si quis eam instigavit ad illud faciendum, que respondit quod nemo interfuerat nullaque persona scivit de facto illo; et petito si alias talia fecit ... dicta commisisse, que dixit

. hujus decembris: praesentibus Bernardo quondam Nicolai Bugissio Ma=
rassani, Bugino de Castanella, bisino quondam Jacobi de Codegis, Min=
to quondam Miani, Mathiono quondam Driazij della Dnico dicto Spella=
to, Piatto quondam Gutti de Strambons, et Nicolao quondam Crespini, omni=
bus de Buja testibus vocatis, et alijs.

Coram provido Viro ser Nicolao Gamoretti Gastaldione
Buje sedente in Judicio cum Cumutio quondam .. ...., et
Venuto quondam .... Juratis Buje solito more pro
ratione reddenda. Petrussa, quondam Leonardi de Collesemano
de Buya, vincta in potestate Domini Gastaldionis, ducta ad ju=
dicium occasione mortis cujusdam ejus filie ut dicitur
suffocate per eam in sepelliendo eam vivam, prefatus
Dominus Gastaldio petiit per sententiam a dictis Juratis,
si loco sui poterat deputare et alium virum in Vi=
ce Gastaldione ponere, et sententiato quod sic. ipse ser
Nicolaus loco sui posuit Xtoforum quondam ser Francisci de Buya
et dispositis manibus Petrusse eidem prefatus ser Nico=
laus congressus fuit vigore sui officij de Petrussa tes=
[predicta] superius scripta et nominata dicendo ipsam
necasse et suffocasse quemdam creaturam feminam
filiam dicte Petrusse, quam creaturam vivam
et viventem ipsa sepellierat in domo sue habitatio=
nis, propter quod enorme delictum ipsa Petrussa
ad penam mortis condemnari debebat.

Ibi petito a dicta Petrussa per dictum ser Nicolaum
si necaverat, suffocaverat et vivam sepellie=
rat dictam creaturam ejus filiam ut al=
legatur et congreditur per eum, ipsa dixit publice
manifestavit atque confessa fuit ut premittitur et
allegatur quod ipsa necaverat et necavit, suffo=
... sepellivit dictam creaturam suam

Petrussa, per me Alexium Notarium scripto in superius scriptis Mille Ind.e et die Veneris XVII. hujus mensis decembris dictus Xforus Vicegastaldio petiit a dictis Juratis sententiam super confessis, lectis, et auditis. Qui Jurati super predictis habito consilio sapientum virorum et inter eosmet matura prehabita deliberatione habentes respectum ad presentem ejus confessionem et precedens ejus manifestum talem tulerunt sententiam dicentes et sententiantes quod ipsa Petrussa diabolica instigatione seducta non habendo Deum pre oculis nec ejus mandata, penam corporis patiatur sub tali forma videlicet quod ipsa ducatur ad locum Justitie in quo loco ipsa Petrussa comburatur. Ita et taliter quod ipsa moriatur occasione dicti delicti per eam commissi ne peccatum et enormitas per eam commissum super terram remaneat impunitum et ut alijs cadat in exemplum.

Actum in Buya in loco S. Stefani.

loca vestra et aliqua alia loca Fori Julij contra nos, et gentes nobis subiectas inferuntur novitates et impedimenta mercatoribus, et mercationibus que de partibus Alemanie Venetias, et de Venetijs ad ipsas partes conducuntur, de quo non modicum miramur, quia est expresse contra honorem et bonum vestrum, et Patrie Fori Julij, est etiam expresse contra formam pactorum, que cum dicta Patria habemus, per que evidenter cavetur quod D. Patriarca ecclesie Aquilegiensis ..... et flumina, per suam forciam, et per totum districtum Ducatus Patriarcatus permittet et concedet liberos et apertos, et aperta mercatoribus et mercationibus, et eas liberos et apertos et libera, et aperta stare, et esse faciet, et curabit ita quod libere et sine impedimento ire stare, et redire possint per ea, quare benevolentiam vestram requirimus et rogamus instanter, quod sic efficaciter providere facere placeat cum effectu quod predicte novitates et impedimenta cessent, et iam facta reformentur, ita quod mercatores, et mercationes libere ire et transire possint, et tractentur iuxta dictorum pactorum formam sicut ..... est, et de amicitia vestra confidimus, saltem si vobis placeat vestris litteris nostri

Dictum est, vult ea nunc quod sint in eadem servitute li:

nobis prebere reponsum per . . . . . nuntium nostrum nomine Nicolaum colbum fidelem nostrum, quem cum presentibus duximus specialiter . . mittendum:–

Datum in nostro Ducali Pallatio die 10: maij sexta ind:

à tergo Egregijs viris et Nobilibus viris Rizardo Simoni et henrico de Valvasono

S. N: Suprascriptas litteras Ducales in membranis S. Marci sigillo plumbeo munitas ex autentico ad litteram vapatus exemplauit Dominicus Vianus de S.to Vito Aplicus et Imperialis Nots. et cum signo solito subscripsit, omissis aliquibus verbis deficientibus, et punctatis, que caro(?) sitatis causa legi non potuerunt.–

Ex consimili autentico mediante aliena manu educ. ex quodam libro penes Illmos Dnos Bertoldum, Erasmum et fres Valvasonos hic reg. ad ipsum et autentico comparauit et concordare inuenit Nicolaus Subtilis pub. V.A. Nots. et Valvasoni Canc. Ideo se subscripsit signo et nomine suis de more etc. in quorum fidem Valvasoni die 12 maij 1575

XV/19 Servi Emancipati dal Card. Pileo di Prata

Manumissio Servorum Reverendissimi Domini Cardinalis de Prata. del 1382, registrata ex quoddam Protocollo existente penes Ser Franciscum de Miuttinis.

Millesimo tricentesimo octuagesimo secundo Inditione quinta. Die vero quarta mensis Septembris - Tempore Sanctissimi Domini Urbani Pape sexti. Prate, in Pallacio in Camera magna superiori prope Salam magnam. Presentibus Egregio et potenti Milite Ioanne q.m Domini Nicolussii Comitis de Prata, Nobili Rizzardo, nato nobilis et potentis Domini Guecelmi Comitis de Camino, Desiderato q.m Ser Guarnerii de Pertistagno, Petro q.m Domini Zanini de Prata Notario, ac aliis pluribus testibus ad infrascripta vocatis specialiter et rogatis.

Reverendissimus in Christo Pater et Dominus Dominus Pileus miseratione Divina Tituli Sancte Praxede Sancte Romane Ecclesie Presbiter Cardinalis dignissimus Filius et Heres universalis Egregii ac Potentis Viri q.m Domini Bianchini Militis et Comitis de Prata, pro se et suis heredibus, intuitu Dei omnipotentis, et ob reverentiam intemerate Virginis Gloriose Marie, omnibus modis et viis quibus melius scivit et potuit manumisit omnes servos suos quoscumque, tam Mares quam Feminas existentes in Prata, quam ejus Comitatus et extra, cum omnibus eorum Mobilibus. Immobilia vero voluit quod ipsi habeant et teneant pro habitancia, et pro dicta habitancia teneantur facere servigia, secundum quod idem Pileus Cardinalis duxerit ordinandum, et teneantur dare in scriptis omnia ipsorum bona immobilia dicto Domino Presbytero Cardinali; item voluit quod omnes Servi sui extra Pratam tempore huius Contracti existentes teneantur in termine sex mensium proxime futurorum venire ad standum et habitandum in Prata personaliter, saltem per decem annos, et in casu quo infra dictum terminum non veniant ad residendum in Prata, sicut superius dictum est, vult ex nunc quod sint in eadem servitute li=

gati, et damnatione, sicut primitus erant, exceptis Angeluto et Rainaldo Fratribus q. Jacobi Angelotti de Morsano cum eorum Liberis; nec non Bartholomea q. Magistri Blanchi de Prata uxore dicti Angelutti primo nominato cum ejus Liberis, quos omnes voluit gaudere privilegio libertatis, ita tamen, quod bona mobilia, et habeant pro habitancia secundum quod superius dictum est ex et omnibus debeo facere Instrumentum secundum formam hic proxime in sequenti folio descriptam.

Et ego Jacobus q. Meinardi de Sclusa Aquilejensis Diœcesis pub. Imp. et Apost. Auct. Notarius predictis omnibus interfui, atque de mandato suprascripti Rmi D. Cardinalis manumissionis scripsi et publicavi.

(Tratto dal Vol. VIII p. 237 Colleg. Barnaba)

Quando Dominus Pileus Cardinalis Ravennas fuit positus in possessionem in possessione Morsanicum juribus suis per D. Ricardum de Prata.

Fragilitati inconsultæ minorum providere cupientes, statuimus, quod nullus masculus vel mulier minorum annis viginti Curatore carens et bona sua administrans sui juris, alienare valeat, vel obbligare aliqua bona, vel jura sua immobilia sine expresso consensu duorum ex proximioribus suis masculis majoribus annis vigintiquinque. (inutile)

1383. 28. Novembre. Cividale.

I Nunzj Pontificii scorgendo tornar vani tutti i mezzi adoperati per indurre gli Udinesi a sottomettersi al Cardinale d'Alençon, invocano contro loro l'assistenza del braccio secolare

---

= Branquinus Dei Gratia Episcopus Pergamensis Apostolice Sedis Nuncius et ad infrascripta una cum Reverendissimo in Christo Patre D. Urbano eadem gratia Patriarcha Gradensi cum illa clausula, quatenus vos vel alter vestrum etc; ab eadem Sede specialiter Deputatis Reverendissimis Patribus Dominis Patriarchis Archiepiscopis, Episcopis et Venerabilibus et Discretis viris Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Archidiaconis, Capellanis, Plebanis, Vicariis Ecclesiarum Parrochialium Rectoribus ac aliis quibuscumque universitatibus, seu universitatum Rectoribus, seu omnium supradictorum loca tenentibus, ad quos presentes nostri Processus pervenerit, seu eorum notitia, aut super infrascriptis fuerint requisiti communiter, aut divisim salutem in Domino, et mandatis nostris ymo vero Apostolicis firmiter obedire.

Dudum Sanctissimus in Christo Pater et Dominus noster D. Urbanus Divina providentia Papa Sextus de persona Reverendissimi in Christo Patris et D. D. Philippi Episcopi Sabinensis Cardinalis, Ecclesie Aquilegensi tunc pastore carenti auctoritate Apostolica duxit providendum de dicta Ecclesia, et providit dans in mandatis Capitulo Aquilegensi ac Clero et populo Civitatis et Diocesis Aqui=

Agricola Agricola Congregaz. S. Philipi

legresis, universisque et singulis vassallis et subditis dicte Ecclesie, ut eidem Reverendissimo Patri D. Philippo ut Patriarche et tanquam Patri et pastori animarum suarum exhiberent reverentiam et obedientiam debitas et devotas, et alia servicia consueta prout in nonnullis literis Apostolicis inde confectis plenius continetur. Demum vero exposito pro parte dicti Reverendissimi Patris D. Philippi prefato Domino nostro Pape, quod universitas Terre Utini dicte Aquilegensis Diocesis, erant prout sunt vasalli et subditi etiam in temporalibus Ecclesie predicte Aquilegensis cum nonnullis eorum in hac parte complicibus etiam ejusdem Ecclesie in temporalibus subditis et vassallis contra eundem Reverendissimum Patrem D. Philippum Patriarcham predictum inconsultis motibus rebellabant ac obedientiam et reverentiam predictas et servitia debita et consueta contra dictum mandatum Apostolicum eidem Reverendissimo Patri exhibere damnabiliter contempnebant. Supplicabatur eidem Domino pro parte ejusdem Reverendissimi Patris predicti in premissis sibi provideri de remedio oportuno. Quapropter prefatus Dominus noster Papa per Apostolica scripta promisit Reverendissimo in Christo Patri D. Urbano Patriarche Gradensi predicto, ac nobis cum clausula antedicta, et mandavit quod prefatos universitatem et complices, ac etiam alias universitates Terrarum et locorum predicte Ecclesie in temporalibus subjectorum ad exhibendum dicto D. Philippo Patriarche obedientia et reverentiam et alia servitia

ab eisdem ipsi Patriarche et dicta Ecclesie Aquilegensi debita et consueta auctoritate Apostolica predicta nostris prudentibus exhortationibus et monitionibus indicaremus. Et in casu quo prefate Universitates et complices predicti dictis nostris monitionibus acquiescere recusarent aut negligerent, quod nos aut alter nostrum ipsos ad id per censuram Ecclesiasticam et alia juris remedia, Appellatione postposita, compelleremus. Et nihilominus fructus redditus et proventus ad mensam Patriarchalem spectantes ad manus nostras nomine Camere Apostolice reciperemus, contradictores etiam quoslibet et rebelles censura simili Appellatione postposita compescendo cum potestate prefatos universitates et complices ac singulares personas ex eis tam Ecclesiasticas quam seculares monendi et citandi etiam per edictum publicum in locis circumvicinis affigendum; ac cum potestate providendi contra predictos universitates et complices, ac singulares personas tam Ecclesiasticas quam seculares, etiam si Pontificali, Episcopali et Abbatiali profulgeant dignitate; et ipsos beneficiis et omnibus pheudis et bonis que a dicta tenent Ecclesia Aquilegensi privandi et amovendi atque inhabilitandi ad premissa obtinenda. Invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, et etiam cum potestate absolvendi volentes redire ad predictam obedientiam, et cum ipsis super irregularitate, si quam contraxerint, dum tamen non in contemptum clavium, fuerint dispensandi, prout latius de dictis aliis literis

Agricola Agricola Congregaz. S. Philipi

de quibus supra fit mentio nobis debite presentatis et cum debita reverentia receptis plenius et latius continetur. Postmodum vero volentes ut tenemur ad executionem dictarum literarum Apostolicarum procedere, dictas universitatem Utinensem et singulares personas in propria persona monuimus et exhortati fuimus ut juxta continentiam dicti mandati Apostolici eidem Reverendissimo Patri D. Patriarche predicto obedientiam et reverentiam ac alia servitia eisdem debita et consueta exhiberent, quod facere expresse recusaverunt. Quapropter contra nonnullos inferius descendentes recepta primitus debita informatione super eorum rebellione et inobedientia, videlicet contra universitates Terrarum atque locorum Utini, Glemone, Venzoni, S. Viti, Marani, Montisfalconis, Tumetii, contratarumque Carnee ac Cadubrii, Sagance, Valvasoni, Chuchanee, Pertistagni, Tricenti Superioris et Inferioris, Savorgnani, Trisani, Prampergi, Castri Porpeti, Strassoldi Superioris, Colloreti, Ragonee, Murucii Maniaci, Attens Superioris, et Moti cum villis eisdem locis pertinentibus et subiectis. Nec non contra fratrem Bondi Abbatem Monasterii S. Galli de Motio Ordinis S. Benedicti Aquilegensis Diocesis, Federicum de Savorgnano, militem, Doymum de Castello, Simonem, militem, Franciscum et Joannem Paduanum ejus filium de Colloreto, Bernardum juniorem et Jacominum ejus fratrem de Strassoldo; Rizzardum de Valvasono, Johannem de Zucco, Freschuim de Cucanea, Brunettum de Pertistagno

Nicolusium de Castello, Mathiusium de Prampergo, Odorlicum Fulcheris et Federicum Belli de Savognano, Candidum et Johanninum de Ragonea, Pileum et Federicum ejus nepotem de Muratio, Leonardum et Nicolaum de Castelerio, Baldassarium de Maniacho, Bantussium de la Frattina, Petrum et Nicolaum de Attens, Philippum de Fagarea, Johanninum et Odoricum de Triano, Blasium Johannoti de Lisono, Missium et Hermanum ejus filium de Ramanzacho, Hectorem Mutilite, Nicolaum de la Dona, Nicolaum Manini, Detalmum et Leonardum de Indriottes, Tintinum de Artenea, Jacobum de Padona phisicum, Jacobum de Assidibus, Joannem de Burgoglemone, Leonardum Seros de Sancto Daniele de Attens, Nicolaum de la Villa, Turinum de Brugnis, Nicolaum dictum Pintani, Antonium Buscum de Glemona, Simonem Squaram et Simonem Judeum de Venzono, Guidettum et Fradarium de Sancto Vito Ruffinum de la Turre et Bocnum de Montefalcono, Nicolaum Notarium de Marano et Nicolaum de Guart in Carnia, ac etiam contra singulares personas universitatum locorum superius descriptorum tam Ecclesiasticas quam seculares et earum complices dicte Aquilegensis Ecclesie subditos et vassallos quos etiam ex superabundanti per alios nostros Processus auctoritate Apostolica supradicta exhortati fuimus requisivimus et monuimus quatenus infra certum terminum jam diu elapsum in dictis nostris Processibus comprehensum eidem Reverendissimo Patri D. Patriarche tamquam eorum vero

Agricola Agricola Congregaz. S. Philipi

Domino obedientiam et reverentiam predictas ac alia servitia sibi debita et consueta exhiberent realiter et cum effectu, ac fructus, redditus et proventus ad dictum Reverendissimum Dominum Patriarcham et ejus mensam Patriarchalem spectantes per ipsos et ipsorum quemlibet perceptos ad manus nostras nomine dicte Camere Apostolice ponerent aut causam rationabilem cur ad premissa minime tenerentur infra dictum terminum allegarent, quod tamen facere neglexerunt. Postmodum vero dictos superius nominatos in sua rebellione contumaciter persistentes monuimus, citavimus, requisivimus et sub pena Excomunicationis in singulares personas et Interdicti in Universitates, Ecclesias, Castra et loca superius nominata mandavimus, quas penas incurrerent contradictores et rebelles ac eorum complices in dictis Processibus nominati si infra certum alium terminum in ipsis nostris Processibus comprehensum mandatis nostris, ymo vero Apostolicis, non parerent, quod facere non curarunt. Propter quod dictas sententias Excommunicationis et Interdicti damnabiliter incurrerunt. Deinde dicti superius nominatis in sua rebellione et obstinatione et Excommunicatione et Interdicto perseverantibus animis induratis, contra ipsos et quemlibet ipsorum lite debite et ad certum alium terminum etiam diu elapsum contentum in aliis Processibus nostris citatos ad Sententiam nostram diffinitivam processimus ipsos incidentes et quemlibet ipsorum, videlicet dictum Fratrem Bondi olim Abbatem ab administratione

regimine et cura Monasterii S. Galli de Motio dicte, Aquilegensis Diocesis et reliquos dies ut premissum est superius nominatos omnibus pheudis et bonis que a Dicta Aquilegensis Ecclesia obtinebant privando et ab ipsis amovendo atque inhabilitando ad predicta de cetero obtinenda cum comminatione etiam aggravandi dictas nostras sententias, atque procedendi ad invocationem brachii secularis juxta dictarum Apostolicarum litterarum continentiam et tenorem prout in prioribus nostris Processibus inde confectis plenius et latius continetur. Subsequentes preditos superius nominatos et eorum quemlibet exigentibus eorum rebellione et contumacia, servatis servandis dum Divina Officia celebrarentur pulsatis campanis et candelis accensis ac deinde extinctis excommunicatos denuntiari fecimus, et Universitates, Terras, Castra, Villas et loca superius nominata etiam esse suppposita Ecclesiastico Interdicto.

Verum quia ipsi et quilibet ipsorum dictas nostras monitiones, exhortationes, requisitiones, sententias et mandata ac denuntiationes in dictis nostris Processibus contentas et contenta non curantes, ymo potius vilipendentes et more Aspidis surde aures suas obturantes et pejora prioribus contra prefatum Reverendissimum Patrem et Dominum Patriarcham et contra Terram Civitatis Austrie, dicte Aquilegensis Diocesis obedientem eidem D. Patriarche, et contra alias Terras in obedientia predicta notorie committentes, et contra nostras alias sententias Excomunicationis et Interdicti et privationis et inhabilitationis diutius substinentes prout hodie substinent animis induratis. Cum crescente

Agricola Agricola Congregaz. S. Philipi

contumacia crescere debet et pena, nos volentes super his ad ulteriora recedere ut tenemur secundum mandati Apostolici continentiam et tenorem, et ne predicti superius nominati de eorum malitia valeant gloriari, et ne ipsorum facti perversitas trahatur ab aliis in exemplum, discretioni vestre, seu vobis et cuilibet vestrum presentium tenore committimus, vobisque in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena quam in vos et quemlibet vestrum termino sex dierum elapso, duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos pro tertio et peremptorio termino ac monitione canonica premissa vobis et vestrum singulis assignamus postquam fueratis requisiti per prefatum Reverendissimum Patrem et Dominum Patriarcham vel ejus procuratorem, quam sententiam feremus in hiis scriptis si mandatum nostrum hujusmodi ymo verius Apostolicum contempseritis adimplere districte precipiendo mandamus quatenus vos aut aliquis vestrum auctoritate nostra ymo verius Apostolica omnes et singulos tam mares quam mulieres, amicos, vicinos, notos, domesticos et propinquos excommunicatorum supradictorum nominatim et expresse, illis dumtaxat exceptis qui a jure in casibus huiusmodi excluduntur. Moneatis etiam quos nos per presentem monemus sub excommunicationis pena eis districte precipientes ut nullum cum dictis excommunicatis seu eorum aliquo in cibo, potu et loquela emendo, vendendo, coquendo, molendo, ignem aut aquam eis dando, stipendium equestre aut pedestre ab eis vel ipsorum aliquo directe aut indirecte recipiendo, sive etiam gratis eisdem serviendo, vel alio quocum

que modo parteipare presumant. Inhibentes etiam quod nullus ad personas, loca et Communitates predictas vel aliquem eorundem bladum, vinum, carnes, pannos, ligna, seu res quascumque aut merchationes, vel merces ad illos deferre, aut ipsis vendere, seu alio quocumque modo merces ab ipsis emere seu recipere quovis titulo seu quesito colore presumant. Alioquin tales parteipantes cum superius nominatis aut eorum aliquo contra prefatam nostram inhibitionem et vestram monitionem in casibus superius expressatis, aut aliquo eorundem si infra sex dies non destiterint, seu cessaverint a parteipatione predicta, quem terminum eis et cuilibet eorum pro primo secundo et tertio termine perentorio assignamus in eos et eorum quemlibet predicta Canonica premonitione premissa ex nunc prout ex tunc, et tunc prout ex nunc Excommunicationis sententiam ferimus in hiis scriptis. Inhibentes etiam ne Clerici Beneficiati in Civitate aut Diocesi Aquilegensi in Terris predictis moram trahent seu Domicilium habeant, sed ab ipsis locis rebellibus infra XV Dierum spatium sub pena Excommunicationis et privationis Beneficiorum suorum recedant et ad alia loca non interdicta se transferant. Ita tamen quod in Parrochialis Ecclesiis presbiteri curati vel eorum vices gerentes pro ministrando Baptisma parvulorum et cetera alia Ecclesiastica Sacramenta que de jure interdicti tempore ministrantur, possint licite permanere. Mandamus insuper vobis omnibus et singulis quibus noster presens Processus dirigitur sub eadem pena Excommunicationis quatenus omnes et singulos parteipantes cum

Agricola Agricola Congregat. S. Philipi

ges= | lurimi |) predicti | vespe= | ? sequendi | ecit regis | sicil. | ; conjunc | ines, | festa | Febuarij | ; | tij | ti | tij | mili | D:

prefatis rebellibus et inobedientibus aut aliquo eorum, vel interdicti Terris et locis in casu aliquo premissorum contra et post inhibitionem nostram et monitiones vestras predictas singulis diebus Dominicis et festivis in Ecclesiis vestris et alibi ubi expedire videritis et fueritis requisiti pulsatis campanis et candelis accensis et demum extinctis infra Missarum solemnia coram fideli populo excommunicatos publice nuntietis seu nuntiari faciatis tam diu quam diu super hiis nostris ymo vero Apostolicis voluerint parere mandatis. A qua quidem Excommunicationis sententia prefati superius nominati ac participantes ut premissum est non possint absolvi ab alio quam a Romano Pontifice nobis aut dicto Collega nostro vel deputandis a nobis nisi duntaxat in mortis articulo. et si forsan mentes dictorum rebellium in erroris perfidia prestiterint et in eorum damnata nequitia in futurum, quod absit, ita quod infra mensem post terminos predictos ad obedientiam sancte matris Ecclesie et prefati R. Patris D. Patriarche non redierint, et fructus redditus et proventus spectantes ad dictam mensam Patriarchalem per superios nominatos perceptores ad manus nostras nomine dicte Camere Apostolice non posuerint ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc auctoritate Apostolica, prout tenemur, pro brachio seculari invocamus contra superius nominatos tamquam Sancte Romane Ecclesie Dictaque Aquilegensis Ecclesie et prefati D. Patriarche hostes perfidos et rebelles, Catholicos Reges, et presertim Illustrissimum Principem Dominum ... Regem Romanorum, Serenissimam

Principissam Dominam... Reginam Ungarie protectricem dicte Sancte Aquilegensis Ecclesie, Marchiones, Duces, et Comites, et precipue Excelsum et Magnificum Dominum... Comitem Goricie Advocatum dicte S. Aquilegensis Ecclesie, et alios quoscumque Principes, Barones et Milites, ac Communitates et Dominos Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum, et aliarum universitatum fidelium, ac etiam fideles vasallos et subditos ipsius Aquilegensis Ecclesie in auxilium dicti Reverendissimi Patris D. Patriarche et dicte sue Aquilegensis Ecclesie, ac sibi adherentium. Ita quod prefati rebelles superius nominati et eorum complices et fautores, atque ipsis auxilium, consilium et favorem directe vel indirecte prestantes et eorum bona impune possint capi, et capientibus lucro fieri. Comminantes etiam predictis rebellibus superius nominatis quod si in dicta eorum rebellione, contumacia atque sententiis perseveraverint animis induratis, quod absit, contra eos tamquam de heretica pravitate suspectos et ad alia graviora per Romanum Pontificem mediante justitia procedetur. Insuper cum ad ulteriorem executionem intendere nequeamus negotiis aliis Ecclesie Romane ac nostre Ecclesie Pergamensis occupati, dicto Collega nostro, nec non Reverendis Patribus D.D. Episcopis Concordiensi, Literanensi et Cenetensi, ac Decanis Ecclesiarum Aquilegensis, Concordiensis et Civitatis Austrie dicte Aquilegensis Diocesis, et ipsorum cuilibet in solidum totaliter vices nostras committimus donec eas ad nos duximus revocandas.

Agricola Agricola Congreg. S.ti Philipi

Et ut presens nostra aggravatio, et invocatio brachii secularis, atque commissio ad notitiam predictorum rebellium superius nominatorum deducatur, eandem in Ecclesiis Aquilegensi vel Civitate Austrie, et locis circumvicinis appendi aut affigi hostiis seu valvis aut alibi ubi commodius fieri poterit facienus que presentem nostram aggravationem et invocationem brachii secularis atque commissionem suo quasi sonoro preconio et patulo iudicio publicabuntur. Ita quod hiis quos aggravatio, invocatio brachii secularis, et commissio ipsa contingit nullam postea possint excusationem pretendere, aut ignorantiam allegare quod ad eis non pervenerit, aut ignoraverint eandem, cum non sit verisimile remanere incognitum aut occultum quod tam patenter omnibus publicatur. In quorum testimonium presentes litteras aggravationis, invocationis brachii secularis ac commissionis fieri mandavimus et nostri sigilli appensione muniri. Datum in Civitate Austria dicte Diocesis in Domo nostre habitationis die vigesimo octavo Novembris sub anno Domini Millesimo trecentesimo octuagesimo tertio, Indictione sexta. Pontificatus prefati Domini nostri Pape anno sexto. =

Dall' originale pergamena nella Collezione del Dott. Giandomenico Ciconj di Udine —

N.B. Il carattere è di mano di Giovanni Susanna Cancelliere Patriarcale —

Amici Carissimi. Jandudum audivimus, vos malis, ut putamus suggestionibus informatos propter discordiam, quam cum Reverendissimo Patre

1384. 18 Feb. nostro Domino de Alenconio Patriarcha Aquilegensi vestro multa bona

Lettera del Popolo e Comune di Firenze al P. Alenconio mobilia et immobilia Joannis olim Castronis de Bardis dilectissimi civis nostri, et fratrum, auctoritate publica distraxisse, ex eo quod predicti Domini Patriarche factionibus adheret, quod quidem audito sumus multis respectibus admirati. Nam quod ipse vestrum Patrem, et verum Antistitem sequeretur sibi non debuit, ad culpam, vel aliquod facinus imputari. Placeat igitur huiusmodi bona, tam ei, quam fratribus, que, sine iusta causa sicut credimus ablata sunt, que reperiuntur facere restitui, et que, consumpta forent restaurationem debitam reservari. Nam cum dictus Joannes, et fratres Cives nostri sint, non possemus eis in tam manifesta iniuria iustitie debitum denegare. Datum Florentie die 18 Februarij 8.va Indictione 1384.

Priores artium, et Vexilifer Justitie } Populi, et Comunis Florentie

a tergo) Nobilibus Viris Capitaneo, Consilio, et Comuni Vtinensis Civitatis, nostris Carissimis

Locus sigilli magnifice Comunitatis Vtini } Jo: Dominicus Salomonius Cancellarius Magnifice Comunitatis Vtini sub., et sig.

Litteras antescriptas aliena manu exemplatas ab autenticis existentibus in processu signato nota C. extante in Cancelleria Magnifice Comunitatis Vtini, facta recognitione publicavi ego Marcus Antonius Fiducius Notarius, et eiusdem comunitatis Cancellarius addito illius sigillo in fidem

Exemplatum supraescriptum ex alio consimili autentico mihi exibito ab Admodum Reverendo Patre Agricola Agricola Congregationis Sancti Philipi



Philippi Neri Civitatis Utini, quod dixit
sibi accomodatum fuisse a Rev.mi D. Abbate
D.ni Josephi Dini de Villa Varmi, prout
inveni reg.s extraxi med.e aliena manu
factas, in collat.e in fide subscripti, et
signavi, Ego I.C. Ant.s Corry P: V: N
et Quidem: Urbs Civi die 22 Xbris
1716 L: D: m: 5

19

[illegible] migliori ordine pensò [illegible] [illegible] Comune e nella fortificazione di Tolmezzo

[illegible] Giovanni notajo di Tolmezzo ~~[illegible] di Tolmezzo~~

1384 ind. 7 die 17 octubris in Tumecio in logia parva congregato Consilio Communis Tumecii ad sonum campane more solito ubi interfuerunt ultra duas partes hominum de consilio, videlicet ser Guidonis de Fuxo vicegastaldio [illegible] Egr. Mil. D. Federico de Savorgnano, Dominicus q. Jo. Gufetti Camerarius, Jacobus Brugnus ~~[illegible] frater~~, ser Bernardus notarius, Jacobus q. Melchioris, [illegible] eius frater, Jacobus Pertoldi, Mg. Joannes Cyprianus, Onofrius, Culassius Pinti, [illegible] eius frater, Nicolaus q. ser Ulvini, Culassius Cerdo, Jacobus Coder et ego Joannes notarius [illegible] ptus. Ibidem per Dominicum Camerarium Communis propositum fuit qualiter Commune Tumecii multis expensis gravatum est in tantum quantum Camerarius predictus ad presens [illegible] exponit ultra XX marchas de suis pecuniis in fortificatione Terre Tumecii ~~[illegible]~~ et propter obsidionem Terre Glemone [illegible] factum non modica pecunia exegit [illegible] est [illegible] opportuna et ad fortificationem [illegible] ipsam Terram et quam [illegible] diebus ultra XV transactis congregata vicinia Com. Tumecii et ibidem proposito utrum necessarium foret imponere collectam in Com. Tumecii an vendere dacia ipsius Communis pro uno anno integro futuro, inchoando Kalendis januarii atque per maiorem partem unanimiter deliberato potius vendendi fore dacia quam collecta imponere et ideo vigore deliberationis predicte facte in vicinantia plena, incantatis dacis preconia voce per Terram Tumecii ultra spacium XV dierum, cum nullus [illegible] obtulerat ultra summam sexagintaquinque marcharum denar. novorum videlicet Petrus q. ser Candidi [illegible] de Tumecio et quem pro solutione stipendiariorum missorum ad obsidionem Glemone ad presens necessarium est habere ultra XL marchas denar., instabat dictus Camerarius per Consilium decerni atque determinari si dacia predicta debeant deliberari ac vendere eidem Petro non ponendo dacium [illegible] nec dacium

Cor. Autographo existente in Tabulario Civitatis Utini 1385. Copia

lignaminis et ibidem facto per [singulos] consiliarios diligenter scrutinio, de Con-
sensu fuit quod dicta predicta medietate ultra spatium XV dierum
debeat preferentialiter deliberari in manibus Petri predicti
qui plus obtulit pro uno anno integro incohando primo januarii
prox. fut. pro precio LXV march. den. novorum non computando in
ista vendita daciam lignaminis nec daciam mensurarum et ponderis.
Qua deliberatione diligenter sic facta, idem Dominus Camerarius de mandato
et consensu et predicta dacia vendidit et tradidit Petro supradicto
precio etc.

1384 die ultima octobris tunc in Castello. Dominus Camerarius
Communis fuit contentus et confessus habuisse et recepisse a Petro
tri marchas den. Aquil. LXV pro daciis anni futuri ipsum Petrum
[...] faciens finem remissionem etc.

1384. LXXVIII) Excelse Dñe qualiter et in quantum dilectionis experientia evidentissime demonstrata et que in nostris specialibus profficuis continuo invalescit et tantam nobis temporibus retroactis influxit felicitatem, quam erga Dnum nostrum, ejusque ecclesiam matrem, patriamque totam et nos gestis in speciali et gessistis vestre obligamur Magnificentie novit eternus. Quo circha non solum honores et status Venerabilis Dñi Abbatis Mosacensis vestri cari et intimi, vestri contemplatione et sui exigente dispositione famosa veluti proprios pro posse sustinebimus Set in quibuscumque alijs concernentibus statum vestrum salutarem et quibus nostris conceperemus mentibus vobis fore gratum nostri dñi, nostrique cum honore letabundis cordibus cum promptitudine viribus et posse nostris jocunditer exponeremus. Altissimus vos conservet per tempora longiora et intercessione pie Matris Virginis gloriose de Impensas ejus ecclesie Aquilegen. et nobis retribuat meritorum. Datum Utini die 26. Januarij Indict. septima

Vestere excelse Magnifficentie
Servitores devoti Zaninus de Prata
Capitaneus... Consilium et... Commune Utini

Directa Dño Paduano

ex Autographo existente
in Tabulario Civitatis Utini.

1385. LXXIX Salutatione premissa. Egregie et Nobiles Amici tamquam fratres carissimi tenore presentium vobis notifico, ut alias vobis intimavi, quod Coneglani magnum fulcimentum efficitur et cottidie ibi conducuntur Arma complura et alia edificia et solummodo eri venerunt multa plaustra honerata bombardis et alijs armis, et tantum fertur quod volunt Sacillum accedere. Insuper Vobis notifico quod duo Ambasciatores dñi Paduani quorum unus nominatur Bernardus Lazero, alius Johannes de Cremona, cum quibus esse volui, vadunt in Ungariam, et nihil ab eis habere potui nisi quod ille Johannes de Cremona mihi abuit dicere quod vere non esset magnum tempus quod in Patria Forijulij essent plures quam quinque millia equites, alia sentire non potui paratus ad vestri beneplacita
Datum Sacilli xvij.° Aprilis viij.ª Indictione

Jacomucius Comes de Purcilijs Capitaneus Terre Sacilli

A Tergo/ Egregio et Potenti Militi dño Federico de Savorgnano
nec non decem computatis pro Communitate Utini
fratribus carissimis

Ex Autographo existente
in Tabulario Civitatis Utini.

1385. Copia

1385.

Copia Litterarum missarum
Ducali Dominio per Dominum Verone

(LXXX.) Illustris et Excelse, tamquam Pater Carissime participantes cum Inclito vestro Ducali Dominio nova que percepimus Mittimus Vobis presentibus interclusum folium continens copiam cujusdam littere Nobis misse per Magnificum Dnum Paduanum et cujusdam incluse in dicta littera ac etiam responsive nostre quam fecimus ad premissa.
Datum Verone xxvij Maij

Antonius dela Scalla Verone &c
Imperialis Vicarius Generalis.

Copia Littere misse Dno Antonio dela scalla
per Dnum Padue.

(LXXXI.) Magniffice Frater Carissime. A Viro Nobili Francisco Turcheto Secretario meo dilecto recepi quandam literam in qua inter cetera continetur, quod Fraternitas vestra dixerat ei se velle me scire quod propter plura et plura verba per venientes de Padua Veronam relata intentionis mee erat velle guerram movere vobis, et propter hoc cum Venetis ligam feceratis. Ad que Fraternitati vestre respondeo quod illi qui verba ipsa portaverunt magnum mihi fecerunt obliquum, quia bene scitis modos quos in factis vestris tenui et servavi et etiam Valarianus familiaris vester bene scit verba que dixi sibi quando venit ad me super verbis que dicta fuerunt ~~vobis~~ Vobis opus non esse dubium aliquod de factis meis habere. Item scripsit mihi dictus Franciscus Vos sibi dixisse quod promiseram firmare ligam cum Furlanis. Ad quam partem volo Fraternitatem vestram pro sui declaratione scire tempore quod preterito fuerunt et sunt aliqui Furlani, et specialiter illi de Utino, rebelles et usurpatores bonorum et jurium Aquilegen. Ecclesie et etiam fuerunt rebelles Revmi P. et Dni Dni Philippi de Alenconio Cardinalis Sabinensis Sancte Sedis Aquilegen. Patriarche, et sunt aliqui etiam multi qui fuerunt et sunt obedientes ipsi dno Cardinali Patriarche et firmiter dispositi ad ipsius conservationem et honoris. Et sicut Fraternitas vestra potuit audire, discordia et guerra extitit inter ipsos pro qua tollendis requisitus per Sanctissimum nostrum Papam, Cesareamque Majestatem, ac Reginalem Magestatem Ungarie, in cujus protectione Patria est, ac in contemplationem ac Reverentiam Ecclesie Aquilegen. et Patrie Forijulij, quorum mei et ego fuerunt, et sum Amicus, qui pro ipsius Ecclesie et Patrie Status conservatione pluries ei servivi sicut potest omnibus esse notum. Ac etiam contemplatione dicti dni Cardinalis Patriarche ad cujus personam devotione afficior singulari, et ut Patria ipsa in bono et tranquillo statu essent, et in suis consuetudinibus antiquis et debitis conservaretur, dictoque dno Cardinali Patriarche prestaretur obedientia debita, facto in me de comuni Partium consensu com-
mi

misso tamquam in Arbitrum et Arbitratorem ac amicabilem compositorem ac communem amicum tulli sententias, quas puta-vi et puto rationabiles et honestas tam super obedientia sibi prestanda et prestita, quam super restitutione bonorum ad ipsum Cardinalem de Iure spectantium sibi fienda occupatorum per aliquos Patriotas, et non obstantibus dictis superius per me satis-faciendo debita premissorum dicto dño C. Patriarche se insimul ligaverunt et induxerunt aliquos ad Unionem se cum Venetis contra honorem et statum dicti dñi sui dñi Cardinalis Patriar-che et contra expressam ejus conscientiam et mandatum, et moli-ti sunt et cotidie moliuntur aliquos dicte Patrie obedientes dicto dño Cardinali Patriarche per vim inducere ad Ligam ipsam intrandam prout in copia cujusdam litere per dnum C. Patriarcham mihi misse inclusa presentibus videbitur contineri, cujus quidem occasione et causa ego requisitus per ipsum dnum C. Patriarcham de gentibus meis sibi mittendis, ex gentibus meis misi juxta requisitionem suam, et etiam mittam de alijs si sibi extiterit opportunum pro conservatione status et hono-ris sui, ac etiam Ecclesie Aquilegen. et suorum; Factum itaque istud, quod stat prout scribo, decrevi Fraternitatem vestram scire. Datis Padue die XXVj Mensis Maij

Copia de qua supra fit mentio

(LXXXII) Magnifice et Excelse Frater Carissime Vestri dilecti fideles nostri populares Terre nostre Glemone, quia hodie hora tertiarum currentes ad rumorem armati clamantes unanimiter Vivat Pa-triarcha et Vivat Populus Aliqui enim ex majoribus Terre intende-bant consentire Lige Utinensium existentibus ibidem Federico de Savorgnano, Nicolao de Spegnimbergo et Marino Veneto occasione hujusmodi inde accesserunt ipsi populares ad Castrum recipientes in se castri custodiam ad honorem nostrum et Ecclesie nostre Aquilegensis de manibus Vicecapitanei illorum de Spegnembergo demum ad Nos celeriter miserunt pro succursu timentes per unionem et eorum gentes offendi habentes ipsi Glemonenses penes se infra Terram prefatos Federicum, Nicolaum et Marinum, nec eos ab inde re-cedere permittentes; possimusque ipsisque Fidelibus nostris Glemo-nensibus, ut ipsi fidelitate sua, et ceteri nobis fideliter assistentes constan-tius perseverent ac etiam amplius animentur, succurrere toto posse, fidelesque nostri Civitatenses videantur bone voluntatis licet poten-tie modice. Idcirco Fraternitati Vestre quam strictius possumus deprecamur cordis toto affectu quatenus pro conservatione honoris nostri, et status et Ecclesie nostre predicte, nostrorumque Fidelium et Patrie Libertatis gentes vestras Equites et Pedites, quibus bono modo carere potestis mittere ad Loca vestra in confinibus inde ad
omnem

omnem requisitionem nostram prout expediens fuerit progressu-
ras absque mora placeat, et velitis; in vestra enim firmitate des-
posuimus Anchoram totius nostre spei. Scripsimus etiam Capitaneis
vestris Turri et Motte et in confinibus, ut Gentes Equites et Pedites
quibus carere possunt ad Vos illico mittant transmittendo per Turrim
et ibidem se adunando. Datum in Patriarchali Palatio nostro
Civitatis Austrie Die xiiij May Anno LXXXV.

Copia Brevis.

(LXXXIII) Carissime Frater Ordinet quesumus vestra Paternitas (sic) quod major
pars Gentium mittendarum ad propinquiora Loca vestra et spe-
cialiter ad Turrim destinentur, ut gentes sint magis parate.

Copia alterius Brevis.

Post omnia alia scripta Civitatenses Deputati noviter ad Consilia nostra
nomine Communitatis instarunt penes Nos supplicando, ut penes
(LXXXIV) Magnifficentiam Vestram operari vellemus, ut de Gentibus vestris ha-
berent hic pro defensione status nostri, et ipsorum, ac etiam pro offen-
sione si sit opus usque ad numerum Lancearum equitarum L.
et peditum precipue Balistariorum C. Unde Magnifficentie ves-
tre placeat ipsis fidelibus nostris in hoc complacere, quod non
exhesistamus (sic) multum faciat pro factis nostris, ac etiam pro bono
agendorum. Statim audivimus Federicum de Savorgnano et Mar-
tinum Venetum Utinum redivisse, de Nicolao de Spegrimberg
(sic) ut scimus. Datum ut supra.

Copia responsionis facte ad predicta
per Magnifficum Dnum dela Scalla

Magniffice Frater Carissime. Recepimus litteras vestras per quas
(LXXXV) nobis signifficastis nova que habuistis de partibus Forijulij, de
quarum missione care Fraternitati vestre plurimum regratia-
mur. Rogantes quod quecumque Vos habere contigerit de
dictis Partibus in futurum, eorum Nos velitis facere participes.
Datum Verone die XXVI May

ex Archivo Cancellarie Civitatis
Utini

1383. Carri

1385. / Carissimi Fratres. Dolemus ut novit Eternus de amissione tem-
(LXXXVI) poris irreparabili, et tot damnum prebente et detrimentum; sicut vo-
bis constat gentes nostre de ultra Tulmentum nondum reverse sunt.
Sed cogitavimus, et imo scribimus Vobis cum voluntate et beneplacito
Egregij et Nobilis Dni Jacobi provisoris Inclite dominationis &c. et
in quantum vobis placeat deliberavimus Vos unum vel duos ex Vestris
ad eundem, et ad nos fratres vestros indilate et sine mora mittere
ut detur ordo bonus ad obtinendum vota nostra circha factum Elemo-
ne; quia videmus etiam sine gentibus nostris absentibus esse po-
tentes ad exequendum hec facta, requirendo nostros, videlicet illos de
Santo Daniele de partibus superioribus, illos de Tumetio, de Carnea
et de Canalibus, de Frampergo, et de Artenea, de Tarcento et alios
nostros &c. Et qualiter et in quantum erit pro Patria Fori Julij,
nobis et Libertate nostra fructuosum et utile, vix possumus tutum
videre, tanta est habundantia de hijs fructuosa. Nam bona consi-
deratione attenta quasi omnia nostra facta sunt .... retinent in
suspenso omnes prosperitates dominij et nostras &c. Nova ad pre-
sens sunt quod gentes nostre ante Brugneriam campum posuerunt,
et quod secundum quod est nobis scriptum dnus Cardinalis nuper re-
cepit in Advocatum Ecclesie Aquilegens. dnum Paduanum, atque
ipsum investivit de Civitate Portusgruarij, et de Sancto Vito, et
de Castro Savorgnani; et generaliter de omnibus alijs acquirendis
per eum de bonis dni Federici de Savorgnano Militis; et quod
pridie Capitaneus Portusbufuleti affidatum vocavit Egregium Militem
dnum Johannem de Prata, ut iret secum ad prandium Portumbufoleti
in cujus reversione Domicellus ejusdem dni Johannis die Jovis finivit
dies suos, et subito, et in crastinum idem dnus Johannes, videlicet
die Veneris nuperrime preterita similiter diem suum clausit extre-
mum. Ceterum quod gentes nostre super Visintino existentes conantur
transire Brentam, et non possunt sed cottidie multiplicantur. Et ex ad-
verso gentes dni Paduani quas videtur conducere, et esse Johannis de Azo sunt
in Cittadella ad obviandum ne nostre transeant et similiter accumulantur alie
gentes ipsis ut fertur. Demum autem sciat ipsa Fraternitas quod incepimus
destruere Cortinas, et victualia Bladi et Vini conducere Utinum, vel
ad alia loca Amicorum, et sic conceditur omnibus cujus ipsa Victualia
sunt Libere et secure conducere posse &c. Et incepimus a Cortina Mere-
ti de Capite Cornu, que hodie data est nobis et affidavimus bona et
personas de dicta Villa, sed non Cortinam, de quibus ipsi Rurales con-
tenti sunt, sed primo fuit aliquantulum debelata, et vulnerati de eis, et de
nostris. Datum Utini die XXVIIJ Novembris. Indictione VIIJ.
.... Quinque Deputati pro Communitate Utini,
Consilium et Commune ejusdem Terre cum Fraterna salutatione

A Tergo / Honorabilibus et Circumspectis Viris dnis Vicecapitaneo. Consilio et Communi
Terre Venzoni tamquam Fratribus Carissimis

Ex Autographo exist.te
in Tabulario Civitatis Utini

Franciscus de Cararia Padue &c.

Prior. Ego scribo dno Jacobo de Piis in forma inclusa presentibus. Quare
(LXXXVII) super eo mihi veritatem scribe. Si potestis plus in partibus illis et
ledere emulos, et si non potestis dicas propter quam causam non potes-
tis, ut sciam quid faciamus in partibus illis de gentibus meis. Signifi-
cans tibi quod si non potestis amplius stare ibi, ego revocarem
inde omnes gentes meas aut ad campum Sacili aut aliò.
Datum Padue die decimo Septembris hora j.a noctis.

A Tergo / Nobili Viro Priori Irapolino familiari meo dilecto

ex Autographo existente
in Tabulario Civitatis Utini —

1405. Nobiles et circumspecti majores et fratres debita recomendatione
premissa. Ad gaudium et consolationem Vobis significamus, quod die era-
(LXXXVIII) na hora prima noctis huc sospites duce Deo et cum letitia applicuimus,
et quod hodie de mane fuimus in missa cum Serenissimo dno Duce Ve-
netiarum. Auditaque missa prefatus dnus Dux cum suo secreto consilio
nobis benignam exhibuit audientiam, in qua quam melius scivimus le-
titiam et gaudium super novis de padua nostre communitati per-
ventis juxta vestre commissionis seriem exposuimus, qua audita et
prudentissime intellecta prefatus dnus Dux cum dicto consilio be-
nignissime et cum maxima consolatione ambaxiatam nostram su-
scepit et gratissimos habuit modos per nostram communitatem tentos
tos in predictis: suadens nobis quod quanto longius hic staremus ad
videndum consolationem omnem, Dominium suum remaneret magis con-
tentum, propter que hic deliberavimus permanere usquequo ipsi Domin-
et nobis videbitur, ut super predictis pleniorem finem vobis reporta-
possimus. Conclusio autem circha premissa hec est, quod heri de sero
Civitas Padue cum Castro et cittadella in manibus prefati Dominij
fuit liberaliter consignata et sine aliqua conditione quidquid dicant
homines, et quod dnus Franciscus de Cararia olim Paduanus
cum filio suo dno Francisco tertio hodie in medijs tertijs fuit condu-
tus ad Monasterium Sancti Georgij cum promissione quod omnes
filios suos legittimos et viginti milia Ducatorum, que in Florentia ha-
bet ad manus prelibati Dominij conducere debet, gratiam et misericordiam
prefati Dominij cum maximo dubio auditurus. Super quibus om-
nibus et singulis cum Campanis et ignibus hec Civitas hijs diebus prete-
ritis maximam ostendit letitiam, et continue ac de presenti non cessat
ostendere, quid ulterius sequetur, et magis late Vobis in brevi putamus
exprimere. Estote leti in foro vestro bonam provisionem habentes.
Datum Venetijs XXIII Novembris hora XX.a

Tristanus de Savorgnano Miles / Andreas de Monticulis,
Nicolaus de Soldonerijs Con-
vestri

A Tergo / Spectabilibus et magnificis Viris dnis
Septem Deputatis, Consilio et Communi
Utini fratribus et majoribus suis

ex Autogra-
exist.te in Tabulario Civitatis
Utini — 1331. An

1331. (LXXXIX) Anno Dominice Nativitatis Millesimo Trecentesimo Tricesimo primo Indictione xiiij.ª Die Mercurij xxiiij. mensis Aprilis. Utini in Palatio Patriarchali et in Consilio infrascripti dni Patriarche; In quo Consilio erant Ven. Viri dni Fr. Johannes Abbas Rosacensis &c ac Nob. et discreti Viri dni Utricus de Duympergo &c Consiliarij electi pridie in Colloquio Generali. Ven. Pater dnus Paganus Dei et Apostolice Sedis gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha una cum predictis consiliarijs suis et ipsi Consiliarij nomine totius universitatis Foriiulij ex vigore et potestate eis tradita pridie per ipsam Universitatem in generali Colloquio cum eodem dno Patriarcha fecerunt et firmaverunt amicitiam, confederationem, ligam et societatem cum Nobili et prudenti Viro dno Bernardino de Scanabecchis Potestate Coneglani, Nuntio ad hoc specialiter misso per Magnificos dnos dnos Albertum et Mastinum de Lascala Civitatum Verone, Vincentie, Padue, Tarvisij, Feltri, et Belluni Capitaneos et Dominos Generales et cum eisdem Dnis, et ipse dnus Bernardinus nomine ipsorum dnorum cum eodem dno Patriarcha et Consiliarijs et Universitate predicta secundum pacta ordinata et tractata inter eos per Ven. Virum dnum Novandum de Porcilijs Canonicum Aquilegensis sigillata sigillis dictorum dnorum Patriarche et Alberti et Mastini que omnibus ipsis nota esse dicebant. Promittentes invicem eorum nominibus et quibus supra omnia supradicta illibata servare. Salvo semper ex parte ipsius dni Patriarche et suorum mandato Sedis Apostolice et Legatorum ac nunciorum ejusdem. et quod ad aliquid non teneantur, quod fieret contra sanctam Romanam Ecclesiam vel predictorum mandata. Et salvo ex parte dictorum dnorum de Lascala quod non obligentur contra Romanum Imperium.
Interfuerunt testes predicti nobiles Viri dni Hermachoras et Antoniolus de Laturre, et dnus Odolricus de Utino Notarius.

Eodem anno die V. mensis May. In Campardo Cenetensis diocesis presentibus testibus infrascriptis et multitudine copiosa Congregati ad Parlamentum Ven. Pater dnus Paganus dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha et Magnificus dnus dnus Albertus de Lascala de Verona pro se et dno Mastino fratre suo Civitatum Verone, Vincentie, Padue Tarvisij, Feltri, et Belluni Dni et Capitanei generales ex altera firmaverunt invicem et inviolabiliter tenere promiserunt manuali fide data puram et caram vicinantiam, fraternitatem, amicitiam societatem ligam et unionem. Promittens idem dnus Patriarcha prefato dno Alberto recipienti pro se et dicto dno Mastino fratre suo justa alia pacta olim habita cum bone memorie dno Canegrando de Lascala

de Lascala eorumdem Dnorum Patruo, claudere et custodire toto suo posse omnes passus, et introitus Ecclesie Aquilegen. qui duntaxat sunt in potestate ipsius dni Patriarche, et Ecclesie sue predicte, ne gens aliqua magna vel parva cum armis intret partes Fori Julij, qui venirent, vel venire vellent in damnum ipsorum dnorum de Lascala. Et ad hoc intendit resistere, et prohibere totis suis viribus et potentia. Et si contingat quod aliqua gens veniret, vel intrare vellet per passus predictos aut per alia loca ubi ipse dnus Patriarcha non posset resistere, statim cum hoc sentiet illud significare curabit Dominis antedictis aut Potestatibus suis in Civitate Tarvisij vel in Coneglano. Salvo semper in predictis dni Pape beneplacito et mandato, ac dni Legati Apostolice Sedis. Et versa vice dictus dnus Albertus pro se et dicto dno Mastino fratre suo promittit eidem dno Patriarche, quod si contingat ipsum dnum Patriarcham habere guerram vel brigam in terris Ecclesie Aquilegen. dabunt et transmittent ipsi dno Patriarche pro defensione sua et jurium Ecclesie Aquilegen. celerem et sufficientem succursum juxta facti qualitatem et possibilitatem eorum. Salvo semper honore et mandato Sacri Romani Imperij. Et ut hec superius promissa invicem per dnos supradictos strictius observentur infrascripti Nobiles utriusque partis juraverunt bonam operam efficacem quod utraque pars contra eam non veniet, sed servabit illa inviolabiliter bona fide et pure. Videlicet pro parte ipsius dni Patriarche, dni Franceschinus de Laturre, Articus de Prampergo Miles, Morandus, Brizalia, Articonus de Porcilijs, Nicolaus, Gabriel et Nicolussius de Prata, Fantussius, Gerardus, et Biachinus de Valcanico, Franciscus de Pinzano; Rizardus de Valvasone, Fridericus de Souvegnano, et Armannus de Carnia pro Commune Utini; Ulvinus de Canussio et Gerardus de Coneglano pro Commune Civitatensi. et Armannus de Glemona pro Commune Glemonę. Et pro parte dictorum dnorum Alberti et Mastini juraverunt Nobiles milites dni Zilibertus q.m dni Taulivari, Jacobus de Verme de Verona, Ubertinus et Marsilietus de Carraria de Padua

NB ac Nobiles Viri Bernardinus de Scanabicis de Bononia Potestas Coneglani et Tadeus de Ubertis de Florentia.

Interfuerunt testes Ven. Viri dni fr. Johannes Abbas Rosacen., Guillelmus Decanus Aquil.sis, Odolricus de Strassoldo Plebanus Lavariani Franciscus de Laturre Prepositus S. Odolrici juxta Tulmen. ac Nobilibus et prudentibus Viris dnis Bonifacio de Carbonensibus de Bononia Milite Antonio a Lege de Verona, Magistro Bonmartino Cirologo de Verona ac Daynesio a Flumine de Padua Testibus rogatis et alijs

Ex Protocollo Gusetij de Romagnano exist.is apud Nob. D. Thomam Fabrizij

1384. Millesimo CCC LXXXIIIJ Indict. septima, die sexto mensis Augusti
(XC.) Providi Viri S. Missius de Fremanzacho, Detalmus de Andriotis, Hector Notarius de Meuleite S. Nicolaus Notarius q.m Magistri Gregorii de Utino tamquam sindici et procuratores dnorum Capitanei, Consilii Comunis Utini, et quindecim Deputatorum per Aringhiam habentium auctoritatem recipiendi vel non recipiendi et super hijs mature deliberandi, que Dnus Paduanus sententiavit auctoritate arbitraria et compromissaria sunt observanda vel ne, Dnum Cardinalem de Alencone Patriarchamque Aquilegens. cui propter inobedientiam non factam inter Civitatenses et eorum adherentes ex una, et Utinenses et eorum complices ex alia resistentes maxime guerre et dissensiones orte fuerunt in Patria et vixerunt a morte olim Rev. P. et dni dni Marquardi Patriarche Aquilegens. predecessoris usque in odiernum diem, ob reverentiam dni nostri Pape, et observantiam sententie late, timoremque gentium dni Paduani in multitudine ad destructionem in Patria transmissarum, susceperunt, promiserunt et juraverunt ipsi dno Cardinali et Patriarche fidelitatem et legalitatem cum pluribus alijs nobilibus oppidanis de Patria, atque veram obedientiam tamquam vero Dno, et sic cetere Communitates et Nobiles hactenus fecerunt sicut et dicti Utinenses, deinde in Vigilia sancti Laurentij die Martis nono Mensis Augusti dnus Johannes Decanus Civitatensis habens auctoritatem ab eodem dno Cardinali una cum dnis Ugone et alijs ambaxiatoribus suis quoscumque in specie et in genere excomunicatos vigore processuum per ipsum dnum Cardinalem et Patriarcham factorum contra Utinenses et eorum adherentes, quos ibidem laceravit et annullavit, a vinculo excomunicationis absolvit et liberavit, et Interdictum impositum relaxavit

ex quodam Folio quod in Tabulario Civitatis Utini servatur

1387. In Christi

1387. In Christi nomine Amen. Anno Nativitatis Domini Millesimo trecen-
(XCI.) tesimo octuagesimo septimo Indictione decima, die vero dominico
decimo mensis Februarii. In Atimo inferiori presentibus Nobilibus Viris
S. Duratio q.m ..... de dicto loco Atimi .... et aliis. Ibiq. providus
vir Petrus Bellus de Purtugallo nomine suo et nomine sotiorum
suorum contentus et confessus fuit se habuyse et recepisse a Nobi-
li Viro Rizardo de Camino Superiori Officiali Magnifici et Ex-
celsi dni Padue Tarvixii et dni generalis dante et solvente
nomine prefati Magnifici dni Padue Ducatos quadringentos
septuaginta tres boni auri et justi ponderis, et libras quadingen-
tas et quinquaginta in Caravensibus, de quibus quidem ducatis dicto
Petro bello promissi fuerunt Padue Ducati ducenti .... et per Bru-
nettum de Parma Capitaneum in Savorgnano Ducati centum
et quos dictus Petrus bellus voluit omnino habere et habuit
pro una parte minus solutionis pro una Persone dni de Verona
sibi accepto in die conflictus sive in die qua conflicte fuerunt
gentes sue prope Paduam Ducatos centum septuaginta tres.
Quantitas vero pecuniarum in moneta voluit habere et habuit
pro pagis suis et suorum sotiorum, pro quibus quidem quan-
titatibus pecuniarum tam in auro quam in moneta dictus
Petrus bellus nomine suo et nomine suorum sociorum tra-
didit et consignavit sive vendidit locum et fortilitium Castri
Atimi inferioris cum omnibus bonis intra existentibus dicto
Nobili S. Rizardo de Camino accipienti vice et nomine pre-
fati Magnifici dni Padue, ut supra. De quibus quidem quan-
titatibus pecuniarum dictus Petrus bellus nomine suo et no-
mine suorum sotiorum facit finem remissionem quietatio-
nem dicto S. Rizardo ut supra nomine Magnifici dni ut
supra de ulterius non petendo cum obligatione omnium suo-
rum bonorum...

Et ego Anthonius de Padua q.m Guidonis de Bagirolis de
Regio S. A. N. non interfui presens sed ab ambabus partibus
rogatus audito a suprascriptis testibus, quod sic esset, rogatus bona
fide scripsi, nostrisque nomine et signo consueto in similibus
roboravi

ex Autographo asservato in
Tabulario Magn.ce Civitatis Utini

1388. Honor...

1388. Honorabiles Amici carissimi. Mitto ad partes vestras Pecinum de Brixia
Comestabilem meum pedestrem exhibitorem presentium pro stipen-
(XCII.) dido inibi et stipendiatos Paduani conducendo usq. ad centum fa-
mulos pedestres. Et ideo Amicitiam vestram deprecor quatenus
placeat de eo sibi licentiam impertiri. Et insuper si fuerit opus placeat sibi da-
ri facere usque ad centum Ducatos auri pro faciendo prestantias Capitibus fa-
mulorum quos conducet. Vos quoque velitis a Capitibus ipsis cautiones
illas que vobis idonee videatur nomine meo recipere, et rescribere michi
quid in hoc actum extiterit. Ipsos autem centum Ducatos, si contingat
eos per Amicitiam vestram solvi, confestim Vobis mittam, vel disponi
de ipsis jubebo hic prout michi scripseritis. Non enim ipsos visum fuit
hic dicto Pecino assignari facere tum propter vias discriminosas
tum quia certum non est utrum famulos illos habere possit inibi,
nec ne. Datum Padue die VII. Augusti MCCCLXXXVIII

Franciscus Junior de Cararia Padue &c

A tergo / Nobilibus, et honorabilibus Viris... Gastaldioni... Provisoribus
... Consilio, et ... Communi Civitatis Austrie Amicis carissimis

ex Autographo
in Tabulario Mag.ce Civitatis Utini

1388. Amici dilecti. Salutatione premissa. Vobis significo per presentes qua-
liter, heri sero circa XXIIII.am horam Glemonam applicuit quidam Ma-
(XCIII.) gister Benedictus Medicus Boemie Regis michi exponens pro parte
Reverendissimi dni nostri dni Patriarche se ad Locum ubi invenerit
Dominum Padue festinanter iturum, pro ab eodem requirendo Saci-
lum, Sanctum Stenum, Caniparm pariter et Savorgnanum pro parte
predictorum, et nisi ipsa loca subito restituere voluerit atque dare, ideo
Magister Benedictus habet expresse in mandatis a prelibatis Rege Boe-
mie et dno nostro dno Patriarcha de debendo ipsum Dominum Padue
eorum pro parte illico diffidare. Preterea michi dixit pro parte dicti
Domini nostri ut vobis scribere deberem demandando quatenus Fran-
ciscum filium Missii deberetis a carceribus relaxare, et in manibus dni
Marescalli tradere et consignare, et quod ultra hoc nullam novitatem
et executionem facere debeatis contra bona dicti Missii et filiorum
vigore condempnationis jam contra eos facte, nam cum in Patria
erit talem in predictis tenebit modum, quali vos poteritis conten-
tari. Sicque de mandato suo vobis precipio, atque mando, quatenus
ipsum Franciscum a carceribus relaxetis, eundem in domum suam re-
ducendo pro nunc prout primo erat, sub tamen cautione et fidejussione

pro tunc

pro tunc prestitis atque factis, et quod etiam nullam novitatem et executionem facere attemptetis contra bona dictorum Missij et filiorum vigore condempnationis predicte usque ad adventum nostri Domini antedicti, qui, Deo previo cito erit. Prefatus enim Magister Benedictus ad vos exponendo predicta personaliter accessisset, sed quia usque ad proximum diem Dominicum suum iter ex pedit penitus celerasse presentialiter venire nequivit, sed vos in ejus reditu visitabit. Mitto vobis unam litteram quam michi dedit vobis mittendam. Deo dante bona nova habebimus, et Patrie utilia atque grata. Datum Elemone Aquilegensis Diocesis die xiij Augusti, XI Indictione

Bondi Dei gratia Abbas Mosacensis Monasterij
Reverendissimi Domini S. (Joannis) Patriarche Aquilegensis } Vicarius Generalis

A Tergo / Nobilibus et Prudentibus Viris Anthonio Capitaneo, et . . Quinque Deputatis pro Communitate Utini Amicis carissimis.

ex Autographo servato
in Tabulario Magnificae Civitatis Utini

1406 Michael Steno Dei gratia Dux Venetiarum etc. Egregijs et Nobilibus Viris
(XCIV) . . . . Septem Deputatis, Consilio et Communi Terre Utini Amicis dilectis salutem et sincere dilectionis affectum. Dignatus est bonorum largitor Justitiam nostram prospicere, et nostrum Dominium amplis muneribus confovere. Hinc est quod sic disponente eodem qui cuncta potest, dominium Civitatis Padue cum omnibus castris et fortilitijs acquisivimus, et in ea nostros Rectores pro gubernatione et conservatione ipsius jam statuimus, qui in eadem gubernant et regunt ad honorem et statum nostrum, et quia de incremento quolibet Status vestri semper letitiam haberemus, hec nobis succedentia feliciter deliberavimus participare vobiscum ut et Nobiscum possitis, ut decet filios cum Patribus, colletari.

Data in nostro Ducali Palacio die xxij mensis Novembris Indictione xiiij

Ab extra

Egregijs et Nobilibus Viris . . Septem Deputatis, Consilio et Communi Terre Utini

ex Autographo quod habetur
in Tabulario Magnificae Civitatis Utini

1294 In Nomine Domini Amen. Coram vobis Dnis Arlucio de Castello, Detalmo de
(C.) + Villalta, Nicolao de Budrio, et Petro de Utino Arbitris Arbitratoribus et Amicabilibus Compositoribus electis per reverendum patrem dnum Raymundum Aquilegensem Patriarcham pro se, ac suis subditis, fautoribus, et Coadiutoribus ex parte una, et magnificum virum dnum Gerardum de Camino Caritatis, et districtus Tarvisij Capitaneum generalem pro se, ac suis subditis, fautoribus, et Coadiutoribus ex altera, super omnibus questionibus, litibus, et controversijs, quas dicte partes habent, vel habere possent inter se, prout in publico Instrumento compromisi inde confecto plenius continetur, petit idem dnus Patriarcha a vobis quatenus vestra Arbitrali sententia pronuncietis, et declaretis teneri predictum dnum Gerardum, Commune ac homines Tarvisij subditos, fautores et Coadiutores suos et ipsum dnum G. (Gerardum) pro eis condempnetis et compellatis ad dandum et restituendum, faciendum et prestandum ipsi dno Patriarche et Aquilegensi ecclesie infrascripta. In primis ad observandum, et observari faciendum sententiam latam inter felicis recordationis dnum Bertoldum Patriarcham Aquilegensem ex parte una, et Commune ac homines Tarvisij ex altera, per bone memorie dnum Hug (Hugonem) Hostiensem, et Velletrensem Episcopum tunc Apostolice Sedis Legatum, in hijs in quibus, et super quibus ipsi contra sententiam predictam venerunt fecerunt et faciunt, que sententia fuit per dnum Honorium Papam iij. de certa scientia confirmata, tenore ipsius sententie de verbo ad verbum in ipsa confirmatione inserto.

Et ad satisfaciendum ipsi dno Patriarche et Aquilegensi ecclesie de omnibus redditibus fructibus, proventibus, et obventionibus perceptis, et qui percipi potuerunt de illis locis, et bonis in predicta sententia comprehensis, et que ipsi dnus G. (Gerardus) et homines Tarvisij detinuerunt, ac detinent occupata ipsis dno Patriarche ac ecclesie Aquilegensi Et ad satisfaciendum de dampnis, et injurijs propter hoc ipsis dno Patriarche et ecclesie Aquilegensi irrogatis.

Item ad dandum, restituendum et restitui faciendum ipsi dno Patriarche, et ecclesie Aquilegensi quascumque terras, possessiones, nemora, castra loca, et villas Jurisdictiones, res, et quecumque alia bona et jura quocumque nomine censeantur, quas, et que q.m dnus Albricus de Romano dum vi-
NB veret tenebat in feudo a dno Patriarcha, et Ecclesia Aquilegensi quas et que post mortem ipsius dni Albrici predicti Commune, et homines Tar-
visij

visy occupaverunt et detinent occupata cum dicto dño E. (Ezerardo.)

Et ad satisfaciendum ipsi dño Patriarche ac Aquilegensi ecclesie de omnibus redditibus, fructibus, proventibus, et obventionibus perceptis, et qui percipi potuerunt ex eisdem a tempore ipsius occupationis.

Item quod predictus dnus Ezerardus destruat, et destrui faciat Pontem, quem habet et tenet in Cavolano supra flumen sive Aquam Liquentie, et quod nunquam ipsum pontem vel aliquem alium supra dictam Aquam construat nec construi faciat, vel dimittat per se vel suos Subditos, fautores, et Coadjutores cum ex Privilegio Imperiali ecclesie Aquilegensi indulto nulli, et maxime Tarvisinis liceat super eandem Aquam sive flumen pontem aliquem construere vel habere.

Et quod satisfaciat de dampnis, et injuriis propter hoc illatis ipsi dño Patriarche ac ecclesie Aquilegensi et suis Subditis.

Item quod ipse dnus E. (Ezerardus) diruat et dirui faciat Turres Sirones et fortalicias per eum seu ipsius subditos constructos in Foro Julio, et maxime citra flumen Liquentie apud Cavolanum contra Imperiale Privilegium concessum Aquilegensi ecclesie in quo cavetur quod nullus possit in Foro Julio Fortilicias aliquas construere sine Patriarche Aquilegensis licentia speciali, et quod nunquam ipsas Fortilicias rehedificet, vel aliquas alias construat, nec construi faciat, vel dimittat per se, vel per suos Subditos, fautores et Coadjutores contra tenorem ipsius Privilegij Imperialis

Et quod de dampnis et injurijs sibi satisfaciat propter hoc sibi, et suis illatis.

Item quod predictus dnus E. (Ezerardus) restituat et restitui faciat ipsi dño Patriarche ac Ecclesie Aquilegensi Castrum Canipe cum omnibus suis juribus et pertinentiis, quod est Aquilegensis Ecclesie et quod per eum, et suos Coadjutores et fautores detinetur occupatum cum omnibus fructibus redditibus proventibus, et obventionibus ex eis perceptis, et qui percipi potuerunt.

Et quod satisfaciat de dampnis et injurijs dicto dño Patriarche et ecclesie Aquilegensi et suis Subditis, Coadjutoribus et fautoribus quocumque modo in Canipa et ejus pertinentijs illatis.

Item quod restituat, refundat et resarciat ipsi dño Patriarche omnes expensas quas ipse dnus Patriarcha fecit et sustinuit in tenendo Stipendiarios equites et pedites in Sacilo pro custodia terre Sacili, et pertinentiarum ipsius, quam merito timebat occupari, et homines et res ad eos pertinentes ledi, et ex

de ipso

ab ipso dño S. (Seravdo) et ab Inimicis ipsius dñi Patriarche, quos ipse dñus S. (Seravdus) tenebat et fovebat qui sepissime die noctuque venerunt hostiliter ad invadendum et concremandum ipsum locum, et dampnificandum, et dampnificaverunt homines ibidem habitantes in personis et rebus.

Petit insuper de dampnis et injurijs sibi et ecclesie Aquilegensi propter hoc illatis satisfieri.

Item quod predictus dñus S. (Seravdus) satisfaciat eidem dño Patriarche et ecclesie Aquilegensi de dampnis, expensis et injurijs eisdem illatis per predictum dñum S. (Seravdum) in eo et super eo, quod idem S. (Seravdus) tempore quo predictus dñus Patriarcha infirmabatur et ante aliquam discordiam ortam inter ipsos misit homines et gentem suam hostiliter ad obsidendum, invadendum et occupandum Castrum et locum Sancti Steni quod Castrum et locus tunc fuit occupatum et occupatus per ipsos homines ad id per eum missos, et per illos de Pratta, quod Castrum et locum idem dñus Patriarcha, et Aquilegensis ecclesia tempore dicte occupationis possidebat et ante tam ipse dñus Patriarcha, quam ejus Predecessor dñus Gregorius possederant diutius pacifice et quiete, cum postmodum ad recuperationem dicti Castri sic occupati oportuerit ipsum dñum Patriarcham congregare et congregavit exercitum generale propter quod idem dñus Patriarcha et sui Subditi, Coadiutores et fauctores Injurias, expensas et dampna gravia sunt perpessi.

Item cum predictus dñus S. (Seravdus) sit vassallus dñi Patriarche et ecclesie Aquilegensis habens et obtinens multa feuda ab ipsis dño Patriarcha et ecclesia Aquilegensi hostiliter venerit, et ut predictum est miserit gentem suam et subditos ejus etiam plures in offensionem et dampna predictorum dñi Patriarche et ecclesie Aquilegensis et offenderit et atroces injurias, et dampna intulerit ipsi ecclesie et dño Patriarche predicto ut premittitur propter que et alia similia omnia feuda, que idem dñus S. (Seravdus) habet ab ipso dño Patriarcha et ecclesia Aquilegensi ipsis dño Patriarche, et Aquilegensi ecclesie merito occiderunt. quare petit idem dñus Patriarcha

quatenus

quatenus declaretis ac pronuncietis ipsa feuda eidem dño Patriarche et ecclesie Aquilegensi omnes possessiones, decimas, Castra, res, Iurisdictiones et jura quecumque nomine censeantur ad dictos dñum Patriarcham, et ecclesiam Aquilegensem quocumque titulo vel causa spectantes et spectantia, et que et quas predecessores sui Aquilegenses Patriarche. et presertim dñus Bertoldus et dñus Gregorius olim Patriarche Aquilegenses habuerunt et tenuerunt in sua tenuta in Cadubrio et ejus pertinentijs, que et quas ipse dñus Gerardus et sui subjecti, sive Subditi, vel habentes causam ab eo vel ab eis detinent contra jus in prejudicium ipsius dñi Patriarche et ecclesie Aquilegensis, cum omnibus redditibus, fructibus, proventibus, et obventionibus perceptis, et qui percipi potuerunt ex eis. Et quod satisfaciat eidem dño Patriarche et ecclesie Aquilegensi de dampnis interesse et injurijs propter hoc irrogatis.

Item quod predictus dñus G. (Gerardus) satisfaciat de omnibus alijs dampnis et injurijs per ipsum et suos subditos, Coadiutores, et fauctores ipsius et per bannitos et rebelles ipsius dñi Patriarche, quos tenebat, et fovebat tenet et fovet idem dñus G. (Gerardus) et sui Officiales in Coolano, et in Canipa et alijs locis illatis ipsi dño Patriarche, et suis Subditis, fauctoribus et Coadjutoribus ejusdem.

Item quod predictus dñus G. (Gerardus) satisfaciat eidem dño Patriarche ac suis de eo quod ipse sive Coadjutores et fauctores sui totam Villam de Rovoreto combusserunt et ipsam bobus, bestijs et alijs bonis omnibus penitus spoliarunt.

Item quod predictus dñus G. (Gerardus) satisfaciat ipsi dño Patriarche et suis de bobus et alijs animalibus et bonis omnibus ville de Roz per subditos fauctores et Coadjutores ipsius dñi G. (Gerardi) ablatis

Item petit quod predictus dñus G. (Gerardus) faciat satisfieri, et satisfaciat presbitero Guidotto Capellano et familiari ipsius dñi Patriarche de uno destrario, qui ablatus fuit eidem Capellano de mandato ipsius dñi G. (Gerardi) et in ejus dominio scilicet in Civitate Tarvisij etiam de dampnis, et expensis que propter hoc passus est.

Item quod predictus dñus G. (Gerardus) satisfaciat predicto dño Patriarche et Aquilegensi ecclesie de dampnis et injurijs eidem illatis per predictum

dñum G

maximes esse deberent ad conservationem [illegible] certa-

rio

mais

la=

tis

guis=
lent
fu

Pa=
tide
na
et
uo;
antes
te
et
tuo
na
nu=
et

unanimes esse deberent ad conservan[illegible] certa-

ico

maij

la=

tis

guis=
lent

fu

g.

Pa=

tide

na

et

tuo;

antes

te

et

tuo

na

mu=

et

maximes esse deberent ad conservationem [illegible] certa=

Patriarcha ex dictis iniurijs sibi illatis per dictos Utinenses, et eorum colligatos, et ipsis Utinensibus, et colligatis eorum nullam faciet novitatem

Item quod dictus Dnus Cardinalis Patriarcha cassare, et annullare debeat, casset, et annullet, seu cassari, et anulari faciat quoscumque processus factos, et formatos contra Utinenses, et eorum colligatos per ipsum Dnum Cardinalem Patriarcham tanquam Patriarcham Aquilegen. occasione vel causa inobedientie, vel discordie. Et quod ipse Dnus Cardinalis Patriarcha faciat, et curare debeat, faciet, atque curet cum effectu, quod sanctissimus, et Beatissimus Pater, et Dnus Dnus Urbanus Papa VI. si quos Processus fecisset, aut fieri mandasset in curia Romana contra predictos Utinenses, et colligatos eorum occasione inobedientie non exhibite dicto Dno Cardinali Patriarche illos revocabit, et faciet totaliter anulari

Item quod omnes Terre castra, et fortilicia spectantia, et pertinentia, ac spectantes, et pertinentes ad eamdem Ecclesiam Aquilegen. que tenentur, ac tenta, et tente sunt per Utinenses, et eorum colligatos, dentur, et reconsignentur per tenentes, et possidentes ipsa loca, et quemlibet ipsorum infra XV. dies a die late presentis sententie computandos in manibus prefati Dni Patriarche: Ita quod de ipsis, et ipsorum quolibet disponere possit pro sue libito voluntatis: Ita tamen quod ipsa Fortilicia, et loca, et ipsorum quemlibet custodiri faciet per homines Patrie Fori Julij per tempus sex mensium incohandorum a die presentis sententie.

Item quod omnes, fructus, redditus, et proventus anni presentis spectantes ad dictam Ecclesiam Aquilegen. per quoscumque ad quorum manus pervenerint dentur, et consignentur incontinenti ipsi Dno Cardinali Patriarche, seu nuncijs suis; de denariis vero exactis de Mudis anni presentis dentur, et consignentur ipsi Dno Cardinali, seu nuncijs suis, solum denarij exacti a die facti compromissi citra per quoscumque, ad quorum manus pervenerunt.

Item quod de fructibus, redditibus, et proventibus annorum preteritorum, videlicet a tempore quo vacavit Ecclesia Aquilegen. per obitum bone memorie Revmi in Xpto Patris, et Dni Dni Marquardi sancte sedis Aquilegen. Patriarche, ac etiam de Denarijs Mudarum spectantibus, et pertinentibus ad Ecclesiam Aquilegen. exactis a dicto tempore citra, usque ad diem facti compromissi predicti, qui non venerunt ad manus dicti Dni Patriarche, stetur determinationi, diffinitioni, et declarationi eiusdem Magnifici Dni Dni Francisci de Carraria Padue etc: et hoc ideo quia idem Magnificus Dnus, habiliter, et comode propter difficultatem redditionis rationis redditum, et proventuum predictorum rationem ad presens videre non potuit, et ex nunc pronunciat, dicit,

componit

componit, et laudat quidquid per eum determinatum, deffinitum, et declaratum fuerit, et mandatum in premissis, quod id partes teneantur habere firmum, et ratum, et inviolabiliter observare.

Item quod omnes Cives, aut olim habitatores Terre Utini, qui a tempore discordie orte in Patria Fori Iulij voluntarie, vel de mandato exiverant ipsam Terram Utini, et ad presens extra Terram Utini sunt habitantes, redire non possint ad dictam Terram Utini usque ad sex menses proxime secuturos a die presentis sententie inchoandos, nisi fuerint concordes cum comunitate ipsa Utini; intra quod tempus tractari possit de concordio inter ipsos extrinsecos, et dictam Terram Utini, tam super reditu suo, quam super bonorum suorum restitutione, Et si infra dictum tempus concordium non sequatur de predictis, vel aliquo predictorum, tunc, et eo casu transacto dicto tempore sex mensium licitum sit prefato Magnifico Dño Dño Francisco de Cararia Padue etc. et possit determinare, pronunciare, sententiare, et declarare quicquid voluerit et sibi placuerit tam super reditu ipsorum extrinsecorum, et cujuslibet eorum, quam super restitutione bonorum suorum

Item quod Captivi hinc inde omnes libere relaxentur.

Item sententiat, declarat, et pronunciat, et promulgat, arbitratur, componit, et laudat idem Magnificus Dñus Dñus Franciscus de Cararia, quod si inter dictas partes. Videlicet Dñum Patriarcham et Civitatenses et eorum Colligatos ex una, et Utinenses, et Colligatos eorum partes ex altera orietur de cetero, quod Deus avertat, in, de, et super predictis seu aliquo predictorum contentorum in dicta sententia, compositione, arbitramento, et laudo, questio, differentia, obscuritas, dubietas, ambiguitas, vel contrarietas aliqua, tunc et eo casu, seu aliquo predictorum, ex nunc prout ex tunc idem Magnificus Dñus reservat sibi plenam, et liberam potestatem declarandi, dillucidandi, interpretandi, sententiandi, diffiniendi, et terminandi super, et de ipsis questionibus, differentiis, obscuritatibus, dubietatibus, ambiguitatibus, vel contrarietatibus aliquibus, prout eidem Magnifico Dño videbitur, et placuerit.

Que omnia, et singula supradicta laudat, arbitratur, arbitramentatur, dicit, pronunciat, et componit, atque mandat idem Magnificus Dñus fieri, et observari, ac adimpleri per partes supradictas, et singulos eorumdem sub pena in compromissis ipsis, et consensibus addita in singulis laudi, et compromissi capitulis, si contrafactum fuerit comitenda, salvo, et reservato eidem Magnifico Dño omni via, modo et forma, quibus melius, et efficatius potuit, atque

potest, dictorum compromissorum, et consensuum vigore Arbitrij, Baylie, et potestate declarandi, arbitrandi, arbitramentandi, interponendi, componendi, et conexis Ubicumque, et qualitercumque, et quotiescumque fuerit oportunum Salvans illesum sibi, intactumque, reservans omne jus, et arbitrium per partes eidem per dictum compromissum, et consensum quomodolibet attributum. Datum Padue in Palatio habitationis suprascripti illustris, et Magniffici Dni Dni Francisci de Carraria Padue &c. Die Dominico ultimo Julij 1384 Indᵉ 7ª

Ceterum nota, quod in dictis Millesimo, et Indictione die vero Sabbati sexto Mensis Augusti in Civitate Austria in presentia copiosa Clericorum, Nobilium, et Circumspectorum de Civitate, et aliorum seu ipsorum Civitatensium in Palatio Patriarchali ante prandium circa horam XIJ facta fuit solempnis Forma, et fidelis obedientia, et promissio obedientie ipsi Revmo Patri, et Dnõ Dnõ Serenissimo Principi Patriarche, et Cardinali &c. Secundum formam predicte sententie, et ipsa sententia in omnibus, et per totum ratifficata fuit, approbata, et laudata, et confirmata per Utinenses omnes Videlicet per Circumspectos Viros q Missirum de Ramanzacho, q Hectorem Misulitis, q Nicolaum Magistri Gregorij, et q Detalmum de Andriotis omnes de Utino sindicos, et Procuratores dicti Comunis Utini, et Universitatis ejusdem totius, specialiter constitutos ab eisdem, seu dicta Comunitate, ut patet Instrumento sindicatus ejusdem scripto manu Xpfofori Notarij qm Musulini de Utino sub dictis Millesimo, et Indictione, die autem secunda Augusti et de dictis obedientia, promissione, et sententie ratifficatione, et approbatione etiam constat manu dicti Xpfofori, et aliorum plurimorum Notariorum ibidem existentium, et de comuni concordio scribere rogatorum Que quidem confirmet, augeat, et conservet in bonum, et cum prosperitate, et felicitate longevis.

Hec sententia transcripta est ex Codice Chartaceo in Folio, ut ajunt, jam supra memorato qui in Tabulario Civitatis Utini asservatur, in cujus fronte legitur supposita inscriptio

„In Xpi Nomine Amen. Incipit Capitulum primum Loquens „ et tractans de omnibus et singulis privilegijs, concessio„ nibus, pactis et pacem continentibus, transactionibus, con„ ventionibus, ad similia connexis et concurrentibus, „ atque alijs scripturis memorie dignis cum solempnitatibus „ continentie ipsorum retenturque, describentur.

20
1385. Urbano VI: con Bolla data Janue xiij Kal. Februarij Pontif. nri anno octavo e diretta Ven.li Fratri Ferdinando Patriarche Jerosolimitano Apostolice Sedis Nuntio (per questa Provincia a tempi dell'Alençon) commettendogli di pacificar il Paese e di ridurlo all'obbedienza di questo Patrca Commendatario aggiunge. Tibi.... concedimus potestatem &c. Ac insuper Civitates Terras Castra
LXIII
loca ~~predicta vel eorum aliqua~~ ad Ecclesiam et mensam Aquilej. spectantia seu per partes ipsas, sive per dil. Filios Nobilem Virum... Ducem et Commune Venetiarum, sive per dilectum Filium Nobilem Virum Franciscum de Cararia militem in Civitate Padue seu personas, Civitates aut universitates alias occupentur ad manus tuas.. reducendi, et... custodiendi, regendi, gubernandi &c.

Quindi il sud.to Patrca Gerosolimitano con ~~[illegible]~~ lettera mandatoria de' 6. Dicembre dell'anno stesso data in Udine deputa Ven. Virum Ottobonum de Ceneta Decanum Ecclesie Sancte Marie de Utino... ad se presentandum.. coram Illustri et Magnifico Dño Dño Nicolao ..Marchione Estensi &c.. ad petendum restitutionem Terrarum Castrorum et Locorum spectantium.. ad Ecclesiam Aquilegens. que occupata sunt et occupata tenentur per infrascriptum Dnum Padue &c.

Ex Apographo in Tabulario Civitatis Utini.

1386. Noverint universi et singuli presentes Litteras inspecturi quod nos Leonardus de Pers Vicecapitaneus, Massarius, et Octo electi per Comunitatem Glemone... Consilium et... Comune ejusdem Terre pro
LXIV.
nos, nostrosque Vicinos, ac nomine et Comunitatis et universitatis dicte Terre Glemone ex deliberatione matura et solemni per nos Vicecapitaneum et Consiliarios ejusdem Terre more solito et in Loco consueto Ad sonum campane solemniter facta, presentium tenore firmiter promittimus habere et tenere rata et firma omnia et singula pacta..... et promissiones facta inter egregium et nobilem Dnum Petrum Mauroceum Capitaneum et Provisorem &c nomine et vice Serenissime inclite Venetorum dominationis ducalis, et Magnifici et excelsi Dñi Anthonij Dñi Verone, Vincentie &c ac nomine et vice omnium nobilium et Comunitatum, et aliorum in ipsorum Liga felici inclusorum, et nobilem egregium et potentem Dnum Federicum militem capitaneum, quinque Deputatos per Communitatem Utini quando ex parte una, et Vicecapitaneum, Consilium et Comune Terre Glemone seu eorum Sindicos et Procuratores ex alia, quando nuperrime ducti fuimus ad felicem Ligam et unionem superius declaratam, in quibus quidem pactis ultimo factis cavetur, quod omnia et singula facta et promissa et obligata per nos tempore quo egregius et nobilis vir dñus Marinus Maripetro erat Provisor in Patria Fori Julij, et que eidem dño Marino fuerunt stipulata et promissa recipienti vice et nomine, ut in iis promissis

promissionibus clare continetur et patet quorum omnium tenor talis est. Nos Franciscus Zanne de mandato Inclitæ Ducalis Dominii et Comunis Venetiarum Ambaxiator et Sindicus, et Egregii, Nobilisque Viri Dñi Gabrielis Aymo Sindici instituti Magn.ci et Potentis Dñi Verone sindicus substitutus in partibus Fori Julii, et Federicus de Savorgnano cum decem Deputatis in Utino pro unione et Liga Notum esse volumus Universis Qualiter Comunitas et Universitas Terre Glemone die xx.° instantis Mensis Junii Intraverunt et juraverunt Ligam et unionem celebratam et firmatam Inter inclitum Dominium Venetiarum, Magnificum et potentem Dnum Verone et nonnullos Nobiles Castellanos et Comunitates Patrie Fori-Julii pro conservatione libertatum, Franchisiarum et Jurium Ecclesie Aquilegen. et totius Patrie Fori Julii superius declarate, cum omnibus modis ec omnium aliorum nobilium, Comunitatum et Castellanorum ad presens existentium in liga et unione prescriptis, salvis et exceptis hiis pactis ec Ad evidentiam autem pleniorem presentes fieri jussimus, et in fidem premissorum nostrorum sigillorum Impressione muniri. Dat. Utini M.CCCLXXXV

M.CCC.LXXXV Indict. viiij.a die predicto Mensis Junii. Quas quidem promissiones et obligationes pure et sine fraude promittimus antedictis Dño Petro Mauroceno Capitaneo et Provisori ec nomine ut supra, et nobili egregio viro dño Federico de Savorgnano Capitaneo stipulanti et ut supra liberaliter habere ratas et firmas, et ipsa omnia inviolabiliter observare. In cujus rei testimonium presentes fieri jussimus et sigilli Comunis Glemone Impressione muniri. Dat. Glemone Aquilegen. Dyocesis die viij Januarii M.° CCC.° LXXXVj Indict. viiij.°

ex Autographo in Carta Pergamena in Tabulario Civitatis Utini.

LXV Insequentia Documenta excerpta sunt ex Annalibus Civitatis Utini T. VIII. ab anno 1386 usque ad 1388.

M.° CCC.° LXXXVj Indictione viiij

(ex Annalibus Civitatis Utini Tom. VIII.)

In primis die Jovis. XV.° Novembris fuerunt aposite littere mandatorie in foribus Ecclesie Majoris de Utino continentes in effectu qualiter Revmus Dnus Yerosolomitanus gubernator, et Vicarius generalis in spiritualibus ac temporalibus Auctoritate Apostolica Ecclesie Aquilegen. ec Mandavit eadem auctoritate litteras Appostolicas et mandata in eisdem contenta debere observari in Terra Utini sub obtentu gratie Sanctissimi Patris Dni. U sexti et sui continentiam seu continentia, quod indicebat, et indixerat treuguas per annum, et ultra ad sui beneplacitum generales inter subditos Ecclesie et non subditos includentes Terras et loca que violenter occupantur per Magnificum Dnum Paduanum in Patria Forijulii, et que sunt dicte benedicte Ecclesie Aquilegen. Que quidem treugue si observarentur sunt totaliter ad exterminium et finales destructiones totius Patrie Forijulii inducte, et Machinate pro parte ipsius Dni de Padua ec.

Item eadem die ipse Dnus Yerosolomitanus similes litteras direxit per totam Patriam Foriiulij per omnes Terras, loca et Castra citra, et ultra Tulmentum, illud idem in affixione similium literarum in foribus Ecclesie, et publicari mandavit, et specialiter per nuncium suum specialem, quem retinet in Curia sua pro suo Cursore quas ipse Cursor nomine . . . . bono mane presentavit in Civitate austria Rectoribus Capituli et Ecclesie Majoris videlicet Decano ejusdem Capituli Civitatis Austrie, et quod per quosdam Teotonicos in dicta Terra eadem die fuit captus, et male tractatus suspensusque per pedes supra, et Capud fecerunt pendere infra, et alia sua membra Corporis, ac sic retentus fuit per quattuor horas, et tunc fuit liberatus a dicta passione, et clam intravit domum dicti Dni Decani. Et postmodum Provisores dicte Terre excusantes Comunitatem ejusdem Terre sibi dixerunt quod Teotonici qui has injurias sibi intulerunt non erant in Terra, sed intendebant contra eos ad punitionem procedere. Que omnia sic superius narrata Hodie videlicet die Dominico XVIII. dicti Mensis Novembris paulo ante horam vigesimam tertiam ipse . . . . . Cursor retulit in presentia ipsius Dni Yerosolomitani presentibus etiam pluribus Nobilibus, et discretis, et notabilibus Personis.

Hec autem omnia hic narrantur ad memoriam vivam retinendam, ut clare comprehendi, et probari possint, que novitates dapna, et injurie et alia que in presenti quaterno notantur occursa sunt in Patria Foriiulij ad destructionem Ecclesie Aquilegen. et Fidelium universorum. Et sic subsequenter notata sunt cum diligentia et veritate.

In primis qualiter Civitatenses retinuerunt in Civitate Augustinum Cursorem antedictum per diem Jovis proxime preteritam usque ad hodiernam diem Dominicam, videlicet XVIII. dicti Mensis, et horam, cui nullam dederunt responsionem nisi dicentes sibi, quod litteras, quas ut supra eis apportaverat miserant Dnum ad Dnum Paduanum ante dictum.

Item in Terra Medune Ecclesie Aquilegen. facta est per Gentes ipsius Dni de Padua continue super dapnis, et Territorio ipsius Ecclesie hec crudelissima novitas, videlicet quod ipse Gentes, et specialiter Capita ipsarum cum quibusdam aliis, quos secum ducere voluerunt fuerunt recepti in eadem Terra per Nobiles, et populum Terre ejusdem ipse gentes, que intraverunt morose, et confidenter recepte dictam Terram posuerunt ad Saccomanum, et retinentes eam cum omnibus mobilibus inventis in ea, Dnas, que eis placebant vituperose tractantes.

Item in die Veneris XVI. mensis predicti Novembris ab hora vespertina usque ad noctem Inimici nostri habitantes in Savorgnano pedestres et equestres insultaverunt laborantes nostros videlicet Comunitatis Utini, qui laborabant ad reparationem meatus aque labentis ad Terram Utini, qui per ipsos Inimicos violenter destructus existerat, propter quam destructionem aqua labi non poterat per Terram Utini, que est unum de Alimentis, que non spectat nec pertinet ad Castrum Savorgnani aliquo jure nec Iuris colore, quia aque in Patria Foriiulij, strate et campanee sunt de Regalibus Ecclesie Aquilegen., nec aliquis de subditis dicte Ecclesie potest pretendere aliquod jus habere in proprietate, et possessione, quia

supra sunt regalia, et omnia animalia, et pisses eorundem sunt comunia.
Item XVIII. dicti mensis circa horam vespertinam Standerfer, et alij socij sui in numero equorum LX. qui sunt stipendiarij Civitatensium, et Dni Baduani, et habitant et stant in Terra Cividati, et exeuntes de eadem curreruns malo modo ante Terram Utini et pro eis non stetit de comittendo spolia et depredari et capere de Vicinis Utinensibus toto posse fecerunt, quorum insultum tota Terra, et Dnus personaliter insultarunt. Nec non insultaverunt in Campanea prope Utinum Thomasium stipendiarium felicis Sige cum aliquibus socijs suis equitantibus extra Terram in auxilium amicorum, a quorum invasionibus prope transiverant non propter eos iter eorum revocantes. Et in recessu ipsorum prope Villam Cerseti captivaverunt tres mercatores Teotonicos illach per stradam publicam transeuntes supra, et eos secum duxerunt Cividatum eosdem retinentes in eadem Terra carceribus mancipatos.
Item ipsa die Compagna antedicti Dni Baduani perfida, et crudelis ante Valuesonum cujus Castri Nobiles obedientiam prestiterant Dno nostro Patriarche Yerosolomitano licet non debite observaverunt tamen quid quidem, ipsi sunt subditi dicte Aquilegen Ecclesie, et ibidem captivaverunt duos homines, et abstulerunt certa animalia.
Item quod continue ante, in, et post publicationem supradictarum litterarum prefati Dni Rev.mi Dni Patriarche steterunt, fuerunt, et sunt in territorijs subditorum Ecclesie Aquilegen, et in dapnis depredando, comburendo, captivando et omnia mala committendo, nec non personas subditorum dicte Ecclesie crudelissime trucidando
Item quod die Lune XVIIII. dicti mensis in XVIII. hora diei illi de Savorgnano depredati fuerunt in tabela Utini quasdam mulieres venientes ad Terram Utini earum panis et aliis arniseis quibusdam, ymo quod pejus fuit depredati fuerunt in dicta tabella duos boves, et equam unam, et alios homines, qui erant ad seminandum in eorū campis sub pretextu dictarum publicationum mandati cepissent nisi fugam eripuissent, et secessissent a locis, ubi laborabant in campis.
Item ipsa die, quod est multum notabiliter memorie comendandum, et retinendum, quod cum magna comitiva Civitatensium gentium pedestrium, et equestrium et cum gente Sclavonica publice et violenter armata manu cum Balistis, et Bunbardis et aliis armis offensibilibus destruxerunt meatum seu royale supradicte aque ponentes in ruinam ea qua potuerunt deteriori conditione, aquam eamdem ponendo ad lectum Turris, ut non valeat ad Terram Utini declinare, et ad ipsum opus tam violentum perficiendo institerunt ultra per spatium trium horarum, ut magis dapnabiliter destrueretur.

587. LXVI. Reve.de Pater, ac Honorabiles, et circumspecti Viri Debitis recomendatione et Salutatione premissis. Noveritis nos literas heri per Vos nobis missas hominibus de Terra Civitatis austrie ostendisse, quibus per eos lectis, et intellectis nobis taliter responderunt, quod cum illis, quos Zelatores guerre asseritis vobis bene natis, ut credunt, opus est pacem, et concordiam pertractare, et cum eis, si vobis videretur, possetis partractare predicta potius quam cum ipsis Civitatensibus, qui ut Deus novit semper fuerunt, et sunt pacis, et concordie Patrie amatores.

Unde habita intentione dictorum Zelatorum querre, quod zelo querre deposito ve[...]
sint habere pacem, et tranquilitatem, prout habere cupimus, et cupivimus semper
Deo teste: Poteritis tunc cum Rev.mo Dño nostro Dño Cardinale Patriarcha Aq[...]
legen, et Mag.co Dño Padue, in cujus liga, et unione existimus, ad quos predicta sp[...]
cialiter pertinent, procurare, et pertractare premissa, sicuti vobis alias dedimu[s]
in responso. Datum in Civitate austria Die III. Martij. Ind.e X.

Johannes Ionius
Egidius et
Nicolaus Anzelli
} de Civitate austria

Rev.do in Xpo Patri, ac Honorandis et circumspectis Viris Dño Bondi
Dei gratia Abbati Mosacen. Nec non Iantono de Glemona Andreussio de
Venzono, et Meynardo de Iumelio Dño, et Amicis carissimis.

1367. Copia litterarum Apostolicarum directarum excelso Ducali
Dominio Venetiarum.

LXVII. Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filijs Nobili Viro Anthon[io]
Venerio Duci, et Comunitati Venetiarum salutem, et Apostolicam Benedicti[o]
nem. Ex litteris dilecti Filij nostri Nicolai titulo Sancti Ciriaci Presbiteri Car[dina]
lis Apostolice Sedis Legati, et etiam ex quam pluvium fide dignorum relatibus
plene didicimus, quod cum primum ipse ad suam Legationem proficiscens a[d]
Vos declinavit, vos illius antiquate, et continuate devotionis, qua Vos, et Majore[s]
vestri ergo Romanam Eclesiam singulariter claruistis tenaciter memores di[c]
tum Cardinalem cum insigni honorificentia suscepistis et donec apud Vos m[an]
sit venerabiliter tractavistis. Et nihilominus cum per Dalmattam ad exeqution[em]
comissorum sibi negotiorum progredi decrevisset super galeis vestris illuc usque transvex[is]
tis eundem, ac etiam cum perversis, et indignis hominibus facientibus procedere ulteri[us]
nequiret per eum requisiti benigne annuentes Venetias super galeis eisdem redux[istis] 13[...]
cum munificentia, et more solito prosequentes. Que omnia perinde cara habem[us]
et accepta, ac si in Personam propriam transfusa fuissent, quam rem, que profecto
miranda, et notabilis est, non minus affectum facientium ponderantes. Ceterum
cut bene novit vestra prudentia super calamitatibus Patrie Forijulij ab ipsis prin[cipijs]
primordijs condolevimus ex corde, et etiam super bellis inter dilectos Filios Nobiles V[iros]
Anthonium de Lascalla in Veronensi, et Franciscum de Cavaria milites in Pad[ua]
Civitatibus Imperiales Vicarios, atrocibus subsequtis intime compassi fuimus
a principio operam dedimus efficacem, ut partes compositionem reducerentur a[d]
quam. Versabantur enim, et versantur in oculis animarum pericula, corporum [stra]
ges; rerum desipationes, et alia inumerabilia mala, que furores bellici secum t[rahunt].
Sed nec minus nos pungebat, quod Vestra inclita Civitas, que potenter alterar[um] L[...]
partium fovet multis solicitudinibus gravibus expensis et non paucis incom[mod]
ois pregravatur, et vestra Devotio a persecutione retrahitur multorum bonoru[m]
que interim ad Fidei Orthodose, et Reipublice utilitatem promoveri, et fieri pos[sent]
et eam ob

Et eam ob rem vias, et modos possibiles, per quos dicta Patria in dispendiosas partes divisa reintegrari, et prediti dissidentes ad pacem, et concordiam devenire possent non desinimus indagare. Et dum anxie super his cogitavimus occurrit quod Deus qui fidelibus suis etiam ex insperato providet oportune prefatum Cardinalem, ut pie credi potest, alio tendentem tamquam pacis Angelum, et concordie reformatorem ad partes revexit easdem. Ex quo etiam cum Fratribus nostris maturo consilio deliberavimus, ut ipse ad tractandum, deducendum, et concludendum veram, et insidijs carituram pacem inter dissidentes eosdem se medium interponat sibique circa hec, et etiam si forsan hujusmodi pax non sic de facili deduci posset treugas sub spe pacis inter ipsos dissidentes indicendi plenam concedimus per alias nostras litteras potestatem. Hortamur igitur circumspectionem vestram, que semper bono, et equo aquiescere, et probe in medium consulere consuevit, quatenus pro Divina, et nostra, ac dicte Sedis reverentia, ac intuitu boni publici pronis animis consentire velitis, quod idem Cardinalis hujusmodi pacis negotium prosequatur, ac prefatum Antonium, cujus ut accepimus Voluntas a vestra deliberatione ex magna parte in presenti materia dependet inducere, ut ipse gerendi belli animositate seposita ad ipsam pacem mente sedata animum suum flectat, nam etsi ex effectu pacis hujusmodi partibus id, quod expedit, quodque optant sit venturum nihilominus tamen in Vestri, et partium dessidentium contemplationem, cum id pro bono publico specialiter, et desideranter optemus, effectum pacis ejusdem a Pacis datore pro singulari gratia, et consolatione propria extimabimus accepisse. Circa que prefatus Cardinalis ex parte nostra Devotioni vestre seriosius colloquetur, quem cum audieritis firmiter credere poteritis ex ore nostro fuisse locutum. Datum Luce VIII. Idus Februarij Pontificatus nostri Anno nono.

1387. LXVIII. Copia littere misse Ducali Dominio per suum Vicedominum Ferrarie M.CCC.LXXXVII. Die XVI. Martij copiata infrascripta littera

Serenissime Dne mi. Excellentie vestre significo, quod in hac hora venit unus nuntius pro parte Dni Francisci de Caravia Filij Dni Padue, qui portavit unam litteram Dno Marchioni, quod heri ad XXIII. horas juxta Castrignavam fuit conflicta gens Dni Verone, Capti Johannes de Ordolaphis, et alii quam plures boni viri, et mortui quamplures rustici sunt. Si ita est nescio. Recomendo me gratie Vestre. Datum Ferarie die XII. Martij hora XVI.

LXIX. Copia cujusdam littere Dni Padue misse Dno Francisco de Dottis, q. Luigelmo de Curtovodulo, et Frisoni de Sancto Angello.

Dilecti mei. Recepi litteram vestram datam XII Julij hora XIII. super modis tentis per Vos cum adversa parte. Ad quam vobis respondeo, quod modi tenti per vos fuerunt modi lauda=

modi laudabiles, et honesti, et eos commendo. Unum enim dico vobis, quod considerat
verbis, que dixerunt mihi Tatarus, et Fantucius de Frattina scilicet quod Utinense
habebant voluntatem et animum essendi amicos meos, et ad hoc inveniebant i
sos bene dispositos. Ego credens ita esse recipere me disposui, et ob id vos illuc mi
animo, et intentione, ut sequeretur bona, et sincera pax inter utramque partem. Se
propter modos quos tenet adversa pars videtur mihi, quod trufentur de vobis. Quod
satis improbum, et male factum censeo. Et ideo videretur mihi ut honestis verbis
agendo deberetis accipere comeatum ab adversa parte, et Paduam venire. Quia
enim facitis mentionem de fortilitijs, quas petunt adversarij mei ec. Respondeo
quod bene scitis, quod ß Tataro et Fantucio expressi voluntatem meam quod
scilicet de eis non erat facienda mentio ulla, et ideo miror quod hoc petant. In
aditu enim vestro rogetis ipsos Tatarum et Fantucium parte mea, quod ipsi una
vobiscum Paduam ad me veniant. Datum Padue die XIIII Julij hora XIII.

LXX Copia cujusdam litere directe supradictis Ambasciatoribus ec. per Dnum
Paganinum de Padua ut infra sequitur.

Dulcissimi fratres, et Amici. Vos potestis videre intentionem Magnifici et
excelsi Dni nostri Dni Francisci de Cararia Padue ec, quam per suas litteras vo
bis scribit sed eo non obstante attamen secum tantum institi, quod ipse con
tentus est, quod vobis scribam conclusive quod in quantum adversarij in sua
reversione velint ad pacem se inclinare procedatis, et agatis super ea dicend
eis quod Magnificus Dnus noster Dnus Franciscus de Cararia promittet res
tuere Fortalicia, que tenet in Patria Foriiulij cuicumque Patriarche institu
do per summum Pontificem grato toti Patrie Foriiulij facta prius tamen
ipsum Patriarcham, et totum generale consilium Parlamenti promissione, q
non offendent eum, nec teritorium aut aliqua loca sua, nec ipsius colligatos
adherentes, vel loca, nec passum dabunt aliquibus gentibus venientibus, se
que possent venire ad sua damna. Et quod versa vice Utinenses teneant
remittere et relaxare in manibus dicti Patriarche eligendi Fortalicia que
Hoc enim est quod in summa a Magnifico Dno nostro Dno Francisco de Carar
obtinere possum. De securitate autem danda per ipsum Magnificum Dnu
nostrum Dnum Franciscum de Cararia ec. ipse penitus nihil vult facere
aliam securitatem prestare quam promissionem suam, quia ab adversa pa
hujusmodi securitas non exigitur. Quando enim premissa obtineri non pos
Magnificus Dnus noster contentus est quod procedatur ad tractatum treu
de qua admiratur quod actenus nullam fecerititis mentionem. Quando a
ista, vel eorum aliquid non possint obtineri dicatis adverse parti, quod re
tis eis, quod iste terre quas Magnificus Dnus noster tenet, sunt sibi ob
pro denariis expensarum quas fecit, uti tu Guiglelme bene nosti. Item

ipse Dn

ipse Dnus noster intendit quod tota yterta restituatur, et detur in manibus Patriarche. Item scribatis Magnifico Dno nostro si fecistis conscios de hoc tractatu illos Nobiles, vel eorum aliquem, de quibus pridem vobis scriptum est, seu fuit scriptum pridie, et si sunt contenti esse adherentes Magnifici Dni nostri in hoc facto, nam de hoc nihil scripsistis hactenus. Item Magnificus Dnus noster dicit quod pependit nunc, quod quanto mitioribus verbis proceditis cum adversa parte tanto ipsi magis se in elevationem erigent.

Paganinus de Sala ec. Datum Padue XIV. Julij hora XIV.

LXXI. Reverendissime Dne noster Egregie miles, et honorabiles convicini carissimi. Sicut vobis scripsimus nos esse debere, fuimus heri cum ambasciatoribus Dni Paduani ab hora XVIII. usque sero, et hic inde facta fuit mutua visio et ostensio mandatorum; verum quia invenimus ipsos non habere mandatum ad aliquid tractandum, procurandum, vel faciendum cum Ecclesia Aquilegen. vel cum aliquo ipsius Ecclesie gubernatore, sed solum cum Utinensibus: respondimus quod mandatum non erat sufficiens, quia quamvis Utinenses tamquam fideles, et subiecti Ecclesie Aquilegen. fecerint, et faciant guerram causa deffendendi ipsam Ecclesiam, et Jura ejus: tamen Terre et Castra que occupabantur per Dnum Paduanum non erant Utinensium, quamvis ad eos spectaret ipsorum deffensio: et ideo quidquid tractaretur vel fieret vigore talis mandati infringi posset per Dnum Paduanum, qui posset dicere quod Utinenses non habent potestatem paciscendi de re non spectante ad eos. Responderunt quod Dnus Padue non habuerat, nec habebat guerram cum Ecclesia Aquilegen. vel cum aliquo ipsius Ecclesie vero Pastore sed solum cum Utinensibus, et colligatis eorum, quia quidquid fecerat in favorem Aquilegen. Ecclesie fecerat, et quod si Utinenses non poterunt pacisci de Terris, et Castris spectantibus ad Ecclesiam Aquilegen. quod inveniretur modus, et via per quam utraque pars posset venire ad intentionem suam, que erat ut guerra cessaret, et Ecclesia ipsa in sua integritate servaretur. Respondimus quod ipsi qui venerunt super hoc informati aperirent viam ad hoc aptam. Respondemus quod Dnus Padue erat paratus sufficienter cavere quod Terras, et Castra ipsius Ecclesie que tenebat daret, et consignaret in manibus veri Patriarche. Cum Dnus noster Papa providisset de tali Utinensibus promittentibus, et sufficienter caventibus, quod similiter facerent de hiis que tenebant. Respondimus quod Utinenses nullam Terram Castrum Rocham seu Fortilicium tenebant, et si tamen tenerent non habebant se obligare Dno Paduano propter hoc in aliquo. Responderunt quod si non tenebant se obligarent ad assistendum Dno Patriarche contra illos, qui occupabant, et sic clare [illegible] et volebant Terras et Castra predicta servare ad manus suas usque ad Adventum novi Patriarche.

et quia volebat

maxime ipse deberent ad conservandum [illegible]

Et quia volebat Utinenses obligari ad subveniendum ad ejus petitionem futuro Patriarche quicumque ille esset. Ad ista duo respondimus clare quod nunquam sequi posset aliquod concordium, et terris, et Castris remanentibus in manibus Dñi Paduani, vel alicujus alterius ad Instantiam vel sub nomine ipsius Dñi Paduani. Et Utinenses non se obligarent Dño Padue ad faciendum guerram pro aliquo ultra id, ad quod tenerentur, quia verba eorum importabant quod etiam si remaneret vel fieret Patriarcha Dñus de Alenconio, quod ipsi Utinenses, et Colligati tenerentur ipsum Juvare in recuperatione Castrorum quamvis eum non nominarent, ad quod clare respondimus quod nunquam fieret. Responderunt quid ergo fiet, Utinenses non possunt recipere. Respondimus quod erat, qui poterat legitime nomine Dñi nostri Pape, et Ecclesie Aquilegen. recipere, videlicet Dnus Patriarcha Jerosolomitanus. Responderunt quod Dñus Paduanus nunquam daret ipsi Dño Patriarche dicentes quod bene sciebant cujusmodi mandata habebat, et quod per hoc non esset cautum Ecclesie Aquilegen. quod ipsa Castra, et terre perventure essent ad manus veri Patriarche: obtulimus Utinenses pro fidejussoribus, et hoc non profuit. Respondimus quod Utinenses etsi non suo nomine tamen Ecclesie poterant recipere et conservare. Responderunt non esse conveniens quia ipsi faciebant partem. Respondimus quod ipsi faciebant partem pro Ecclesia, et in favore ipsius, et non aliter. Dimissa ista qua ingredi volebant solum ad sensum suum, declinaverunt ad alia dicentes, quod Dñus Paduanus esset paratus dare ista Castra in manibus Comitis Virtutum, vel Dñi Marchionis Ferrarie servanda usque ad adventum novi Patriarche. Respondimus quod nec per istam viam ingrederemur aliquem tractatum concordij. Finaliter sub dubio tamen eis loquentes voluimus presentire, utrum essent contenti dare ista loca in manibus alicujus Furlani Nobilis Dño Patriarche, et Utinensibus non suspecti qui tenerent ea nomine Aquilegen. Ecclesie usque ad adventum veri Patriarche, et postea illi consignarent dum tamen non esset ille de Alenconio: Ita tamen quod medio tempore nomine vestro, et alterius Apostolici comissarij ponerentur officiales redditum justitiam, et introitus percepturi. Responderunt quod non erat Justum illa debere dari alicui, qui tenuisset partem nostram in ista guerra, et e contra esset honestum quod Dñus Paduanus diceret se velle dare illa in manibus alicujus, qui tenuisset partem suam, et sic videtur nobis quod hesitet et dubitet de fide cujuslibet furlani. Tandem discessimus ad locum solitum redituri alia die, quia dixerunt bonum fore adhuc super hijs cogitare, et quia ipsi eo utuntur verbo pacis, et nos utimur verbo concordij Utinensis, possibilis honesti honorabilis sumus deliberati eis taliter respondere super verbo pacis quod dicitur, quod nos non teneamus ipsos, seu nos ipsos in suspenso. Multa preterea nobis fuerunt data ad intelligendum, que non invenimus ita esse, de quibus etiam

potesty

potestis per premissa certiorari. Dirigite nos, et subito quidquid vultis nos facturos respondeatis.

LXXII Copia cujusdam littere misse per Leonem de Turino Castaldionem, provisores consilium, et Commune Civitatis austrie Capitaneis Savorgnani.

Nobiles Amici Carissimi. Amicabili salutatione premissa. Receptis literis vestris super facto treuguarum cum illis de Attens superiori ec. amicitie vestre presentibus respondemus, quod nobis videtur pro meliori vestro, quod treuque hujusmodi etiam (et Dnorum de Attems inferiori et de Cuchanea dnorum nostri) cum illis de partinstagno, et Zucho haberentur, et fierent pro evitando scandala, et pericula que ipsis locis exclusis contingere possent, prout verisimiliter imaginari potestis. et ideo vos hortamur et consulentes precamur quatenus cum honestiori, et abiliori modo, et forma, quibus melius, et utilius pro vobis, et pro nobis sciveritis avisare et cum pacto de non recipiendo in dictis locis gentes nostrorum Inimicorum ad dana nostra inde exire volentium, ac aliis pactis, et conventionibus utilioribus pro vobis, et pro nobis prout Circumspectio vestra melius avisabit dictas treuguas etiam cum locis predictis tractetis non concludendo tamen cum eis nisi nobis primo ipsa pacta et conventiones duxeritis per seriem declaranda sicut de amicitia vestra gerimus fiduciam specialem. Ceterum cum homines de Quadruvio suo dominio et districtu Magnificorum Dnorum Comitum Goritie existentes sint, et fuerint nostri speciales Amici, ac illis de Sanctovito suvenerunt et continue suveniunt de victualibus necessarijs plus quam cetere alie persone, ac nostros, et aliosquoscumque tam Magnifico et excelso Dno nostro Dno Paduano quam nobis adherentes amicabiliter tractant prout patet per effectus. Nobilitates vestras precamur attente quatenus Oluradinum Castaldionem dictorum Dnorum Comitum, et Venerium ambos de dicta Villa Quadruvij, et quos Mathias Burgarus cum certis alijs socijs super Territorio ipsorum Dnorum Comitum, ut dicitur captivavit Nobili viro Rizardo de Camino officiali Magnifici Dni nostri predicti cum equo, et equa, et rebus alijs eisdem acceptis huc ad Civitatem transmittere placeat, et velitis penes ipsum Rizardum permansuros donec rei veritas reperta fuerit. Si autem reperietur ipsos fore captos alibi quam in Territorio Dnorum Comitum predictorum, ipsi sicut presonerij tractabuntur, et capientibus non fiet obstacum aliquod vel gravamen. Si enim fuerint captivati super territorio ipsorum Dnorum Comitum, uti fertur, justum et rationabile nobis videtur, quod debeant libere relaxari, et presertim attentis rationibus prenominatis. Et super predictis nobis velitis rescribere paratis semper ad quelibet vobis grata.

Datum in Civitate austrie die XVIII. Julij. Indictione X.

Nobilibus viris Bruncto de Parma, et Iacomino de Pavio honorabilibus Capitaneis Savorgnani Amicis carissimis.

Tenor sive

Tenor sive copia litere facte infrascriptis stipendiariis eorum precibus.

Nos Antonius de Vincentia, quinque Deputati, Consilium et Commune Utini ten
re presentium Universis et singulis ad quos earum tenor pervenerit facimus p
nissime manifestum quod cum providi & Montus, Cristoforus Carissius An
dreas Boracius Alexius, Marcus Montanarius Johannes Novellus Petrus sto
yanus, Hector Janorus, Stephanus de Castronovo, Franciscus Bandela om
de Tergesto Per serenissimam, et excelsam Ducalem Dominationem Venetiarum
missi fuissent in Patriam Forijulij ad serviendum sub stipendio dicte excelse D
calis Dominationis in presenti guerra existente. Inter predictam Ducalem Do
nationem, et excelsum, et Magnificum Dnum. Verone, et Nos ex parte una, et M
Padue ex altera proffitemur, dicimus ipsos bene, fideliter, et legaliter servivisse
In quorum fidem, et claritatem hanc nostram literam scribi jussimus, et nostri
Communis sigilli affixione duximus roborari. Die. V. Augusti Indict.X. CCCLX

LXXIII. Copia littere misse Dno Duci Stephano de Bavaria:

Illustrissime Princeps, et Excelse Dne. Justissimum atque conveniens apud
quoscumque servatur, ut quicumque Princeps, et Dnus de ipsorum sibi sub
rum suversionibus et persecutionibus prie, ac merito debeat condolere: hinc est
quod Sancta Aquilegen. Ecclesia filia, et principale membrum Sancte Rom
Ecclesie sui veri Pastoris jam diu solatio destituta per Magnificum Dnum
duanum nulla precedente causa lacrimabilibus et intollerabilibus persecutionibus
molestatur et eamdem de presenti nequiter molestare non cessat, eamdem su
tyranice servituti et dominio deducere cupientem, quam inclita, et excelsa D
minatio Venetorum ipsi Ecclesie compatiens Aquilegen. in sua protectione b
nigne recepit at nisi ipsius Ducalis prudentie suffragium adfuisset ipsa Ec
sia et tota Patria Forijulij indubitanter ejusdem Dominio, et tyranice servitut
presentialiter subiaceret. Vestre igitur excelse potentie humiliter supplica
quatenus memoratam Ecclesiam cum omnibus sibi subiectis benigna grat
vestra sub forti, et potenti brachio vestro habere dignetur vestris favoribu
comissam, ita gratiose eidem compatiens, quod ipsa memorata Ecclesia, s
bi fideles brachium vestre memorande fame hiis memorabilibus et contin
tis persecutionibus quibus presentialiter molestatur sibi sentiant fructuo
ut de vestra excelsa, et benigna gratia plene atque indubitanter habemus.

LXXIV Copia litterarum Dnorum Ducum de Bavaria.

Stephanus Federicus et Joannes Fratres Comites Palatini Regni, ac B
rie Duces ec. Federico de Savorgnano Capitaneo totique Communi Utini pro
dinem . . . . . . cum salute. Discretam, ac prudentem litteram nobis per

vram spectabilitatem destinatam cum consideratione percepimus attentiori: mittimus igitur ad vestram circumspectionem Nicolaum Lazer secretarium nostrum et Stephanum de Cormon famulum nostrum nobis speciales intentionem nostram super littera vestra vobis verbotenemus explicaturos. Quapropter vestre spectabili prudentie supplicamus, quatenus ipsis in dicendis velitis fidem credulam adhibere. Nam ipsos de intentu nostro informavimus pleniori.

Datum Monaci die XXIX. Mensis Augusti Anno LXXXVII.

Circumspectis ac honorandis Viris Federico de Savorgnano Capitaneo Consilio totique Communi Utini Amicis nostris specialibus et carissimis.

LXXV 1387 (?) Copia ambasciate facte Communitati Utini ex parte illustrium Principum Dnorum, Stephani, Federici, et Joannis Fratrum Ducum Bavarie misse Venetias, ut infra scribitur, et litterarum missarum Dominationi Venetorum continentium omnia acta, et occursa cum Ambasciatoribus Dnorum Ducum de Bavaria.

Serenissime et inclite Dne. Quamquam singula nobis hic apparentia Caregiis, et Nobilibus Viris. . . . quos pro vestra severitate in hac patria esse contingit plenissime, et seriose seu nobis sint manifesta. Nihilominus ea que in se ponderositatem habere videntur vestre D. semper indicavimus et in dubie curabimus indicare, ne aliquo in errore circa hoc reprehendi valeamus. Sane non longis elapsis diebus nobis per suas litteras intimavit nobilis Stephanus de Cormon super infrascriptis ad vestre D. conspectum se presentialiter dirigens, quod ad Illustrissimos Principes Dnos Duces Bavarie Dnos suos erat iturus et quod si eisdem Dnis gravamina demonstrare que nobis per Dnum Paduanum inferebantur litteram nostram ipsis Dnis libenti animo presentaret offerens se nobis preter hec operaturum omne bonum quod sibi possibile foret pro Ecclesia Aquilegen penes eosdem, cujus quidem Stephani littera intellecta deliberavimus violentias, molestias, et persecutiones, quas nobis dictus Dnus Paduanus inferebat per unam litteram nostram, cujus copiam Caregio Viro Dno Jacobo Gradenigo efficaciter assignavimus ipsis Dnis Ducibus demonstrare, qui quidem Stephanus presentata dicta littera, quam vere nullum effectum gerere putabamus super ipsius tenore una cum quodam alio Nobili vocato Nicolaus secretario dictorum Dnorum Ducum per eosdem ad nos subito extitit remissus talem nobis pro parte ipsorum Dnorum Ducum portans ambasciatam, quam in presentia Nobilium, et Caregiorum Virorum Dnorum Jacobi Gradenigo ambasciatoris et Petri Mauroceni hic vestre Celsitudinis Provisoris cum affectu studuimus intelligere prout ipsi veraciter poterunt atestari. Et primo presentata nobis littera credentiali pro parte dictorum Dnorum, que similiter prefato Dno Jacobo extitit consignata una cum copia

predicta

predicta per ipsum vestre celsitudini presentanda. Exposuerunt post effectuosam salutem Ambasciatores predicti qualiter dicti Dni Duces omnes tres videlicet Stephanus, Federicus, et Joannes de damnis, violentiis, et gravaminibus illatis per Dnum Paduanum Ecclesie Aquilegen et ejus fidelibus plurimum condolebant offerentes se substantialiter loquendo velle servire cum ducentis, vel tercentis, vel quadringentis lanceis multiplicando usque ad mille lancearum summam in hac Patria, Tarvisana, Paduana, vel Veronensi Dominio, et ubicumque fuerit opportunum, et hac cum voluntate et beneplacito Dominationis Vestre et non aliter, et qualiter cum ipsis gentibus unus dictorum fratrum videlicet Dnus Joannes Dux vult personaliter interesse, et adhuc si expediens fuerit duo, et omnes tres, et quod ad tractandum, et ordinem dandum super hujusmodi ampla oblatione de voluntate et communi concordia fratrum ejus Dnus Dux Joannes predictus ad locum suum Fraburgi per unam diem ab hac terra distantem cum consiliariis ipsorum Dnorum Ducum, et pleno mandato personaliter accedebat, quem asseruerunt ipsi Ambasciatores jam ad dictum locum iter arripuisse rogantes quod quantius posset provideretur de mittendo Ambasciatores nostre partis ad ipsum locum Fraburgi collaturos cum ipso Duce Joanne, ad hoc ut si de bono concluderetur, ipse Dnus Joannes huc cum gentibus posset accedere antequam alia adversa tempora apparerent suum iter impedientia addentes quod ipsi Dni Duces dixerunt hoc ex voluntate processisse superna, eo quod longis temporibus citra non fuerunt in tanta tranquillitate, et quiete sicuti presentialiter erant et quod si nostram partem acceperint, prout affectant, nunquam deficient, donec ad optatam et bonam conclusionem eam viderint ~~[...]~~ devenisse: de qua ambasciata sic exposita substantialiter eisdem respondimus, quod scilicet debitis humilitate, animus et reverentia dictis Dnis summe regratiantes de eo quod de nostris adversitatibus et destructionibus tam pie condolebant adjungentes quod super parte generose oblationis ec. Verum erat quod Dominatio vestra in sui ligam, et unionem assumere nos benignius dignata fuerit, et quod in hoc nec aliis agere, respondere intendebamus nisi cum sui consilio pariter et voluntate. Rogantes eosdem, ut ad molestum hoc assumere non deberent eo quod recepto consilio vestre serenitatis juxta illud eisdem subito responderemus, qui Ambasciatores nobis regratiando responderunt quod hoc eis summe placebat, et quod dicti Dni Duces in hac parte nil agere erant dispositi nisi cum bona concordia, et voluntate vestre Dominationis, cui cordialissime afficiebantur. Quare serenitati vestre tamquam nostre benignissime deffensatrici duximus predicta humiliter denotanda, eidem amabiliter supplicantes ut circa dictam Ambasciatam dignetur de tali responso deliberare, et providere quod sit honor, et status felicis unionis, et hujus Patrie liberationis

prout plenius

prout plenissime speramus eo quod dictis ambaxiatoribus illud responsum dare proposuimus, quod vestre Dominationi placuerit et non aliud eamdem Dominationem devotissima instantia exorantes quatenus responsum dandum nobis in scriptis mittere dignetur prout indubie speramus. Et si deliberaverit quod cum prefato Dño Duce Joanne conferatur, et conveniatur in dicto loco Traburgi quod celeriter ambaxiatorem seu ambaxiatores suos elligere, et ad ipsum locum destinare dignetur ut per abilitatem temporis si feliciter fuerit conclusum gentes citius possint venire, seu per dictos ambaxiatores superius factum fuit pro parte dictorum Dñorum Ducum. Nos enim prout vestre excellentie clarius constat tante facultatis non sumus, quod cum tantis principibus, et super tanto facto aliquid agere seu tractare per nos valeamus, et dato quod facultas prestaret nil in predictis agere presumeremus nisi cum vestre Celsitudinis consilio pariter, et consensu, et propterea vestre Serenitati tamquam nostro dulci gratioso, et salutifero refugio penitus precolendo humiliter, et reverenter predicta relinquimus expediendo prout sue infinite prudentie visum fuerit a qua sola in terris quidquid libertatis, et bonorum nobis supererit semper intendimus recognoscere: quam serenitatem nobis conservare dignetur per infinita secula seculorum. Amen.

LXXVI. Copia littere misse Ducali Dominio Venetiarum die XII. Septembris.

Serenissime, et excelse Dñe. Vestre excelse serenitati cum cordis amaritudine nova infelicissima notificamus hodie ex parte Dñorum de Spegnimbergo litteras recepisse Sacilum perditum esse et ad manus et potentiam perfidi, et communis hostis nostri pervenisse sub qua forma, et conditione penitus ignorantes, quas litteras ipsi Serenitati vestre mittimus presentibus interclusas. Ad vestram igitur excelsam serenitatem tamquam ad portum salutis, et conservationis nostre recurrimus humiliter, et devotissime supplicantes: quatenus de oportunis subsidijs absque dilatione pro conservatione, et deffensione Sancte Aquilegen Ecclesie et totius Patrie, ut expedit, vestra excelsa serenitas, ut speramus providere dignetur: sperantes quod si vestra excelsa Dominatio de bono sucursu cito providerit ad deffensionem nostram, et aliorum fortalitiorum Aquilegen Ecclesie tam citra Tulmentum quam ultra non solum, verum etiam ad recuperationem ejusdem Sacili hostili potentie resistere posse. Super hijs vestra excelsa Dominatio de predicto subsidio mittendo pro salute, et deffensione Aquilegen Ecclesie, atque nostra, quam vestra excelsa serenitas reputet esse suam, tardare non velit, ut speramus, cum omnis dilatio in casu isto multum periculosa sit et pericula gravia, ymo forsitan perditionem residui, quod absit, inducere habeant, quam vestra excelsa serenitas suam potest, et posset in processu temporis reputare.

Copia Littere

LXXVII.

Copia litteræ Dñi Padue.

Honorabiles Amici Carissimi. Quia cum Amicis jucunda est participatio pro-
perorum cum emulis vero cordium tristitia suorum, significo prudenti amicitie
vestræ ad gaudium, quod die Veneris proxime preterito demane gentes Illu-
tris et excelsi Fratris mei Dñi Comitis Virtutum Civitatem Veronæ per porta
Sancti Maximi cum pulchro ordine intraverunt: et Dñus Antonius de la S.
olim Dñus Veronæ non valens contra uti viribus, neque ingenio nocte sequent
fugit de Castro Verone cum Uxore sociata Matronis incognitus versus Venet
ubi nunc reductus manet prout a certo habui a persona quæ venit de Ven
dicente se eum vidisse. Itaque prefatus Illustris, et excelsus Frater meus Dñ
Comes Virtutum habet nunc libere Civitatem Veronæ, et Castrum. Post que
meæ beneplacito voluntatis, ut citius finis agendorum athinc et felicius
haberetur misit egregios milites Dños Ottobucium de Mandello, et Hugu
Blancardum cum parte gentium suarum ad accipiendum tenutam Civi
tis Vincentiæ, et Castri ejus, et hani habuerunt feliciter, et sine contrad
ne aliqua die lune XXI. hujus mensis: ex hisque comprehendite qu
successus felix unio Utinensium cum colligatis suis sit imposterum na
ra: scientes a certo quod sumus dispositi Amicos, et subditos meos non
relinquere, sed ferventius tutari, ac felicius promovere. Hortor itaque
et cæteros Amicos meos, ut stetis bonæ voluntatis, et accersitis viribu
industriæ solertia commendanda excogitetis, et exquiratis prudenter vi
am emulorum, quia cito meum ut spero videbitis potentatum, et au
oportuna. Datum Padue XXII. Octobris Hora XXI.

Franciscus de Cararia Paduæ etc.

Mansio Honorabilibus, et prudentibus. D. Provisoribus, Consilio,
Communi Civitatis Austriæ, Amicis carissimis.

XXIII. Ex Tomo IX. Annal. Civitatis Utini: pag. 51.

1388. Ind. XI.

Nobiles Amici carissimi. A Reverendissimo Patre Dño Johanne Episcopo Luthomissense electo Patriarcha Aquilegense, et ab Illustre Principe Dño Jodoco Fratre suo Marchione Moravie recepi singulas litteras, quarum copias mitto Nobilitatibus vestris presentibus introclusas; et quia uterque ipsorum precatur me, ut non permittam Ecclesiam Aquilegensem, ejus jura, et obedientias per nullum impediri, volui Amicitiam vestram non latere, quod ad comodum, et favores Sancte Aquilegensis Ecclesie, ac Pastorum suorum ejus Patriarchatui existentium, et presidentium, et ad libertatem Patrie manutenendam, dum tamquam protervam insolentiam rebellium suorum jugiter nixus sum, et quibuslibet refrangentibus me obieci, ad pacemque, vel treugam obsequendam in Patriam, et tranquillitatem ipsius nanciscendam me semper promptum exhibui, nec aliter unquam inveniar. Novit enim qui mortalium corda rimatur, nec ignorat magnificus Frater meus Dominus Nicolaus Estensis Marchio, Commissariique sui, et Ambasciatores Cividati, qui erant ibi, quod dum ageretur pacis tractatus in Feraria, Utinenses, et eorum Colligati, et fauctores fecerunt dici dictis Civitatensibus, et Ambasciatoribus meis per Commissarios antedictos, quod ipsi volebant de omnibus differentijs hinc inde vergentibus committere se in dictum Dnum Marchionem, ad quod ipsi Civitatenses, et Ego seu Ambasciatores mei scientes me semper ad pacem pronum, et tendentes semper ad salutiferam pacis amenitatem et ne possimus notari, quod pro nobis ipsa subsisteret, ac pro bono Patrie ipsorum adversariorum meorum condescendimus voluntati, et Utinensibus Colligatis, ac eorum fauctoribus offeri fecimus per Commissarios antedictos, nos de singulis differentijs reciproce velle committere prout petebant, in ipsum Dnum Marchionem: Cum autem ad actum ipsius Commissionis prestande ipsi Dño Marchioni ventum est, ipsi Utinenses, et eorum Colligati, et fautores, ad ea nunquam condescendere voluerunt. Sicque ipsis renuentibus, et pax, et treuga, ac Patrie illius

tranquilitas mihi insita semper cordi subsistit, nec potuit locum habere.
Nunc omnia Nobilitatem vestram latere non volui tanquam illos, quo-
rum tanquam fidelium Sancte Aquilegensis Ecclesie interesse versa-
tur, et ut sitis participes eorum, que in ipso tractatu fuere gesta, et agnos-
catis unde processit, quod pax ipsa, vel treuga, et tranquilitas Patrie sic
fuerit inaniter relagata. Date Padue XIII. Februarij.

Copia Litterarum missarum per Dnum Patriarcham Aqui-
legensem electum Domino Padue.

XXIV Magnifice Vir, et Amice carissime. Super illa benevolentia, quę uos ex ore
vestri Nuntij exhibitoris presentium pretextu Litterarum credentię, apud nos
favorosum gratuite dulci quidem amicitia ostendistis, dilectioni Vestrę
immensas gratias referimus, presertim cum tam insinuatione benigna
sumus veridice valde grati. Quocirca amicitiam vestram sinceris affecti[bus]
confidenter rogamus, quatenus juxta favores vestros, quos apud nos ita
benigne concipistis, ipsam Aquilegie Ecclesiam, bona ipsius, pertinent[ias]
et predia non permittatis nostre contemplationis intuitu per aliquo[s]
impediri, nam brevi dierum spatio ad dilectionem vestram nostros spe-
ciales Nuntios volumus dirigere, qui ipsa reposita in ordinem inten-
tionem nostram Vestrę prudentię vive vocis oraculo super hujusmodi
negotij declarabunt. Date in Ollomuncz die XVIII. Januarij

Johannes Dei Gratia Luthamuslensis Episcopus et ad Ecclesiam
Olomucensem Postulatus

Copia Litterarum missarum per Illustrem Dnum
Jodocum Marchionem, et Dominum
Moravie Domino Padue.

XXV. Magnifice Vir, et Amice carissime. Super benevolentia vestra, qua vo[s]
apud Reverendissimum Dum Johannem Luthomuslensem Episcopu[m]
et sedis Aquilegensis provisum fratrem nostrum per certum Nun-
tium, vigore unius littere credentie favorosum gratuite in provision[e]
ipsius Aquilegensis Ecclesie pia amicitia reddidistis dilectioni
Vest[re]

Vestre multas gratiarum referimus actiones. Quamobrem discretionem Vestram sinceris affectibus confidenter quidem petimus et rogamus, quatenus contemplatione Illustrium Principum Dominorum Regis Romanorum, et Boemie, ac Regis Ungarorum, et nostre pariter intercessionis intuitu predictam Aquilegensem Ecclesiam ejus bona, possessiones, et predia non permittatis quomodolibet impediri. Nam brevi spatio dierum jam dictus frater noster ad Personam Vestram Speciales suas Nuntios destinare disposuit; qui in adventu suo dilectioni Vestre rem exponent per ordinem et intentionem ipsius vive vocis oraculo declarabunt.

Date in Olomuncz die XVIII. Januarij.

Jodocus Dei gratia Marchio, et
Dominus Moravie.

Egregij Amici Carissimi. A Serenissima Regia Hungarie Mayestate litteras
recepi quarum copiam vestre amicitie mitto presentibus interclu-
sam. Ego autem considerata dicte littere continentia et effectu et
XXVI. volens ea omnia facere que Votum Regium sapiant et honorem
respiciant, seu is qui tamquam mei ipsius libenti animo et sinc-
ro cordis affectu viderem Patrie illius quietem et tranquillum stat-
et Civium vestrorum et omnium compatriotarum bonum quodlibe-
et perfectum, et qui singulari benevolentia qua afficior hic et inde
affectarem vos fore Dno Cardinali conformes et ipsum reciproce.
Rursus ubi vestre prudentie videatur me per solemnes Ambaxia-
tores operatore et integram in tractando ut hic in omni rancor
seposito, inter dictum Dnum Cardinalem et vos bonum concordi-
et sincere pacis tranquillitas Deo auspice subsequatur, super
quibus mihi respondere velitis. Ipsi namque Dno Cardinali
ks sic et in effectu.

Datum Padue die 19. Novembris

Franciscus de Carraria Padue

A tergo, Egr. et Prudentibus Viris Dnis Rectoribus, Universita-
et Hominibus Civitatis Utini Amicis Carissimis

Copia Littere Regie Maiestatis Ungarie misse Magn. et Potenti
D.D. Francisco de Carraria Padue

Amice Carissime. Ex quo Dnus Summus Pontifex Reverendissimo in Chr-
Patri Dno Philippo de Alenconio S. R. Ecclesie Cardinali con-
quineo nostro Carissimo de Patriarchatu Ecclesie Aquilejensis
XXVII. duxit providendum in commendam, et idem Ecclesie Dnus Car-
nalis sub eadem Lige confederatione qua q. Dnus Marquard
Patriarcha stetit vobiscum perdurare assumit. Ideo eundem
Dnum Cardinalem seu Patriarcham vestre Amicitie sincere
comandamus, attente ipsam vestram amicitiam requirentes qua-
nus ipsum Dnum Cardinalem seu Patriarcham amore nostri re-
missum suscipientes sibi in singulis et ejusdem Patriarchatus
agendis et requisitionibus favorabilem et benignam exibeatis
voluntatem sinceram nobis in eo amicitiam ostendentes

Dat. in ...... 15. die Mensis Octobris

Premissas Epistolas ex authenticis existentibus in Tabulario
Magn.ce Civitatis Utini exscripsit et sigillavit ~~...~~
Jo. Dom.cus Salomonius Cancellarius ejusdem Civitatis.
Impresse autem sunt typis in ~~...~~ Processu confecto
et Seren.mo Principi ~~offerendo~~ in causa qua ~~habuit~~ introduxerit eadem
Civitas pro Officio Sanitatis erigendo adversus Magn.cos DD. Deputatos
Patrie Fori Julii ~~eodem~~ anno 1739.

XXVIII

Magnifice Amice Carissime. Satis notorium est nec vos credimus posse latere, dudum Ecclesiam Aquilegensem et totam ejus Patriam Fori Julij Regie Domus nostre debite protectioni susceptas. In cujus presenti discordia Patrie summe dolemus et eam totis affectibus querimus interpositionibus quoque devotissimorum nostrorum ad pacis et unitatis dulcedinem revocare, ne hujusmodi cladibus intestinis exterminium sibi querat. Ideoque Magnificentiam vestram affectuose rogamus, quatenus inter eosdem dicte Patrie Fori julij ad invicem dissidentes vestras interponere partes nostri consideratione velitis, ut mutua pace quiescant atque unitate debita reformentur. In quibus nobis singularem complacentiam facietis. Ubi vero, quod absit, discordia supradicta sedari non posset ad presens, ut nullis amminiculis perseverent nulli alicui predictorum discordantium auxilium vel favorem vobis placeat exhibere, sicut vestris beneplacitis et honoribus nos cupitis semper habere paratos

Datum in Civitate nostra Sadre die V.° Mensis Novembris

E. (Elisabeth) Dei gratia Regina
Hungarie, Polonie, Dalmatie &c

A Tergo

Magnifico et Potenti Dño Francisco de Cararia Padue ec Imperiali Vicario generali Amico Carissimo

ex Autographo asservato
in Tabulario Magnifice Civitatis Utini.

4º XXIX.

Serenissima et Excellentissima Princeps et precarissima Domina mea.

Intellexi, et sic etiam michi rescripsit providus vir Johannes de Cremona familiaris meus in Reginali Curia vestra actualiter moram trahens, quod per litteras Magestati vestre directas de partibus Forijulij est Serenitati vestre suggestum, quod ad instantiam meam quedam Societas gentium Armigerorum equestrium et pedestrium aggregabatur, quam, uti relatum est mittere volebam ad damna Patrie Fori Julij &c quod verum non fuit, nec est. Significo namque Magestati vestre, quod in Italia moris est, quod quando gentes armigere ad stipendia conducuntur fiunt sibi provisiones, quod cum contingat eos cassari patebit sibi quandocumque volent adhitus et accessus. Post cassationem enim gentium mearum pridie factam propter celebratam pacem inter Illustrem Principem Dnum Leopoldum Ducem Austrie &c ex una, et me parte ex altera, que gentes cassate fuerunt ad numerum lancearum sexcentarum et peditum mille ipse gentes sentientes ad discordium vigentem in Patria Fori Julij in se sunt se per modum societatis unire et ipsam Patriam vexare et hostiliter ingredi. Ego autem pro honore Magestatis vestre, et etiam quia semper tranquillitatem et bonum statum dicte Patrie et cujuscumque Presidentis ei affectavi ab intrinseco et affecto, cum ipsis gentibus meis cassis modum tenui, et non sine grandi ymo gravi expensa et sumptu meo, quod dissipata est societas predicta, et ad nichilum redacta, omnesque ipse gentes versus Pramandiolam et ultra Padum profecti sunt, prout tamen hoc non ambigo ad vestram notitiam devenisse. Non enim umquam temporibus retroactis, quamquam et contra meum velle tamen gentes habuerim, oblectatus aut vagus fui, nec sum gentes sociales aggregare aut ha[...] quin ymo nec hiis similibus favere, vel subsidia ulla pre[...]tare, ymo dum quedam societas in partibus Tuscie aggrega[ri] moliretur ad Communis Bononie damna venire, Ego dicto Communi Bononie ad refragandum ipsi Societati auxilium modo noviter prestiti in grandi numero Armigerorum et Arceriorum, et sic semper feci et facerem ut pullularent socialium

paruum

partium cetus: Ita quod hujusmodi informationibus preter veritatem Vobis datis non assentiat, nec prebeat auditum Reginalis Vestre Culminis Celsitudo.
Nova que habentur ab hinc Serenitati vestre patebunt per copiam presentibus interclusam. Datum Padue die XXVj Aprilis

Franciscus de Cararia Padue &c

Mansio exterius

Serenissime ac Excelentissimae Principi et Dne Dne Helisabeth Dei gratia Ungarie Polonie, Dalmatie &c Regine Inclite Principisse Dne sue.

Ex Apographo vetustissimo quod in Archivo Civitatis Utini asservatur.

1386. (XCVII.) Nobiles Viri nobis devoti. Noviter accepimus quod Nobilis Vir Michael de Rabatta sub auspiciis Magnifici Amici nostri carissimi dni Paduani militans vi martia per vestros sabactus in vestris carceribus detineretur. Ergo quem cum singulariter afficiamur memores quanta se virtute dño et consorti meo dño q.m Rege Ludovico pie recordationis gratum exhibuerit; Devotiones vestras precamur, qualenus placeat nostri consideratione dictum Michalem mandare pristine reddi Libertati. Rescribentes nostre Majestati quid circa dicti nostri devoti relationem facere nostra contemplacione decreveritis. Datum Bude die XXij mensis February. Anno &c LXXXVj.

Ab extra
Nobilibus et Sapientibus Viris.... Rectoribus et Consilio Utinensis devotis nostris

Elizabeth Dei gratia Regina
Hungarie, Polonie Dalmatie &c

ex Autographo servato in Tabulario Mag.ce Civitatis Utini

(XCVIII.) Amici Carissimi. Certa relatione nuper ius ad nostram perlatum est au-
dientiam, quod vos Nobilem virum Michaelem de Rabaad Magnifici
Francisci de Carraria familiarem detinetis apud vos more capti-
vitatis detentum, Amicitiam vestram nobis gratam requisivimus et atten-
te hortamur, quatenus memoratum Michaelem intuitu interventio-
nis nostre pristine relaxare velitis libertati. Nos enim ob id et alia
benemerita vestra in paribus vel majoribus proculdubio curabimus
complacere. Datum Bude die xx. die mensis February.

Demetrius
Cardinalis } Strigoniensis

Ab extra

Amicis nostris carissimis Consilio et eidem deputatis in Utino

ex Autographo quod in Ta-
bulario Civitatis Utini servatur

(XCIX.) Nobiles Amici Carissimi. Audivit egre animo Serenissima Domina
nostra captivitatem Nobilis Viri Michaelis de Raballa, qui sub
auspiciis Magnifici Dni Padue militans dicitur fuisse per vestros
detentus. Cujus liberationem ipsa Domina nostra a Nobilita-
tibus vestris mediantibus litteris suis petit eam sperans inde
obtinere. Vestras igitur amicitias precamur ut ipsius Domine
nostre postulatibus placeat condescendere mandantes eundem
Michaelem a carceribus liberari, quibus mancipatur. Nam pre-
fate Domine nostre, que dicto Michaeli multum afficitur
memor quam sincere Dnus Rex Ludovicus eum dilexerit, ves-
tre Nobilitates multum complacebunt atque Nobis. Datum Bude
die XXI. Mensis February

V. Episcopus Quinqueecclesiarum

A Tergo
Nobilibus et Sapientibus Viris... Rectoribus et Consilio
Utinensium Amicis nostris Carissimis

ex Autographo quod
in supradicto Tabulario Utinensi

XXXI

Liga Serenissimi Dominii Venetiarum cum Magnifico et potente Milite Federico q. Strenui Militis Francisci de Savorgnano, ceterisque aliis Castellanis et Communitatibus Patrie Fori-Iulii, inita et firmata Gradi.

In Christi Nomine Amen.

Anno nativitatis ejusdem 1385 ind. 8 die 8 mensis Februarii Crescit Excellentissimorum Principum honor et fama dum antiquissimam libertatem pretiosissimam bonorum genus Magnificarum Communitatum et Nobilium earundem et presertim inter quos perfecta Amicitia et vere Charitatis sinceritas antiquis et continuatis temporibus noscitur viguisse; totis viribus in quantum honestas et justitia suadent deffendere et protegere disponuntur. Hinc est, quod cum ad notitiam Serenissimi et Excellentissimi Principis et D.D. Antonii Venerio Dei Gratia Inclyti Ducis et Communitatis Venetiarum non semel sed pluries veridicis et fide dignis relationibus pervenisset, quod per nonnullos aliqua contra bonum Statum Ecclesie Aquilejensis, franchisias et libertates Patrie Forijulii procurabantur et tractabantur; ipse inclitus D.D. Dux et Comune Venetiarum considerantes periculum quod imminebat Ecclesie et Patrie supradicte, ac Nobilibus et Communitatibus ejusdem ex antiqua et singularissima benevolentia et amore, quibus eis afficiuntur per eorum Nuntios speciales predicta ipsis pluries vera et manifesta fecerunt. Hortantes ipsos Nobiles et Communitates dulciter et amicabiliter et fraterne ut uniti et unanimes esse deberent ad conservationem Patrie Liberta-

tatis et franchisiarum suarum. Ad laudem et reveren-
tiam Sacrosante Romane Ecclesie, Sanctissimique Domini
Nostri Domini Urbani Pape VI, et ad honorem Reverendissimi
in Christo Patris Domini Philippi de Alenconio Cardinalis
et Patriarche Aquilejensis in quantum effectualiter operet et
faciat secundum quod sacramentaliter promisit sanctissimo
Domino Pape predicto, et Patrie predicte pro bono statu
et conservatione libertatis ejusdem, ac offerentes se, quod in
casu quo ipsi de Patria ad conjunctionem et unanimita-
tem predictam se disponere cum effectu ob reverentiam
apostolice Sedis, et singularissimam affectionem quam gerunt
Ecclesie et Patrie supradicte ipsi D. Dux et Commune Vene-
tiarum se unissent cum eis ad defensionem Patrie per mo-
dos, vias et formas rationabiles et honestas; quam obliga-
tionem infrascripti Nobiles et Communitates Patrie supra-
dicte diligenter examinantes, et cognoscentes eam procedere
ad optimam dispositionem naturali benignitate et singularissima
affectione ipsius D. Ducis e Communitatis Venetiarum, quam
habent ad conservationem dicte Ecclesie Aquilejensis, Patrie
Forijulii et suorum, cernentes, quod manifestam ruinam
ipsorum nisi subito providerent dicte Patrie de remediis oppor-
tunis disposuerunt esse unam animam et unum corpus
uniti simul omnes et conjuncti ad defensionem et conserva-
tionem Status Aquilejensis Ecclesie, Patrie Forijulii, et Liberta-
tum, secundum saluberrimum consilium ipsius Serenissimi
D. D. Ducis et Communitatis Venetiarum. Acceptantes reveren-
ter tam grande tamquam Charitatis oblationem ipsorum

ac suum subsidium eis necessarium et opportunum et sine quo ipsam Patriam, ejusque Statum ullo modo protegere valerent, per eorum ambasiatorem, quem ad presentiam ipsius Domini Ducis et Communitatis Venetiarum propterea destinarunt, humiliter supplicando, quod cum omnis mora periculosissima esse posset pro votiva et velociori executione et conclusione omnium predictorum (vel pactorum) suos ambasiatores et Sindicos cum Mandato et Sindacatu ad plenum ad locum Gradi mittere dignarentur, quia ipsi Nobiles et Communitates similiter parati erant eorum ambasiatores et Sindicos mittere ad locum predictum cum pleno mandato, ac rogando ut per eorum Nuntium mitterent ad supradictum Dominum Cardinalem ac Patriarcham ad requirendum et rogandum ut intrare placeret in ipsam Ligam, et mittere suos ambasiatores Gradum pro tractatu ipsius cum sufficienti mandato. Quam petitionem ipse inclitus D. D. Dux et Commune Venetiarum ad conservationem dicte Ecclesie et Patrie vigilantes annuerunt et exequi effectualiter promiserunt, quod antequam mitterent Gradum predictos eorum ambasiatores et Sindicos per eorum Nuntium specialem notum facerent dicto quondam Domino Cardinali et Patriarche Aquilejensi de dictis suis ambasiatoribus, ac ambasiatoribus nonnullorum Nobilium e Communitatum Patrie Forojulii convenire debentibus certo termino ad locum predictum pro Liga et unione tractanda ad defensionem et conserva=

tionem Libertatis et Status Ecclesie Aquilejensis et Patrie Forijulii, semper tamen ad honorem et reverentiam apostolice Sedis, et ad suum honorem in quantum aperelur et faciat cum effectu bonum Patrie, et Ecclesie prelibate, rogando per dictum suum Nuntium ipsum Dominum Cardinalem et Patriarcham, ac instantissime requirendo quod placeret predictis consideratis mittere Gradum aliquem loco sui cum sufficienti mandato ad tractandum et intrandum Ligam prescriptam, ad quod ipse Dominus Cardinalis et Patriarcha per suum Nuntium respondere fuit ipsi D. Duci et Comuni Venetiarum quod nullo modo intrare volebat in Ligam, nec mittere gradum aliquem loco sui. Idcirco Egregii et Sapientes Viri Dominus Joannes Gradenico Procurator Ecclesie S. Marci, Leonardus Dandolo Miles et Procurator S. Marci, et Michael Steno ambasiatores solemniter missi per Illum et Excellum D.D. Antonium Venerio Dei Gratia Inclitum Ducem Venetiarum pro executione prescriptorum, Sindici etiam et Procuratores eorundem, ut de eorum Sindacatu et Procuratorio plene constat publico Instrumento scripto manu Joannis Plumatio filii Ser. Bertucii de Venetiis publici Imperiali auctoritate Notarii et Ducatus Venetiarum Scribe in presenti millesimo tricentesimo octuagesimo quinto ind. 8a. die mensis Januarii a me Not. infrascripto viso et lecto, habentes ad infrascriptam plenissimam libertatem ex parte una, et honorabiles Nobiles et circumspecti Viri Magister Jacobus Bisiug Blasius de Lisono et Ser Nicolaus Manini de Utino Procuratores, et procuratorio nomine Magnifici et potentis Mili

tis Domini Federici q.m Strenui militis D. Francisci de Savorgnano, prout de procuratorio hujusmodi constat publico Instrumento scripto manu mei Nicolussii Not. q.m Dominici ~~[illegible]~~ Cucuttussii de S. Maria la Longa Utini habitantis sub instantibus millesimo et ind.e die 27 Januarii. Et Egregius Miles D. Vincislaus q.m Strenui mi- — litis D. Bertoldi de Spegnimbergo suo proprio nomine, ac Procurator, ac procuratorio nomine Nob. Viri D. Brogna fratris sui filii q.m dicti D. Bertoldi de Spegnimbergo prout de procuratorio hujusmodi constat publico Instrumento scripto manu Diotajuti Not. filii Bertolussii de Ugnasio sub instantibus millesimo et ind.e die 26 Mensis Januarij a me Not.o infrascripto viso et lecto. Et Nob. Vir. D. Doi- — mus q.m Domini Odorici de Castello suo proprio nomine, ac Procurator et procuratorio nomine Nob. Viri D. Odorici q.m Dni Rizzardi de Castello prout de hujusmodi procuratorio constat publico Instrumento manu mei Nicolussij Not infrascripti sub instantibus millesimo et ind.e die 1 presentis mensis Februarij, nec non prefati D.D. Vincislaus et Doymus Procuratores substituti et procuratoribus nominibus Nobb. Virorum D.D. Francisci q.m Bernardi, Odorici et Jacobi Joannis fratrum ~~[illegible]~~ filiorum q.m Dni Elyzoii, Henrici et Asquini fratrum filiorum q.m Dni Nicolussii, Johannis — q.m D. Federici et Nicolai q.m D. Odorici omnium de Colloretto prout de substitutione hujusmodi constat publico Instrumento scripto manu mei Nicolussii Not. infrascripti sub instantibus millesimo et ind.e die 16 Mensis Januarij, ac Pro-

ratores constituti et procuratorij Nobb. Egregii Militis D. Simonis q.m D. Ricardi de Colloredo ac Nobb. Vir. D. Nicolussii q.m D. Odorici de Castello, et Mathiussi q.m D. Francischini de Prampergo, prout de Procuratoriis hujusmodi constat publicis Instis scriptis manu mei Nicolussii Not. infrascripti sub instantibus millesimo et ind. die 18 Januarij. Ac suprascripti DD. Vincislaus de Spegnimbergo et Doimus de Castello Procuratores constituti et procuratorij nominibus Nobb. Virorum DD. Odorici, Luchini, et Bartholommei fratrum filiorum q.m D. Michili Olvardini, et Gerardi fratrum filiorum q.m D. Bartholomei Brandilisii filii dicti D. Olvardini, ac Zutti et Galvani filiorum q.m Dni Nicolai de Maniaco ac Procuratores constituti et procuratorij nominibus Nob. Virorum DD. Baldassii q.m Dni Galvani, et Bartholomei q.m [illegible] Odorici de Maniaco, prout de substitutione et procuratoris seu constitutione predictis constat pubblico Instrumento [illegible] et Ind. die 18 Januarij a me Not. infrascripto viso et lecto nec non suprascripti Magister Jacobus Fisicus, Blasius de Lisono, et Ser Nicolaus Manini Procuratores constituti et procuratorio nomine Nob. Viri D. Federici q.m D. Belli de Sa[illegible]grano prout de procuratorio hujusmodi constat pubblico Instrumento scripto manu mei Nicolussii Not. infrascripti sub instantibus millesimo et ind. 27 Januarij. Ac etiam Sindici et Procuratores ac Sindicario et Procuratorio nomine Communitatis utinensis, prout de hujusmodi Sindicatu et Procuratorio constat pubblico Instrumento scripto manu mei Nicolussii Not. suprascripti sub instantibus millesimo

et ind. die 18. mensis Januarii. Discretus Vir Simeon q. Venuti de Venzono Sindicus et Procurator ac Sindacario et procuratorio nomine Communitatis Venzoni prout de hujusmodi sindicatu et procuratorio constat publico instrumento scripto manu mei Simonis Notarii q. Nicolai de Venzono sub instantibus millesimo ind. et die 17 mens. Januarii a me Notar. infrascripto viso et lecto. Discretus Vir Joannes q. Mysticarii de Sacillo Sindicus et Procurator ac Sindacario et procuratorio nomine Communitatis Sacilli prout de hujusmodi Sindicatu et procuratorio constat publ. Instr. scripto manu mei Jacobi q. Ser Ballati de Sacillo sub instantibus millesimo et ind. die 17 Januarii a me Not. infrascripto viso et lecto. Et providi Viri Jacobus q. Ser Petri Vrate et Christophorus olim q. Antonii Muschini Cives Marani Sindici et Procuratores, ac Sindicario et procuratorio nomine Communitatis Marani prout de hujusmodi Sindicatu et procuratorio constat publico Instr. scripto manu mei Jacobi Not. de Utino habitantis Marani q. Organi de Saspinto sub instantibus millesimo et ind. die 27 Januarii a me not. infrascripto viso et lecto: Convenientes etiam ad dictum locum Gradi pro conclusione et executione predicte (vel Lige Liga pactate) ac habentes ad infrascriptam plenissimam libertatem ex parte altera sponte et ex certa scientia ac matura deliberatione premissa fuerunt et contraxerunt et firmaverunt, ac faciunt, contrahunt et firmant bonam puram et veram Ligam, unionem et confederationem inter se modis et nominibus supradictis inter prefatum Illustrem, et Excelsum D.D. Ducem et Commune Venetiarum ex una parte, et prefatos Nobiles et Communi=

tates Patrie Forijulii ex altera parte cum infrascriptis pactis, conventionibus, modis et formis et tenoribus per et inter dictas partes dictis nominibus et modis initis et factis solemnique stipulatione vallatis.

Pacta federis a me ristricta.

1. Che essa Lega si faccia ad onore e gloria di Cristo, della Vergine santissima, de' gloriosi santi Ermacora e Fortunato per la conservazione delle Terre, luoghi e libertà, e franchigie della Chiesa d'Aquileja e della Patria del Friuli, ad onore e beneficio del Reverendissimo Patriarca Sig. Filippo d'Alençon.

2. che detta Lega sia per la diffesa della Chiesa d'Aquileja, della Patria del Friuli contro chiunque, eccetto però contro il Papa, l'Imperatore e Re de' Romani, e de Sigg. Duchi d'Austria e del Conte di Gorizia.

3. Che detta Lega durar debba per tre anni continui

4. che que' Nobili e Communità che entrar volessero in detta Lega abbino il tempo d'un mese a far ciò, e non entrando s'intendano nemici di quella.

5. Che dalla Lega poste si debbano Lanze equestri N.° 500, cioè 250 dalla Comunità di Venzone, e l'altre 250 dalle altre Comunità e Castellani, altre volte poi più o meno giusta l'indigenze

6. che in caso che si sapesse di certo o dall'una o dall'altra parte della Lega che venissero genti in Patria, il Commune di Venezia siano tenuti dare le sue genti e le suddette Lanze, così pure li Nobili e Comunità siano tenuti fare colla Comunità di Venezia.

7. Che le genti, che darà la Comunità di Venezia debbano stare alla difesa delle Terre e luoghi della Patria del Friuli

e non partirsi in alcun modo da della Patria, possino
però guerreggiare in altre parti a lor talento.

8 Che le due Leghe debbano tosto creare due Capitani uno il Doge e l'altro li Nobili e Comunità, e che tutta la milizia regger si debba da essi due.

9. Che li due Capitani predetti trovandosi nei luoghi Terre e Fortilizj si dell'uno che dell'altro Stato debbano giudicare sì in Civilibus che in Criminalibus tra le genti a loro commesse.

10 che alle genti si Venete che Furlane si debbano dare gli uni agli altri vettovaglie e rinfreschi ed altro necessario a quel prezzo che correrà in Patria o nel Veneto Stato.

11 Che le genti si dell'uno che dell'altro partito ricevino e siino ricevute favorevolmente e benignamente nelle Terre e luoghi ove si troveranno.

12. Parimenti che ciascuno eccetto però il Papa e l'Imperatore, che movesse guerra al Doge di Venezia per mare tutti quelli della Lega siano tenuti proibire a quelli ed alle lor genti li porti, fiumi e tutti i luoghi marittimi e non dargli vettovaglie nè rinfreschi in modo alcuno, bensì però ciò sia concesso al Doge ed alle sue genti

13. Che durante la presente Lega se alcuno venisse contro il Doge o Comune di Venezia, specialmente nelle sue terre di Mestre, Musestre, nella Piave o ne' luoghi d'Istria, esso Doge possa richiamar le sue genti dal Friuli fino al N.° di Lance 150 o quante parerà ad esso finchè sarà fatta la pace: che

se poi la guerra non fosse nelle parti del Friuli, o che la Lega avesse sufficiente gente, in tal caso il Doge e suo Comune richiamar possa tutte le sue genti.

14. Finalmente. – Quam quidem Ligam et unionem et confoederationem, nec non omnia alia et singula suprascripta in presenti Instrumento contenta dictę partis, videlicet dicti ambassiatores et Sindici prelibati Inclitti D. Ducis et Communis Venetiarum pro una parte et suprascripti ambassiatores et Sindici et Procuratores Castellanorum Nobilium et Communitatum Patrię Forojulii pro altera parte durante presenti Liga pro se et omnibus nominibus propriis ac Nobilibus quibus supra, sponte, et ex certa scientia, et non per errorem sibi invicem per solemnem stipulationem et juramentum ~~et~~ prestitum ad Sancta Dei ~~[illegible]~~ Evangelia tactis corporaliter sacrosanctis scripturis promiserunt firma, rata, et grata habere, tenere, attendere et observare et inviolabiliter adimplere, et in nullo contrafacere, vel venire per se, vel per alium, vel per alios directe vel indirecte, tacite vel expresse, nec aliquo quesito colore modo vel ingenio de jure vel de facto sub pena quindecim millium Ducatorum auri que, pena toties committatur et exigatur, et exigi possit cum effectu per partem observantem et observare volentem a non observante quoties in predictis, vel aliquo predictorum pro parte ipsius Incliti D. Ducis et Communi Venetiarum, vel per ipsos Castellanos Nobiles et Communitates de Patria predicta, vel per quemlibet ipsorum

in predictis, vel in aliquo predictorum fuerit contra factum, et pena soluta vel non soluta semel vel pluries nihilominus presens instrumentum et omnia in ipso contenta firma permaneant et debeant a partibus inviolabiliter observari pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis adimplendis et inviolabiliter attendendis dicte partes dictis nominibus et modis sibi individuum solemni stipulatione obligaverunt, videlicet predicti ambasciatores et Sindici et Procuratores prefati Illustris et Excelsi DD. Ducis et Communis Venetiarum pro una parte omnia bona Communis Venetiarum, et predicti Ambasciatores Sindici et Procuratores dictorum Castellanorum, Nobilium et Communitatum Patrie Forijulii pro altera parte omnia bona sua, et dictorum Castellanorum Nobilium et Communitatum, quorum sunt Procuratores et Sindici mobilia et immobilia presentia et futura, renuntiantes expresse et certa scientia exceptioni, doli mali et in factum actioni, quod metus causa rei non sic geste privilegio legis si convenerint ff de jure om: et in omni alii legum tam civilium quam canonicorum et municipalium auxilio, per quod se tueri aut deffendere possent contra predicta, vel aliquod predictorum. Insuper ipsi ambasciatores et Sindici dicti D. Ducis et Communis Venetiarum sub pena et obligationibus suprascriptis per stipulationem solemniter promiserunt ipsis ambasciatoribus et Sindicis Castellanorum Nobi-

lium et Communitatum Patrie, predicte, quod infra unum mensem proximum venturum post celebrationem presentis Contractus ipse D. Dux et Comune Venetiarum per justum publicum ejus bulla bullatum specialiter et expresse ratificabunt, approbabunt et confirmabunt cum solemnitatibus opportunis, omnia et singula in presenti Instrumento contenta et dictum Instrumentum in publicam formam redactum cum dicta sua bulla infra dictum tempus mittent Utinum in manibus Regiminis et Communitatis Utini; et versa vice dicti ambasiatores, Sindici et Procuratores dictorum Castellanorum, Nobilium et Communitatum Patrie Forijulii sub penis et obligationibus suprascriptis per stipulationem solemniter promiserunt ipsis ambasiatoribus et Sindicis dicti Inclyti D. Ducis et Communis Venetiarum, quod infra dictum tempus unius mensis proxime futuri post celebrationem presentis contractus ipsi Castellani, Nobiles et Communitates dicte Patrie Forijulii, scilicet quilibet ipsorum Castellanorum et Nobilium per se, et quelibet dictarum Communitatum per se, per Instrumentum publica bulla ipsorum et ipsarum bullatum specialiter et expresse ratificabunt, approbabunt et confirmabunt cum omni solemnitate opportuna predicta omnia et singula in presenti Instrumento contenta. Que Instrumenta cum bullis predictis cum approbatione et ratificatione presentis Instrumenti ac omnium et singulorum in eo contentorum

prędicti, Nobiles, Castellani, et Communitates dictę Patrię Forijulii dicto D. Duci et Communi Venetiarum infra dicti unius Mensis spatium destinabunt. Voluerunt etiam dictę Partes sub penis et obbligationibus omnibus et singulis suprascriptis quod si aliqua erunt necessaria ad majorem corroborationem et firmitatem omnium et singulorum in presenti Inst.o contentorum et per utramque partium promissorum, quod ipsa omnia et singula que erunt necessaria faciant approbari et confirmari ubi, sicut et quando fuerit necessarium et opportunum cum consilio sapientum Juris ad omnem requisitionem alterius partis hoc volentis et requirentis infra spatium unius mensis proxime imediate sequentis post requisitionem predictam; Quibus omnibus sic solemniter celebratis et actis voluerunt et rogaverunt suprascripti Sindici et Procuratores utriusque partis nominibus suprascriptis quod per Ser Guglielmum Notarium q.m Ser Commasini de Vicentia et me Notarium suprascriptum fiant de predictis duo pubblica Instrumenta ejusdem consonantię et tenoris. –

Actum Civitatis Gradensis in Capella S. Joannis Baptistę de Grado. Presentibus Venerabili in Christo Patre Domino Fratre Pasqualino Abbate S. Petri della Remondina Diocesis Caprulensis, Venerando Viro D. Presbytero Hermacora Canonico Ecclesię Gradensis, ac providis Miliano q.m Andriolucii de Faventia, Antonio Leone de Mantua, Jacobo Notario

qm Organi de Longiuto habitante Marani, Maneto qm Bertolini de Florentia Utini habitante, Simon qm Guarnerii de Venzono, Gerardo (vel Bertrando) qm Joannis Egidii de Utino, et Garditino qm Jacobi Garditini de Spegnimbergo testibus, et aliis pluribus ad hoc vocatis specialiter et rogatis.

L. S. N. Et ego Nicolaus qm Dominici Luculussii de S. Maria la Longa Utini habitans Publicus Imperiali auctoritate Notarius supradictis omnibus et singulis presens fui, et ea omnia rogatus per supradictum D. Federicum de Savorgnano scripsi et publicavi

Il presente Istromento fù tratto da altro simile esistente in Libro MS. dei NN. UU. Savorgnani.

Indi trascritto come stà nel Vol. II delle Memorie sopra Cividale di Gaetano Sturolo sacerdote alla pag. 252 e seg. ora posseduto dal Sig. Francesco de Lucia armajuolo in Udine

1385. 18 Febbrajo (secondo lo stile odierno). Fiorentini chiedono al Com. di Udine la restituzione de' beni confiscati a Giovanni de' Bardi loro cittadino.

Amici Carissimi. Jamdudum Audivimus vos malis, ut putamus, suggestionibus informatos propter discordiam, quam cum Reverendissimo Patre, Nostro Domino de Alemonio Patriarcha Aquilejensi habetis multa Bona mobilia, et Immobilia Joannis olim Costronis de Bardis dilectissimi Civis nostri, et fratrum Authoritate publica distraxisse, ex eo quod predicti Dñi Patriarche fautoribus adheret. Quo quidem audito sumus multis respectibus admirati. Nam quod ipse vestrum Patrem, et verum Antistitem sequeretur, sibi non debuit ad culpam, vel aliquod facinus imputari. Placeat igitur hujusmodi Bona tam ei, quam fratribus, que sine pestã causã, sicut videmus, ablata sunt, que reperiuntur, facere restitui, et que consumta forent restauratione debita resarciri. Nam cum dictus Joannes, et Fratres Cives nostri sint, non possemus eis in tam manifestã iniuriã Justitie debitum denegare.

Dat. Florentie Die 18. Februarij, Octava Indictione. 1384.

Priores Artium, et
Vexilifer justitiæ } Populi, et Comites Florentiæ.

A tergo) Nobilibus viris, Capitaneo, Consilio, et Communitati Utinensi Civitatis nostræ carissimis.

Ex voluminibus Magnificæ Civitatis Utini Gerardus Omianus

L. S.

Cancellarius. Die 20. Novembris 1740.

Littera [illegible]

Sauorgnano Militis creati ad honorē Maioris cons[illegible]

[illegible] entrio [illegible]

1385. Nobili uiro Federico de Sauorgnano [illegible]
salutem et sincere dilectionis affec[tum] [illegible]
deuotionis [illegible] Egregia [illegible]
[illegible] ad nros honores sicut [illegible]
euidenter apparuit et incessanter appar[et] [illegible] ad uos
[illegible] nobilitate uestra dignissimis [illegible]
[illegible] Seruata solempnitate cons[illegible]
[illegible] de [illegible] et maioris consilii uos et [illegible]
[illegible] filios uros [illegible] et filios uos
[illegible] legitimos descendentes ab eis imperpetuum ad ho-
norem nri maioris consilij ita quod uos et ipsi gaudeatis et
gaudere possitis eisdem honoribus et beneficijs [illegible]
nobiles ciues nostri Maioris consilij perfruunt[ur] [illegible]
[illegible] In premissorum aut fidem et euidentiam pleniorem pntes
litteras patentes fieri mandauimus et bulla nra aurea
pendente muniri. Dat[um] in nro Ducali palacio Anno
dni millessimo trecentessimo octuagessimo quinto die 3.
mensis aprilis [illegible] octaue [illegible]

num. 2
Copia del p...
1385

Antonius Venerio Dei gratia Dux Venetiarum &c.

Egregijs, et Nobilibus Viris Antonio de Vin=
centia Capitaneo, Federico de Sauorgnano,

1385 quinque Deputatis Consilio, et toti Vniuersitati

Terre Vtini, amicis dilectis salutem, et sincere

dilectionis affectum. Nobilitatis ac Beneuo=

lentie uestre, litteras datas Vtini 12. Augusti

Mensis instantis solito affectu recepimus, et

quarum tenore et amplius ex ipso affectu

cognouimus optimam dispositionem, quam

geritis ad nostrum honorem, et conseruationem

uestre proprie libertatis. Requirentes instanter

uobis subuenire de Lanceis, et peditibus feli=

cis unionis pro perseuerando ad obsidionem

positam contra Castrum Sauorgnani et pro

construendo secundam Bastitam ibidem, quia

iam prima Bastita est firmata, et recomendantes

igitur probitatem, et diligentiam uestram

offerimus nos paratos ad cuncta possibilia

concernentia conservationem uestram, et honorem,

et bonum d(ic)tę unionis, et scribimus Nobili Viro

Petro Mauroceno Provisori nostro ibidem, quod ipse

unacum Reuerendiss: D. Patriarcha Ierosolimitano

quem ad hoc hortetur efficaciter parte nostra

in his, quę possint, et quam citò poterunt subue=

niant uobis, sicut fuerit opportunum. Nam statum

statum bonum, et conservationem uestram pro=

priam reputamus.

Dat. in Nostro Ducali Palatio die 17. Augusti Ind. X.ª

A Tergo.

Honorabilibus decem Deputatis, Consilio, et Communi

Terrę Bari.

Suprascriptas litteras ex originalibus exi=

stentibus in Cancellaria Mag: Ciuitatis

Bari extraxi Ego Ioannes Baptista

Arigonius ... Not. ac eiusdem Communis

Cancellarius, et in fidem ...

Antonius Venerio Dei Gratia Dux Venetiarum &c.
Egregio, et Nob. Viro Federico de Sauorgnano
Militi, ac Nobilibus, et Sapientibus Viris
quinque Deputatis ad Regimen Utini Fidelibus
1385 dilectis, necnon Francisco Lane et Michaeli Contareno
de suo mandato Ambasciatoribus, ac Jacobo Tradenico
Prouisori in Patria Fori Julij Fidelibus dilectis salu-
tem, et sinceræ dilectionis affectum. Fuit ad
præsentiam nostram Egregius, et Nobilis Vir
Vincislaus de Spilimbergo, qui tanquam optime
dispositus ad honorem nostrum, et felicis unionis
grauissime dolet de casu Spilimberghi. Spre-
uenditur ad Capitaneriam suam Portus Gruarij.
Unde vos Federicum de Sauorgnano, et quinque
Deputatos rogamus, Vobis autem nostris Ambas-
ciatoribus, et Prouisori præcipimus, quatenus
eundem Vincislaum, eiusque agenda in his,
quæ honori, et bono nostro, et vestro, et ligæ
conueniant, habere velitis sincere, et

fauorabiliter comendatam: Quod nobis merito
gratum erit.
Datum in nostro Ducali Palatio die 26 · 7.bris Ind. noua
L. S. M. Antonius Giducius Mag.ce Comunitatis
ex suo originali manu sua.

Sec. XV.

Executio Testamenti Johannis ... (habitans [illegible] Austria). de Castro Ultra

D. Johanninus de Castro Ultra

Federicus — Antonius [illegible] dne Diane

Diana (1386 circa

Sequuntur expense ... integre plure ... / facte in ... secundum mandatum ... testatoris ...

It(em) pro vestimentis duodecim pauperum ... vna ...
pro quibus vale... in toto pro exoneratione ... ... intertorum ...
summa marchi den(arii) ——— v. sol

It(em) date fuerunt cuidam ... capellano pro ...
suo et pro exoneratione ut supra ... ——— x.

It(em) habuit et recepit ... Leonardus ... ducatos aur... ——— xxx.
quos dedit sibi pater dicti Johannis ... pro utilitate quam
habuerat ... ... mutuabat.

It(em) ... cuidam ... ... Francisco
... pro ex... ut supra. ——— xx

It(em) dedit ... Johanes cuidam ... romano ...
... Francisco ... in adiutorium ... pro exoneratione ... lxx.

It(em) dedit ... tempore vite ... ... macellatori ...
et exoneratione ... dicte ... marchi ... ——— xxxiiij.

It(em) dedit ... Franciscus ... Donate ...
... ut supra ... den(arii) ——— x.

It(em) dedit ... Clarde ... ... suis ... ex ...
ut supra ... den(arii) ——— x.

It(em) ... ... pro suo ... causa ut supra marchi ——— x.

It(em) Themoline pro suo ... ... ut supra marchi den(arii) ——— x.

It(em) Johanne ... ... ut supra marchi ——— x.

It(em) Dubrafino de ... ... receperunt
... recepit ... ab eo et ... ... Francisco
in parte ... ... filio ... ——— lxx.

It(em) dedit ipse Johanes post ... Donate ...
et nutrice in ... ... voluntatem ...
marchi den(arii) ———

It(em) pro indumentis ... ... ——— x

It dedit Iohani de ma... pro ... ex... ... inctoz Ec...
Civitatem Marchi ... — j.
It dedit Monasterio maiori Civitatem pro exoneratione inctoz ... — j.
It Ecc sancti Francisci de Civit pro exoneratione ut s. Marchi ... — j.
It Ecc sancti Dunii Civit pro exoneratione ut s. Marchi ... — j.
It Fraternitati sancti ... de burgo sancti Petri Civitatis ...
exoneratione ut s. Marchi ...
It Hospitali sancti Martini de burgo ... Civitatis ...
exoneratione ut s. Marchi ... — j.
It Ecc sancti ... Silvestri pro exoneratione ... Marchi ... — j.
It pro ... contentamento ... incuius debet ...
eadem ecc ... Silvestri expendit pro exoneratione inctoz — xvi.
It pro quod ... incurado ... qui ... est et ...
dei in dom ... exoneratione ut s.
It ... ... sancte Monasterii sancte Marie de ...
... pro pro ... anno ... pro exoneratione ... — j.

Infrascripti denari fuerunt dati pro ...
in vita sua pro exoneratione inctorum ...

Primo dedit ... pro exoneratione inctoz Marchi ... — xvij.
It eadem ... pro exoneratione ut s. ... — iij.
It dedit et solvit ... Iubilei facti in Civitatis ...
et ... sua pro exoneratione inctorum ducatos ... — xx.
It solvit pro Edictis factis et ... pro restituendis ...
... pro exoneratione inctoz libr ... — l.
It dedit ... in ... pro sigillo ...
in dictis Edictis pro exoneratione ut s. ducatos ... — vj.
It dedit dno Luchino pro suo labor et pro exoneratione ut s. ducatos ... — iiij.
It dedit Petrobono ... pro publicatione privilegii pro exoneratione
ut s. ducatos ... — v.

It p illuminatoe vna lampadis in scto francisco an altare
duodecim annos semp facienda p exoneratoe ut d. Manch dey — xx.

It Johanne lapi Egidij filiu date fuerunt amore dei p
exoneratoe ut d. Manch dey ———————— v.
qn maritata [illegible]

It dedit s rectori ca[illegible] Civitatis p ctis usuris ab eo receptis
p exoneratoe ipoz Manch ———————— iiij.

It dedit s francisco Cotta [illegible] piste p exoneratoe
ut d. libri domen ———————— iiij.

It Recepit Antonius Johannis d Castro tamqm Tutor
Diane filie, et heredes [illegible] federici fili et heredis [illegible] Johannis
p ctis usuris ab eodem receptis p ipsi [illegible] s fray p exoneratoe
pdictoz Manch dey ———————— x.

It dedit s. oni Magdalene scte Marie d Ilzella p exoneratoe
ut d. Manch dey ———————— [illegible]

It [illegible] p duabs lampadis facts vna hospitali scti [illegible]
[illegible] scti Martini [illegible] falkekeno [illegible]
[illegible] p exoneratoe pdictoz Manch dey ———— xiiij.

It dedit s francisco [illegible] qui viuebat frateno scti
Dimi Civitatis piste p exoneratoe pdictoz ducatos an ———— xxx
et Manch sol ———————— vij.
secundum qd patet quadam scripta, scripta manu fratris Mathei, etia
in tabula scti Dimi.

It dedit Nicolao [illegible] p ctis usuris ab eo receptis
p exoneratoe ut d. Manch dey ———————— iiij.

It idem s francisco dedit fratribus scti francisci
ordinis fratrum minorum d Civitate piste p exoneratoe
pdictoz Manch sol ———————— xxj.
pnt patet quadam corp scripta.

It(em) dedit ... he Francisci dicti Ticolonassi p(ro) suo co...
p(ro) exonerat(ione) ... ore magistri dei ... x.

It(em) dedit ... Walteri pro Walteri ... ngo ponte p(ro) suo ... [illegible]
p(ro) exoneratione ... pictori magistri ... x.

It(em) ... ... amini dicti ... [illegible] ... bio p(ro) ex...
... dei ... x.

It(em) dedit ... e filie Domelle ... mi Johannini p(ro)
... [illegible] pictori ... ti dei ... x.

1386. 23 Nove. Duc. che promette soccorso agl'Udinesi lodandoli per la loro perseveranza.

Antonius Venerio Dei Gra Dux Venetiarum. Egregijs, et Nobb. Viris Phederico de Savorgnano, ac quinque Deputatis, necnon universis, et singulis Consiliarijs de Consilio de quinquaginta Deputatis ad bonum honorem, et conservationem Libertatis, ac Patriæ Fori Julii Amicis dilectis salutem, et sinceræ dilectionis affectum. Retulit Nobis Nob. et sapiens Vir Michael Contareno civis, et fidelis nr rediens nuper Ambasciator a partibus illis, se reperisse in vobis optimam, et validè laudabilem dispositionem ad honorem nrum, et ad conservationem Libertatis Patriæ Fori Julii, quod non est Nobis novum, quia semper sic cognovimus per affectum tum ex vra propria virtute, tum pro manifesto, et notabili bono vestro, et Patriæ, ut perseveret, annuente Dno in sua antiqua nrali, et solita Libertate. Unde hujusmodi perfectam dispositionem vram gratissimam habentes, hortamur vos ad sic constanter perseverandum, quia a nobis semper habebitis omnem favorem, et auxilium opportunum.

Dat: in nro Duc. Palat. die 23 Novbris 9 Indne.

Tergo) Egreg: Nobb: Viris Phederico de Savorgnano, ac Quinque Deputatis, necnon Universis, ac singulis Consiliarijs de Consilio

quinquaginta Deputatis ad bonum honorem,
et conservationem Libertatis Patriae Fori Julij
Ex Deliberationibus M.^cae Civit. Utini
Ferandus Comianus Cancell.
die . 10 . Nov . 1740 .

1385, 31 ott. Udine. Procura del Comune in Andrea Mardich e Nicolò Marino ambasciatori al Papa. (incompleto).

In Christi Nomine Amen. Ab ejus Nativitate millesimo tricentesimo octuagesimo quinto Ind. octava die ultimo mensis Octobris. Actum Utini Aquilejensis Diœcesis super domo Comunis, in qua Terrae Utinenses solent Consilium celebrare: Præsentibus Nobilibus, ac Providis viris Franc.o de Cavalcantibus de Florentia Utini habitatore, Joanne q. Federici de Ottacinis, Nicolao q. q. Nicolussii de Percoto, et Nicolussio Filio ser Zosene de Burgo de Utino Testibus, et aliis pluribus ad hæc vocatis specialiter, et rogatis. Ibiq. convocato, et congregato Consilio Generali Terræ Utini more solito pro infrascriptis specialiter peragendis, in quo quidem Consilio interfuerunt Mag.cus et Potens miles Dnus Federicus de Savorgnano, ac Nobiles, et Prudentes Viri D. Antonius de Vincentia Capitaneus, Hermannus ser Missii de Remanzacco Camerarius, q. Nicolaus Marini, et Petrus de Belloni Provveditores, Blasius de Lisono, q. Hector Minuttite, Dietholmus, et Melindussius de Andriottis, Henricus de Raona, q. Nicolaus Mag.ri Gregorii, Valentinus de Valentinis, q. Cossussa de Bomberi; Joannes de Faganea, ser Zaninus de Burgo, Leonardus de Sancto Daniele, Franciscus Raineri, Thomas de Florentia, Marachinus de Banzano, et Manfredus Draperio de Utino Consiliarii dictæ Terræ Utini Aquilejensis Diœcesis totam universitatem ipsius Terræ Utini repræsentantes, præfati Dnus Federicus, ac Dnus Antonius Capitaneus, et alii Consiliarii, cum consensu, et voluntate suprascriptorum Hermanni Camerarii ac q. Nicolaii, et Petri Provveditorum; et ipsi Camerarius, et Provveditores Camerario, et Provveditor. nominibus ipsius Communitatis Utini cum consensu, et voluntate dictorum Dni Federici, ac Dni Antonii Capitanei, et Consiliariorum suprascriptorum, nec non ipsi omnes, et

singuli unanimiter, et concorditer per se, suos-
que successores, ac vice, et nomine totius Comu-
nitatis, et Universitatis dictæ Terræ Utini præfa-
tæ Aquileiensis Diœcesis, ipsique etiam omnes, et
singuli suprascripti coniunctim, et divisim, ac singu-
lariter, et per se, eorum propriis nominibus, ac
etiam vice, et nomine omnium Nobilium de Ca-
stello, de Colloreto, de Strassoldo, et de Maniaco
et Comunitatum Venzoni, Sacili, et Marani
in quantum eorum interest, et omnium, et singu-
lorum aliorum Nobilium, Civium, et Comunitatum
fidelium, et legalium de Patria Fori Iulij in Liga
et unione cum inclito Ducali Dominio Vene-
et Mag.co D.no Verona pro conservat.e honoris, et
status Aquileiensis Ecclesiæ, et Patriæ Fori Iu-
libertatis alias factae, et firmatæ existentium
de quibus in infrascriptis Processionibus in quibus, et in
tis fit mentio quovis modo, pro quibus supra
D.ni Federicus de Savorgnano, Antonius Capi-
taneus, et Consilium dictæ Terræ Utini promise-
runt de ratihabit.e, vid.t se facturos, et cura-
turos cum effectu, omni exceptione remota
quod præfati Nobiles Cives, et Comunitates, de
quibus supra fit mentio, quandocumque expe-
diens fuerit, infrascripta omnia, et singula app-
robabunt, et ratificabunt, in omnibus, et per
totum obligantes se, et ipsi omnia bona sua, et
Comunitatis Utini præsentia, et futura omni
modo, vice, et forma, quibus melius, et efficacius
tam de iure, quam de consuetudine sciverunt,
potuerunt, fecerunt, constituerunt, et ordina-
verunt suos, et dictæ Comunitatis Utinensis
ac suprascriptorum omnium aliorum veros, et certos
Nuncios, Actores, Factores, Negotiorum Gesto-

ac legitimos Sindicos, et Procuratores, et quidquid ↄ melius dici possint, honorabilem, et sapientem Virum Dnum Andream de Monticellis Licentiatum in iure civili, ac ser Nicolaum Morini de Utino negotio è ibidem praesentes, et hoc mandatum in se sponte suscipientes utrumque ipsorum insolidum, et specialiter ad praesentandum, notificandum, et intimandum Rmo in Christo Patri, et DD. Philippo de Alenconio miseratione Divina Episcopo Sabiniense S. Romanae Ecclesiae Cardinali Patr. Aquilejensi.

omissis.

Quinq: antescta Instrument., et omnia contenta in 25. foliis praecedentibus, fid. comprehensa, per alium educta ex consimilibus authenticis existentibus penes Nob. Dnum C: Petrum Antonium de Moniaco, quia facta incontrat. concordare invenit, reg. signo, nomineque suis roboravit Antonius Martinelli Pub. Ven. Aut. Not. Coll. Utinensis.

S. P.

Utini die 16. Maii 1719. L. D. O. M.

Ex consimili authen. penes Nob. D. Ho. N. Agricolam Agricola existen. desumere fecit, et sub. se requisitus Ferandus Ormianus A. S., et mag. Civitatis Utini Not. Coll., ac Cancell.
die [illegible]. Oct. 1740

In Pleno Consilio Utini Congregato

Die 20. Februarij 1387.

Super propositis per Dominos Deputatos continue vigilantes circa statum, et conservationem Patriæ, et maxime circa Villas, et Cortinas Patriæ, et præsertim positas, et sitas citra Tulmentum, quæ fuerunt, et sunt causa principalis Distructionis Patriæ, propter fortitudinem earum, et victualia, quæ reducta sunt in eisdem, ad quas Inimici in damnum, et desolationem Patriæ se continue reducebant.

Deliberatum provisum, ac Definitum extitit per antedictos Dominos Dños Deputatos pro bono Statu, et Conservatione Aquilejensis Ecclesiæ, et totius Patriæ, quod omnes Cortinæ, et specialiter citra Tulmentum sitæ, fortitiis muniantur, quod si cum hominibus Villarum dictarum Cortinarum obtineri non possit, quod tunc Domus, et Habitationes factæ, et constructæ in eisdem Cortinis discoperiantur, et destruantur ex toto; quod etiam si cum dictis hominibus obtineri non

possit, quod tunc omnia Victualia, quæ in dictas Curtinas, seu Villas reducta esse reperiantur de dictis Curtinis, et Villis ad Terram Utini, vel alia in Fortalitia reducantur; ad quæ præfati homines ducere, et portare maluerint pro eorum commodo, et utilitate; dummodo ad Terras, et Fortalitia Inimicorum nullatenus reducantur; et quod in dictis villis, et Curtinis nulla Victualia dimittantur, sed prorsus omnia faciant asportari: et ad hæc exequenda, et executioni mandanda præfati Domini elegerunt Laurentium Notarium Cujussij, et Antonium Missij, qui cum hominibus Villarum esse debeant, et sollicite operari, et operam tradere efficacem cum eisdem, quod prædicta fiant, quam citius fieri possint sub forma, et deliberatione præsentas.

Ex Voluminibus Magnificæ Civitatis Utini Ferandus Omnis Cancellarius.

L. S.

Die 10. Novembris 1740.

1386.

Stratę publicę hujus Patriarchalis Patrię potissime extra Fortilitia spectant, et spectaverunt retroactis temporibus continue ad jurisdictionem, et custodiam supradicti D.ⁱ Patriarchę, ejusque Marescalco sive Aquilejensi Ecclesię, vel Capitulo sede vacante, et notorium existit; et ad offitium Marescalchi spectat punire crimina, et delicta, quę in dictis publicis locis committuntur.

Ex memorialibus Odorici Andreę de Utino Cancell.ij Patriarchalis.

Offitium marescalchi erat custodiendi stratas Patriarchalis Patrię, et puniendi crimina, et delicta.

Murator. Rer. Italic. script.

1386.

In nomine Sanctae, et individuae Trinitatis Amen. Ad laudem, et gloriam omnipotentis Dei, eiusque gloriosissimae genetricis Mariae, et Beatorum martyrum Hermagorae, et Fortunati Almae Aquileien. Ecclesiae patronorum, nec non ad requisitionem, pariterque mandatum Reverendissimi in Christo patris Principis, et Domini nostri D. Philippi de Alencomio Sanctae Romanae Ecclesiae Episcopi Cardinalis, et Patriarchae supradictae Ecclesiae Aquileien. etc. Ego Odoricus Andreae de Utino Aquileien. Dioc. olim socius sanctae memoriae Dominorum Ludovici, et Marquardi Patriarcharum Aquileien. et nunc supradicti D. nostri Cardinalis, et Patriarchae Cancellarius super dominationibus, honoribus, iuribus, et iurisdictionibus spiritualibus, et temporalibus supradictae Aquileien. Ecclesiae pro ipsorum notitia, et conservatione, compendio breve, prout memoria mea potuit occurrere, ultra memorialia alia dudum per me in pleniori forma composita ordinavi, et descripsi, prout inferius est expressum.

Primo quidem supradicta Aquileien. Ecclesia, eiusque pastores et praesules Patriarchae habent superioritatem etc.

Deinde inferius in ordine ut

Principales, et potiores Ministeriales eiusdem Ecclesiae, eiusque praesidentis pastoris, et Patriarchae sunt Nobiles de Cucanea, Partistagno, et Valvasono, qui vocantur Camerarii, et tenent custodire cameram Patriarchae tempore vacationis sedis cum pertinentiis ad eandem cameram, Nobiles de Spegnimbergo, qui

dicunt̄ uel pincernæ, Campani, et habet custodire
curiam unam pertinentibus ut sup.ª Nobiles de Mo-
rutio, et de Zucano, qui uocant̄ Marescalchi, et
uexilliferi S.cti Aquil.ⁱ potissime tempore guerræ
guerræ eiusdem Ecclie, et habent custodire sta-
bulum Patriarchæ equorum uocationis tempore, ut s.
et Nobiles de Prampergo, qui uocant magri cochinæ
Patriarchis, et debent cochinam, ut sup., et habent no-
biles ipsi occone ministeriorum, et officiorum huiusmodi
plura phenda, redditus, et bona ab ipsa Ecclia
Aquileien. ultra eorum forteliciæ, et castra, quæ
integre possideant, et teneant, prout notorium est
de premissis omnibus iam longo retroacto tempore
ipsi Nobiles leuem habuerint custodiam, quia cam.
Ep.ali de premissis omnibus uocationis temporibus
intromisit: Nob.les de Porcia, et de Prata
uocant̄ Comites, et liberi, tamen sunt uassalli sui
Aquileien. Ecclie, et Comitatus ipsorum sunt feud.
Ecclie Aquileien., et sic recognoscere debeat, ut
le potest per publica Instrumenta, potissime de
Prata, eiusque Comitatu, quæ iam uidi, et legi.
Certi Nobiles de Castello. S. Strasoldo, Villalta
Castellerio olim uocabant̄ de genere liberorum,
sed quia per matrimonialem copulam nati sunt
genere ministerialium, ideo ministeriales uocantur,
castra, et plura alia bona recognoscunt, et recogn.

debent in feudum ab Aquileiensi Ecclia supra. ut ex inde instrum.ta publica apparere debent, licet antiqui Bonum feuda plerique in scriptis nō dederint.

Similiterq; cæteri Nobiles huius Patriæ, et Decanus Fori Iulij recognoscunt, seu recognoscere debent eorum castra, et plura, ac diversa Bona in feudum ab eadem Aquil. Ecclia, licet in scriptis ipsa feuda et Bona investiturarum ipsorum tempore ad plenum nō extiterint tradita ab antiquis.

Sunt et certi Nobiles vocati de genere Liteatorum, s. illi de S.to Daniele, de Attens superiori, de Manzano, de Maniaco pro parte, de Faganea, de Pinzano, et della Frattina, qui recognoscunt, seu recognoscere debent Castra, sive Fortilitia et plura Bona ipsorum iure habitantiæ, seu fer habitantiæ ab Aquileiensi Ecclesia, seu eius Patriarcha, presule, et pastore, &

Signum

Premissa oīa Ego Leonardus Agricola not.s Utinen. coll.s rog. fideliter, et accurate descripsi ex eorum exemplo manu propria q. sp. D. Ant.i Bellon. not.i itidem Utinen. coll.s ponens me existentem et in fidem cum solito signo subsi.

1386 4 giugno; Ex Memoriale Ser. Alexandri Notarij de Cereta.

Illustri personaggi ad Udine.

Millo Trecentesimo Octuagesimo 6.to Indictione nona Die Lune Quarta Marcij Junij Utini Aquilegiensis Diocesis in Sala magna inferiori magni Patriarchalis Palatij Utini Presentibus providis Viris Petro de Cocha, et Laurentio de Cussignacho notario, ac Francisco quondam Odorici de Utino, et alijs. Coram Revdo. in Christo Patre et Dno Dno Francisco Dei gratia Episcopo Segobiensi Reverendmi in Christo Patris, et Dni Dni Ferdinandi miseratione divina Patriarchae Jerosolimitani Apostolicae Sedis Nuncij, ac Aquil.ae Ecclesiae Rectoris, et gubernatoris in spiritualibus Vicario generali Comparentibus Bartholutio Fusco Utinensi in Burgo superiore habitante ex una parte, et Nicolao quondam Odorici de Adeglaco ex alia. Idem Dns Vicarius eidem Nicolao ad producendam eius petitionem in scriptis, et interim eius advocatum informatum habendum, partibusque ad comparendum, et ulterius procedendum terminum ad Diem Lune proximum assignavit.

Prorogatio ad prorogatio terminorum coram Dno O. [illegible]tium. Ex eodem Memoriale.

Coram Domino Abbate Mosacensi.

Millo Trecentesimo octuagesimo octavo, Ind.e xj.a die Vj marcij Aquileiae Utini in Domo habitationis infrascripti Dni Abbatis et Vicarij Presentibus Dno Fratre Constantio Candido Utiane, ac Ricardo Theotonico, ac Alberto Bartholomei de Padoa omnibus Utini habitantibus, et alijs. Revdus in Christo Pater, et Dnus Dnus Bondi Abbas Mosacensis R.mi in Christo Patris et Dni Dni Johannis Marchionis Moraviae miserat.e divina Patriarchae Aquilegensis in spiritualibus, et temporalibus Vicarius generalis omnes lites causas, et questiones,

omnesque

omnesque litium terminos coram bo: mem: D.no Ottobono Decano
Vicario &c vertentes in se resumens terminos ipsos omnes in eo
dem statu, in quo erant coram eodem, et praesentialiter sunt,
prorogavit usque ad decimum diem Martij Maij nunc proxime
venturi inclusive, ut super ipsis plenam recipere valeat informa
tionem, et in ipsis procedere prout iuris exposcit ordo.

1387. 17 Giugno Bologna. Antonio Gaetano Arcidiacono di Bologna e Protonotario Apostolico dichiara che M.ro Giacobino di Udine figlio di Ser Giovanni del Borgo (Del Torso) ha ottenuto la laurea in medicina dopo pubblici esperimenti della sua dottrina.

In Dei nomine amen. Antonius Gaytanus archidiaconus Bononiensis domini pape prothonotarius, universis hoc presens instrumentum publicum inspecturis salutem et sinceram in domino caritatem. Humana conditio a sui primordio in lucem meruditā perveniens se sapientie lumine illustratur dignis et altis est laudibus extollenda. Illique gloriosum nomen habere merentur qui assiduitate longa laborum et instantia vigiliarum per arduum doctrine callem ambulantes ad perfectionem sui studii inclitam perrexerunt. Nam nullum fortius bellum militantium in virtute. In fortia die noctuque vadunt ad onerum prelia semper intenti et nisi per acutissimum ingenium per quod ignorantie calligo deponitur in montem discipline scandere non valemus, cujus discipline potissime fructus in gloria colliguntur (scit). que benemeritis ut ad illam indocti pervenerant est tribuenda illustri preconio laudum et maxime quando rigorose in duro certamine sue facultatis metam debitam attingentes laudabiliter claruerunt; virtus namque solummodo gloria et honore nutritur quo omnes personarum facultates evidentissima ratione cernuntur. Cum igitur sapiens vir magister Jacobinus filius domini Johannis del Burgo de Utino ab olim insistens studio facultatis medicine in civitate

Bononie in qua viget studium generale sic gratia suffragante
divina laudabiliter profecerit in facultate antedicta, quod
idem magister Jacobinus die vigesimoquarto mensis Ja-
nuarii proxime preteriti presentatus tunc coram in hac
parte vicariis Episcopi et Capituli Bononiensis ad quos
simul ex indulto apostolico spectabat officium archi-
diaconi Bononiensis propter ejusdem archidiaconi ab-
sentiam totaliter exercere, per eximios scientie medici-
ne doctores magistros Franciscum de Cultris et Petrum
de Thosignano de Bononia artium et medicine docto-
res eximios, et suppositus idem magister Jacobinus
privato examini doctorum dicte scientie Medicine collegii Stu-
dii Bononiensis taliter ipse magister Jacobinus se
habuerit in dicto privato examine legendo, repetendo,
argumenta ipsorum doctorum reassummendo et ipsa
solvendo quod post diligentem et arduam examina-
tionem factam per ipsos doctores, de eodem magistro
Jacobino in facultate prefata, fuerit ipse magister Ja-
cobinus ab omnibus ipsis doctoribus unanimiter
et concorditer tanquam sufficiens et idoneus in
facultate premissa merito reputatus. Ideirco prefatus ma-
gister Franciscus de Cultris auctoritate sibi in hac parte conces-
sa per honorabilem et eximium decretorum doctorem domi-
num Guasparrum de Caldarinis de Bononia hic presentem
in hac parte Vicarium et commissarium nostrum prefa-
tum magistrum Jacobinum in ecclesia cathedrali Sancti
Petri Bononie super magistralem cathedram personaliter
constitutum et publice hic in dicta facultate per dictos docto-
res infrascriptos examinatum et in illa repertum idoneum
asseruit et approbavit ac publice pronunciavit fore suffi-
cientem et idoneum ad habendum et recipiendum licentiam

publicam et doctoratus honorem in facultate predicta. Et ex nunc idem magister Franciscus auctoritate nostra eidem magistro Jacobino presenti et humiliter acceptanti ut digno et benemerito et hac promotione dignissimo legendi, docendi, disputandi, determinandi, interpretandi, cathedram magistralem ascendendi illamque regendi et alios magistrandi et doctorandi in facultate premissa scientie medicine Bononie et ubique locorum ac ceteros alios actus in facultate eadem publice exercendi ut eiusdem facultatis magister et doctor plenam et liberam licentiam tribuit et concessit et omnimodam facultatem. Receptis postmodum per ipsum magistrum Jacobinum a dicto magistro Petro de Thorignano eius doctore et magistro precipuo insigniis infrascriptis ~~informatis~~ scilicet libro clauso et aperto annulli subarratione et desponsatione capitique ipsius magistri Jacobini bireti seu doctoratus diadematis impositione; nec non et pacis osculo cum benedictione magistrali ut ipse magister Jacobinus sic omnibus insignitus et coronatus in via coronetur in patria per eum qui vivit et est benedictus in secula seculorum amen.

Datum et actum Bononie sub appensione nostri sigilli in ecclesia cathedrali predicta presentibus dictis doctoribus quorum nomina sunt hec videlicet magister Paulus de Bucalinis prior dicti collegii, magister Guido de Prehuntis, magister Baldassera de Conforlis, predictis magister Petrus, prefatus magister Franciscus, magister Johannes de Muglio, magister Petrus de Varignana, magister Guidottus de Benvigiptis, magister Matheus de Massimatico magister Thomas de Arientis et magister Guilielmus de Argele, nec non presentibus honorabili viro magistro Arnaldo Johannis de Catellonia Rectore universitatis

Scolarium medicine studii Bononiensis, Religioso viro fra-
tre Karolo de Mansionoribus de Bononia ordinis Carme-
litarum bacalario in facultate sacre scripture, Franci-
sco quondam Desterai de Brunis notario Bononiensi
testibus et aliis prelatis religiosis clericis scolari-
bus et secularibus in multitudine copiosa ibidem in
honorem dicti magistri Jacobini congregatis. Sub an-
nis a nativitate domini ~~[illegible]~~ nostri Jesu Christi mil-
lesimo trecentesimo octuagesimo septimo Indictio-
ne decima die lune decimo septimo mensis Junii
de mane, Pontificatus domini nostri domini Ur-
bani pape sexti anno decimo

Ego Peregrinus quondam Johannis de Zam-
beccaris civis Bononiensis publicus apostolica Im-
periali et communis Bononie auctoritate notarius ac
etiam notarius domini archidiaconi Bononiensis
ex indulto apostolico premissis omnibus interfui
eaque rogatus scribere publice scripsi et in testi-
monium premissorum signum meum apposui con-
suetum.

Da perg. orig. Vol. XXI. Raccolta Mantica-Rinaldi

(Dalla pag. 1975 del Codice Diplomatico di Giovanni Brunacci, ms. autog. inedito nella Biblioteca del Seminario Vescovile di Padova).

1387. 13 Settembre Sacile. Patti della dedizione della Terra e Castello di Caneva ai Carraresi.

In christi nomine amen. anno eiusdem nativitatis millesimo trecentesimo octuagesimo septimo. Indictione decima die tertiadecima mensis septembris. Infrascripta pacta et conventiones facta et facte fuerunt inter egregium militem dominum Comitem de Carraria locumtenentem in terra sacili magnificorum et excelsorum dominorum suorum domini Francisci de carraria senioris Padue etc. et domini francisci de Carraria iunioris ex una parte, et circumspectos viros Bertoldum de Toppo quondam Johannis, Benevenutum quondam Petri massarium ~~comunitatis~~ communitatis canipe, dominicum quondam Blasii, Bartholameum quondam masutti, johannem quondam Jacobi et ~~agglium~~ Aylinum quondam Jacobi, omnes habitatores et cives ac districtuales dicte terre canipe nomine et vice comunitatis et hominum dicte terre de canipa ex altera parte.. videlicet – Primo quod homines terre canipe predicte die tertiadecima

dicti mensis septembris libere et expe-
dicte dare debeant introytum terre et ca-
stri canipe ac ipsorum tenutam et liberam
possessionem prefato domino comiti de carra-
ria cum omnibus suis gentibus equestribus
et pedestribus armigeris et inermibus re-
cipienti nomine et vice prefati magnifici
et excelsi domini domini Francisci de carra-
ria Padue etc. recipientis nomine et vice
serenissimi et Reverendissimi in christo
patris et domini domini philippi de Al-
lenconio Cardinalis Patriarche aquilegien-
sis dignissimi. Secundo quod prefatus
magnificus et excelsus dominus dominus
Franciscus de carraria Padue etc. tenebit
conservabit reget et gubernabit ac regi
et gubernari faciet terram et homines
canipenses predictam et predictos secundum
mores et iura et consuetudines suos et
suas antiquos et antiquas. Tertio quod
prefatus magnificus et excelsus dominus
dominus Franciscus de carraria Padue etc.
occasione alicuius offense vel iniurie
factarum predicto Reverendissimo in chri-

sto patri et domino domino philippo
cardinali patriarche vel quod prefatus
dominus cardinalis patriarcha existima=
ret aliquam singularem personam ci=
vem vel incolam terre canipe predicte
curabit cum effectu contra personas vel
bona ipsorum de canipa nullam vin=
dictam fieri debere. Quarto quod pre=
fatus magnificus et excelsus dominus
dominus Franciscus de Carraria Padue
etc. omnem iniuriam et offensam ~~etc.~~ etc. (lig.)
Quinto quod prefatus ~~etc.~~ etc. libere et ex=
pedite ac quiete omnes et cunctos cani=
penses ipsius terre canipe dimittet tene=
re et possidere cuncta et omnia sua iu=
ra bona et actiones reales et personales
etc. Item predictus egregius miles domi=
nus comes de Carraria promittet curare
cum effectu quod magnificus et excelsus
dominus dominus Franciscus de Carraria
Padue etc. aprobabit omnia etc. In cuius
rei testimonium has patentes literas die
predicto suo sigillo roborari iussit etc.
Ceterum dicti Bertoldus et ser Bartho=

tomeus nomine et vice dicte comunitatis ac suis propriis et privatis hominibus — submiserunt ipsi domino paganino procuratori et procuratorio nomine dictorum magnificorum dominorum dominorum Francisci de Carraria patris et Francisci filii carrariesium et ipsis magnificis dominis — se et ipsam comunitatem terramque predictam et castrum canipe etc./. Ego Bandinus de Brazzis notarius. —

Dal Cod. Dipl. Padovano di Giovanni Brunacci MS della Bibl. del Seminario di Padova

Padova 12 Giugno 1890

Eseguita da mano altrui, collazionata e corretta da me e già inserita in estratto nella mia opera Monumenti dell' Univers. di Padova 1318–1405.

Prof. Andrea Gloria

Die 4 Novbris 1387 Ind.: X.ma

In pleno Consilio ad sonum Campane more solito congregato, ubi interfuerunt

Super propositis in d.to Consilio per Nobilem et circumspectum Virum S. Nicolaum S.ri D. Gabrielis explicantem quod Rev.mus D. Patriarca noster Jerosolimitanus rogavitque per Consilium Terre Utini sui amore concederetur gratia, et licentia Andreucio de Villalta possendi ire ad quelibet loca Patrie et Italij amicorum nostrorum ad peragendum facta sua, usque ad unum competentem terminum sub fide et securitate aliis in simili gratia sibi facta per eum exibitis et prestitis

Deliberatum fuit quod ob intuitum, et reverentiam dicti Dni nostri Patriarche fiat gratia, et concedatur licentia ipsi Andreucio eundi in Patriam ad quelibet amicorum, et colligatorum nostrorum loca, ad providendum super factis suis, et hoc usque ad primam Dominicam quadragesime proximam venturam.

L. S.

Antescriptum Decretum ex libro actorum consiliariorum Civitatis Utini aliena manu descriptum Jo: Dominus Solamonius Cancellarius Mag.ce Comunitatis Utini sup.ti, et sig.to

L. S

Ex Process. signato G in off.o Canc.rie Mag.ce Civitatis Utini existente
Hevardus Puncanus Cancellarius
Die 13 Jan. 1739

Die 20. Decembris 1367. Indictione
Decima

In pleno Consilio ad sonum Campane more solito congregato, in quo quidem Consilio interfuerunt circumspecti Viri Dnus Antonius de Vincentia Capitaneus &c.

Concessio Salvi Conductus 6

Super propositis per Dominos Deputatos, quod nuper acceperant litteras ab excelso, et Illustrissimo Domino Dno Comite Virtutum continentes, quod quibusdam Ambasiatoribus, quos mittebat ad Serenissimum Regem Romanorum fierent litterę salvi conductus, quod possent libere transire.

Deliberatum fuit quod predictis Ambasiatoribus ob reverentiam tanti Domini fiat Generalis Salvus Conductus, et eisdem omnes honores impendere, et alia, quę honori eorum conveniant, ut in reversione eorum predicto Domino Comiti Virtutum ex parte Communitatis relationem bonam facere possint.

L. S.

Ex Voluminibus Magnificę Civitatis Utini Gerardus Ornianus Cancellarius. Die 10. Novembris 1740.

1389

Die martis . 19. Januarii

Actum Utini super magna sala Domus Comunis

In Pleno Consilio ad sonum Campanæ more solito congregato - omissis/

Nota quod in Consilio Civitatis Austriæ denominatur Ægidius q.m Magistri Joannis ||

Et quod recepta licentia à dicto Dño nrō præfati Dñi Prior, et Marquardus ascenderunt in Domum Communis dictæ Terræ Civitatis Austriæ causa conferendi super prædictis cum ipsis Ambasciatoribus nostris et non nullis de Consilio dictæ Terræ, ubi sic congregatis dictis Dñis Priore et Marquardo, ac ipsis Ambasciatoribus nrīs, et Conrado Bojani, Ægidio q. Magistri Joannis, Joanne Antonio Adam de Furmentinis, et non nullis aliis de ipsa Terra Civitatis Austriæ &

omissis

Ex Annalibus M.cæ Civitatis Utini
Ferandus Ovrianus Cancell.s
Die 4. Oct. 1740

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

1389.

Die Martis 19. Januarij

Actum Utini super magna Sala Domus Communis

In Pleno Consilio ad sonum Campane more solito congregato — Omissis

Et quod recepta licentia a dicto Dño nostro prefati Domini Prior, et Marquardus ascenderunt in Domum Communis dicte Terre Civitatis Austrie causâ conferendi super predictis cum ipsis Ambasciatoribus nostris, et nonnullis de Consilio dicte Terre, ubi sic congregatis dictis Dñis Priore, et Marquardo, ac ipsis Ambasciatoribus nostris, et Conrado Bojani, Egidio q. Magistri Joannis, Joanne Antonio Adam de Furmentinis, et nonnullis alijs de ipsa Terra Civitatis Austrie

Nota quod In Consilio Civitatis Austrie denominatur Egidius q. Magistri Joannis

Omissis

Ex Annalibus Magnifice Civitatis Utini Ferandus Omianus Cancellarius Die 4. Octobris 1740.

L.S.

dam Capitula nostra eidem egregio militi

XIII
16

Codice Diplomatico Bojani
e Raccolta Fabrizj T. II pag. 90-91

1389. Lettera della Compagnia Inglese di S.
28 agosto. Giorgio che offre il suo servizio al Padre
Filippo d' alençon.

Nobilissime Princeps et Reverendissime Pater
Philippe.
ad nostram audientiam devenit quod aliqui
vestri rebelles intendunt guerram contra
V.ram P.rem movere, unde nos anglici ex affe=
ctione naturali inducti desiderantes ves=
trum statum et honorem salvare, ex
ex unanimi consensu requisivimus stre=
nuum militem D. Robertum de Falcono(?)
virum consensu anglicorum de Comoru(?)
Illustris Regine nostri anglie existentem, qui
de nostra intentione apud V. P. et domi=
nationem informari quatenus pro parte
nostra ex voluntate omnium armorum
anglicorum, et arbitrari de brigata S. Georgij
in Marchia per totum mensem septem=
bris moram habentem cui inducendis
predicto fidem indubitatam dignam adhi=
bere, quia sumus veterorum anglici, de
quibus sunt ducenti armigeri, et sexaginta
parati venire ad vestrum servitium
dummodo cum dicto Domino Roberto
militi concordavent vestra Paternitas secun=
dum Capitula nostra eidem egregio militi

tradita. Et supra vestra concordia nobis
voluistis scribere sub sigillo vestro pacta et
conventiones per nostrum dictum militem
pro nostra parte cum vestra Paternitate
pertractandas. Ratum et gratum habentes
quidquid dictus noster miles nobilis pertrac-
taverit, promittentes fideliter adimplere
promissa per eundem; unde vestra Do:
minatione requirimus et humiliter depre-
camur ut ipsum militem qui pericula non
non modica tollerabit in servitio nostro
ad beneplacitum vestre dominationis
dignum habeat recommendatum nostro amore
pariter et honore

Datum sub nostris signatis consuetis 28 die
augusti in campo nostro ad Serram jux-
ta Fabricam in Marchia

Anglici Constabiles	Johannes Armesvorg miles Johan. Barry Robertus Loc Rogerus Syabere Paco Sloyneker	In Conventu S. Georgii in Marchia

Ab extra - Magnifico et metuendo Principi
ac Reverendissimo Patri ac Domino Domino
Patriarcha de Aquileja nostro Domino gra-
tiosissimo, humiliter presentatur ex parte
anglicorum Societatis

389 22 ott.

Anno Domini 1389 Ind.e 7.ma die 22 mensis Octobris

Actum in Villa Buiæ super Platea S.ti Stephani Presentibus Andrea qm Antonij Potij de Venzono, Paulo, et Thoma dicto Thomasa predictis, et Antonio Mattiussi de Susano habitantibus Buiæ, Magis.o Jacobo Danielis filio Calligaro de Spegnimbergo, et alijs.

Ibique constitutus Nob: ꝯ Jacobus de Gozonea Vice Castaldio Buiæ pro Nob: et Egregio Milite Domino Vencislao de Spegnimbergo eiusdem Loci Honorabili Capitaneo coram Comutio dal Cont de Arambons, et ꝯ Nicolao qm Thomasi de dicta Villa Buiæ Decanis, et Iuratis eiusdem Villæ, procedens ex debito sui Offitij allegavit quod cum ad sui notitiam foret deductum, quod Nicolaus qm Dominici Leonardini de Arteneo olim Buiæ Habitator fuisset culpabilis mortis olim Leonardi filij Bittinni de dicta Villa Buiæ, et ipsum Nicolaum penes se tenent, intendens facere quod ius expostularet cont.a ipsum, quare petiit antedictos iuratos ut per sententiam deberent definire, utrum loco sui possit deputare unum Iudicem coram quo executionem faciat in premissis cont.a dictum Nicolaum. Sententiatum fuit per dictos iuratos, quod ratio et ius exposit ut unum iudicem loco sui deputet, et eligat, prout ibidem

elegit, et deputavit Parisium qm Leonardi dicti Enotij de Uels habitantem Buie, et per senten tiam fuit definitum ipsum in premissis fore pe[illegible] et sufficientem coram quo Parisio Iudice per sententiam ut supra deputato, et iuratis predictis citato ad declarationem ipsorum, et omnium adstantium dictus q Iacobus procedens ex debito sui Offitij alle gavit se cum iuris ordine procedere velle contra dictum Nicolaum qm Dominici de Arthenea olim habitatorem Buie occasione mortis dicti qm Leonar di, de qua infamatus erat, et idem Nicolaus nolens in dicta infamia persistere postquam nemo contra ipsum conquerebatur, intendebat instare, quod cum iuris ordine absolveretur. Super quibus petente dicto Parisio Iudice ut supra deputato sententiatum fuit per dictos Iuratos, quod quia dictus ser Iacobus intendebat procedere contra dictum Nicolaum occasione mortis dicti qm Leo nardi et idem Nicolaus ab huiusmodi infam[ia] intendebat liberari offerendo se paritur[um] iuri de termino in termino ad consuetud[inem] Dominij Buie cum licet eiusdem ser Iacobi Vice Castaldionis deberent limitari quatuor termini unicuique ultra quin cim dies, intra quos, siquis vellet accusare seu pro
ce[...]

cedere contra ipsum Nicolaum occasione mortis
dicti qm Leonardi, comparere deberet ad o... sandum
et procedendum contra eundem Nicolaum, et hoc
per cridam fiendam super Platea Buje in locis delti-
tis, et consuetis, et quod primus terminus limitetur
a dia crastina ad xv. dies inter nonam, et vesperas super
Platea Sancti Floreani, cuius sententiæ vigore prefactus
Judex electus ut supra, in Nuntium, et pro Nuntio dedit
dicto D.o V.e Gastaldioni, et ipse Dominus V.e Gastaldio
elegit Nicolaum dictum Trifolinum preconem Com-
munis Buje ibidem presentem
Qui Nicolaus preco ibidem sic instanti audientibus dictis
Domino Vice Gastaldione Judice, Juratis, et Testibus
predictis proclamavit, et cridavit alta voce juxta
sententiam supra latam ~~in omnibus, et~~
~~per omnia~~

Cinedtp

In Cristi Nomine Amen.

Anno Nativitatis eiusdem millesimo, trigentesimo octuage=
1389. 14 junij simo nono Ind.te XII. Die vero quarta decima mensis Junij,
Actum Utini, Aquilegien. Dioc. in Castro Patriali ac Curia
investit. ipsius Castri, presentibus nobb: et Egregijs Viris q.r
Andreae q. Nicolai Vorlicho de Castello q.r Federico de Savorgnano in
de Prampergo Madrisio habitans q. Petro de Attemps q.r Stephano
Sbrugl. de Cormono et q.r Franceschino de Aviano
Testibus, et alijs in multitudine Constitutus in
presentia R.mi in Christo Patris et Dni Dni
Joannes Dei gratia Sancte Sedis Aquilejensis dig.mi
Patria Nob: Vir q.r Andreas quondam Dni Nicolai
de Prampergo eidem Dno Patria pro se et omni=
bus Consortibus de Domo Sua humilius Supplica=
vit ut ipsum per se et illis de Domo Sua de
Prampergo de bonis phgudalibus infrascriptis que
ipse et ille de Domo Sua ab antiquo a precessoribus
ipsius Dni Patria et Sua Aquilegien Ecclesia habue=
runt et recognoverunt investire benignius et gratiosius
dignaretur, Prefatus namque Dnus Patria Suppli=
cationi eiusdem q.r Andrea tanquam in hac presenti
Insta et rationabili inclinatus eundem q.r ~~Andrea~~
q.r Andrea coram eo flexis genibus existentem, et

pro

pro se et dictis suis Consortibus de Domo sua et
ipsorum heredibus recipientem de Bonis Pheudalibus
hujusmodi qua ipse et dicti de Domo sua et proge-
tores ipsorum dictus a Dñis Patriis et Aquilegien
Eccliæ recognoverunt et possiderunt per se, Suosque
Successores et vice et nomine dictæ Suæ Aquilegien Ec-
per fimbriam sua Tunicæ plenarie investivit Salvo
Semper Jure suo, Suæ Aquilegien Eccliæ et alterius
cujuscumque nunc tunc q.m Andreas pro se et dicti
de Domo sua in manibus pref.ti Dñi Patria fide-
tatis debitum prestitit Juramentum quod quilibet fide
Vassallus Domino suo prestare in talibus consuevit
Bona quidem pheudalia de quibus supra fit mentio
Sunt hec videlicet
Castrum de Prampergo cum bonis omnibus que h[...]
circa Prampergum et in Villa Artenea ejusque per-
nentijs Castrum de Ravistajn cum Bonis omnibus et
Juribus et jurisdictionibus in Montanario et circa ipsum
Castrum et Contasium sive jus Contasij in strata Cl[...]
cum Bonis garrito galoijsto Juribus et Jurisdictionibus
omnibus villæ et strate Clusæ predictæ nec non m[...]
et Bona omnia habent in Villa de Lastiza Sal[...]
Semp[...]

semper alijs Bonis pheudalibus, si quæ reperirentur eos tenere et possidere ab Aquilejensi Ecclesia, ut superius est expressum

Et ego Joannes quondam Domini Odorici de Susannis de Utino Pub.cus Imperiali Autoritate nostræ ex speciali commissione mihi facta per Rmum DD. Patriam præd.um ff. ut in abbreviaturis et notis dicti patris mei adinveni nihil addendo vel minuendo, quod sensum mutet vel variet intellectum presens Instrumentum scripsi et pubblicavi ac in hanc pubblicam formam reddegi meis hic signo et nomine appositis consuetis in fidem, et testimonium Præmissorum

Leonardi dicti Suirgin de Buja sententia absolutionis

1389 20 Nov. Anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono inditione duodecima
die Sabbati vigesimo mensis Novembris actum in Villa Buje super
platea Sancti Floriani presentibus Martino filio Candidi de Supramonte
Sumasco filio Suvii ambobus de Villa Buje, Odorico Sartore q.m
Mattiussi de Artenea Leonardo q.m Nicolai de Ragonea, Nicolao dicto
Chau q.m Antonii de Castronovo omnibus habitantibus Buje testibus et aliis
ibidem vocatis et rogatis. Ibique coram provido Leonardo de
Selarges habitatore in Buja laudo et sententia mediantibus ut de ipsas
sententia confecta manu mei Henrici Notarii infrascripti posito loco nobilis
viri Jacobi de Ragonea q.m nobilis dni de Ragonea honorabilis Vicecapitanii dicti
loci Buje pro nobili egregioque milite dno Venzeslao de Spegnibergo
dicti loci Capitaneo pro Reverendissimo in Xto Patre et dno dno
Joanne dei gratia sancte sedis Aquilejensis ecclesie Patriarcha dignissimo
ad ipsius Jacobi Vicecapitanei instantiam super infrascriptis, ex
debito sui procedentis officii constituto prefato Jacobo
Vicecapitanio ex suo ut dictum est procedente officio una ex parte
agente et instantia proponente, Leonardo dicto Suirgin q.m
Durij de Oropio habitatore Buje ex altera respondente, et se defendente
ipse Jacobus ut supra ex officio suo proponens quod ad eius
fuerat notitiam deductum ut dixit cum informatione prehabita quemdam
Marquardum olim Nicolai Chagnis de Buja filium diem vite sue extremum
conclusisse, et hoc mediante culpa dicti Leonardi per ictum unius saggitte
dum ipse una cum Vriano de Buja, et nonnullis aliis suis sociis saggitare vellet
ad signum unum ludendo ..., et per hoc idem Leonardus de huiusmodi
morte dicti Marquardi reddit se consortem et culpabilem seu participem.
Ex quo eundem citari fecerat secundum laudabilem consuetudinem
Patrie Fori julii ut compareret super predictis morte et homicidio suam excusationem
facere, nec non per eundem quatuor locis et plateis dicte Ville Buje
si qua persona vel propinqui dicti Marquardi defuncti instare vellent aliquid
querele de dicta nece similiter comparere deberent. Unde cum die hodierna et hora
sit quartus terminus assignatus eidem Leonardo dixit ipsum non velle
negare, quod cum fuerit dicti homicidii et huiusmodi mortis particeps contra
quem idem Leonardus allegando respondit verum esse quod citatus est et hodie pro
quarto termino, sed quia in primo termino assignato eidem volens
ut persona insons et sine culpa parere mandatis curie com:
paruit, ubi ante factis prelibitis allegationibus tam per ipsum dnum Vicecapitanium quam per ipsum Leonardum petentem et instantem infrascriptis
finaliter obtinuit advocatum unum, deinde relaxari debere per ido:
neam et apparentem securitatem quam idem prestitit juxta sententiam
discretionem nec non quod eidem antedictus dnus Vicecapitanius in
terminis vacationis quousque ultra XV dies, et quarto de gratia di:
cere tenebatur ut in talibus moris est in patria Fori julii observari
et hoc pluribus consideratis rationibus tum quia sponte comparuit

in fortia dicti dñi vicecapitanei tunc quia in nullo homicidio
vel alio maleficio erat deprehensus, ac etiam quod nullus instat alius
querelans si qua fuit contra ipsum perpetrata, nec non quia famae pu-
ra laborat ipsum ad huiusmodi mortis facinore esse insontem et propter
culpam de quo procedentibus dictis terminis rationalibus datis et assigna-
tis alegavit petens sibi declarationem cuiusmodi actus fecit contra per-
sonam dicti q. Marquardi propter propter ipsum Leonardum predictam mor-
tem potuit subire; et in quo loco et quibus presentibus sed tamen per-
novit cui cuncta constant aperta, quod de huiusmodi morte et homi-
cidio est sine culpa et penitus inculpabilis eo quod nulla fuerit cau-
lesionis afferre in personam dicti q. Marquardi cum ut notorium
est quando mortuus fuit ut saggitabat nec penes eum quando sagittabat
tunc erat spatio unius passus et se amare condolere de ipsius mor-
te; quibus quidem sic factis alegationibus ad instantiam ipsarum
partium petente antedicto judice per juratos dictae Villae videlicet
... Vachan de Doramont et Nicolaum q. Spone extitit sententiam
quod dictus dñus vicecap.s tenebatur declarare cuiusmodi actus
retulit et lexionem in personam ipsius soli Marquardi ipse sepe
dictus Leonardus ex quibus potuisset letalem percipere dispend-
et hanc tali facta declaratione maturius predicta poterit pro-
quod sic lata sententia, et eidem volens parere idem dñus Vicecap-
pitanius respondit quod satis et diligenti facta inquisitione super predictis
in dicta Villa Buje et alibi ubi verius credidit veritatem huiusmodi
mortis reperiri et reperit Unarum q.m Blasij de villa Buje huius
mortis et homicidij in Persona olim Marquardi defuncti fuisse patrato-
maleficum, atque culpabilem et causam ipsius mortis in ipsum Leonardum
alios investigata informatione pleniorum dictum est et si-
per consequens nullam poterit reperire .... contra ipsum
Leonardum. Super quibus sic perlatis antedictus Leonardus in-
tabat ipsi dño judici ut sententialiter definiri deberet a circumstan-
tibus se perpetualiter tanquam personam inhorens et penitus
sine culpa a predictis morte et homicidio, et hoc causis
et rationibus superius alegatis debebat absolui atque liberari
et factis demum hinc inde multimodis allegationibus petente jam
dicto judice a dictis juratis definiri quid inde juris e-
super propositis et alegatis per dictos juratos concorditer ipsorum
altero non discrepante extitit sententiatum quod primo et an-
omnia constare debebat de terminis rationalibus datis et
assignatis ad instantiam ipsius dñi Vicecapitanei ex suo

= facere declarationem, et potis= / ssime, quia nullus instat querela / nelg ... facte contra / ipsum Leonardum t

procedente officio ut supradictum est. ac etiam de proclamationibus factis, quod si quis instare intenderet aliqui querele contra ipsum Leonardum, quod similiter comparere deberet ad quam faciendam fidem ibidem produxit Nicolaum dictum Eissoliner filium Mattiassij Eissoni preconem juratum comunitatis Buje, dictum more officij referentem quod ipse de mandato dicti dni Vicecapitanei, et ad eius instantiam procedentem ut supra in villa Buje super quatuor plateis eiusdem ville videlicet super plateam sancti Stephani, sancte Marie, Bayarzuti, et sancti Floriani alta voce preconizavit et proclamavit qualiter ante dictus Leonardus ad citatam prefixam diem et elapsam ultra 15 — dies comparere deberet coram dicto dno judice loco Vicecapit. posito per sententiam faciendam suam excusationem de morte dicti olim Marquardi. Alioquin quod procederet contra eum ut justitia suaderet et gradatim sic alios tres terminos videlicet secundum tertium et quartum hodiernum sibi modo per sententiam assignavit et mandavit in dictis locis ac etiam retulit ve dictis die et horas proclamasse in dictis locis de mandato ipsius Vicecapitanei quod si aliquas persona propinqua vel affinis vel aliena ipsius olim Marquardi proponere vellet aliquam querelam et eandem instare vellet quod comparere deberet, similimodo diebus et horis coram dicto judice alioquin procederet contra ipsum Leonardum ut justitia suaderet. Quibus sic factis relationibus petente dicto judice quod ulterius inde esset juris per dictos Venutum et Nicolaum juratos comuniter et concorditer fuit sententiatum quod primo plenaria fides fuerit facta de dictis terminis legitimis et racionabilibus datis et assignatis virtute dictorum relationum, et ultra quod consideratis allegationibus supra facti et juribus propositis et innocentia ipsius Leonardi publica voce et fama immaculata ac dictis terminis datis factis nec non inquisitione facta contra dictum varium culpabilem, et cessatione querelarum pervenientium contra ipsum propositorum et positorum, quod ipse Conradus perpetuis temporibus a predictis rato accusatione si qua fuit defamatione et querelis tanquam persona innocens insons et penitus sine culpa talis homicidii et mortis ipsius olim Marquardi defuncti debere et remanere ex nunc absolutus et immaculatus et efficaciter liberatus aliquibus in contrarium non obstantibus. Ita et taliter quod de cetero ire stare, habitare et redire valeat atque possit per totum districtum ipsius Castaldiae Buje et alibi ubi maluerit predictorum occasione non obstantibus tanquam persona de dicto homicidio immaculata et penitus sine culpa

et quemadmodum ante huiusmodi defamationem fuerat consueverit aliquibus
statutis ordinationibus vel reformationibus nec non querelis factis vel
in posterum fiendis per quasvis personas, et quocumque censeantur nomine non
obstantibus cassantes et annulantes omnes et singulas querelas factas
hucusque et fiendas per quasvis personas ut supra dictum est.
Qua sic lata sententia et ipsius vigore prefatus dominus Vicecapita-
nius eundem Leonardum perpetuo absolvit, et a predictis plenarie
liberavit. de quibus omnibus rogatus fui ut inde publicum confice-
rem instrumentum.

Anno Domini 1389. Ind. 7ma Die 5to mensis Xmbris

1389 5 Decem. Actum in Villa Briq in contrata de sora mont in curia
domus habitationis Veneti Vacan. Presentibus
provido Viro ser Giorgio qm ser Franceschini della
Villa de Glemona, Variursio qm Perinculi de Zueb
habitatore Briq, Simone dicto Simoniti qm Nico-
lai Fabri, Sirio qm Bernardi, Juliano qm Harma-
ni, Johanne, et Henrico fratribus qm Nicolussij
omnibus de Villa Briq, et alijs &

Ibique coram Veneto Vacan, et Leonardo Eelman predicto,
Loco Nicolai qm Thoroni Jurati Ville Briq con-
stitutus in Juditio providus Vir ser Jacobus
dictus Arus de Ragonea Vice Capitaneus Briq
pro Nobili Viro, ac Egregio Milite Dno Vencis-
lao de Spegnimbergo ejusdem Loci Honorabili Ca-
pitaneo procedens ex debito sui Offitij proposuit
quod cum ad sui notitiam cum informatione pre-
habita fuisset deductum qualiter Nicolaus filius
Erintij de Peglonis tempore Hyeme proxime prete-
rite, et multoties de nocte furtive eundo venerat
in dictam Villam de Peglonis et dicendo vocife-
rando dicebat, et exclamabat rapite fugam
quia inimici veniunt, et tunc homines, et mu-
lieres hi qui erant in ipsa Villa rapiebant
fugam, et ipse Nicolaus eo instanti accipie-

bat, et accepit vitulos, gallinas, et plures alias res propter quod erat dignus pati penam in Per:sona. Quibus auditis prefatus Nicolaus respon:dit quod alias dictus ser Iacobus V. Capitaneus alio modo ~~processerat~~ contra ipsum Nicolaum dicendo quod de predictis esset sup.a accusatus propter quod limitatus fuit scilicet primo unus tnus in quo produ:cere deberet accusationem, deinde ~~[illegible]~~ in tno supra limitato, nec intra ipsum tnum non produxisse accusationem, nec processisse, deinde fuisse ipsi q Iacobo alius unus tnus assignatus ad probandum predicta, que di:cebat c.a ipsum Nicolaum negantem, et hodie ou presenti tnus idem sit ideo super dicto tno deberet procedi, et non aliter, nec ad alium actum. Ad que dictus q Iacobus respondit dicens se diligentem fecisse inquisitionem de premissis c.a dictum Nicolaum, et hu:iusque non potuisse invenisse accusatorem contra ipsum accusaret, quia tergiversabat, et desinebat ab accusatione, sed cum omni diligentia facta per ipsum ut sup.a inquisitum volendo ex debito sui offitii contra ipsum Nicolaum procedere premissorum occasione non potuit quoque ~~talem~~ reperire qui ipsum Nicolaum viderit talia perpetrare, de quibus ut sup.a procedebat cont.a ipsum, et per consequens credebat ipsum Nicolaum de huiusmodi delicto fuisse indebite infamatum, sive accusatum, et non habebat

per tum

per hunc modum aliquem cont.a ipsum Nicolaum per
quem propterea quem posse presumi et ipsum de
predictis fore culpabilem, quia hic facta allegatione
predictus Nicolaus rogavit predictum ser Jacobum
Vice Capitaneum ut postquam fuerint indebite rata-
rum, seu accusantes sedendo ad juditium peteret
sententialiter deffiniri a predictis Juratis utrum
a predictis ratatis, accusatis maleficio, et culpa,
scilicet ut supra positis perpetualiter deberet
absolvi, et totaliter liberari personaliter, et rea-
liter tamquam Persona innocens, et penitus sine
culpa de predictis: super quibus petente ipso ser
Jacobo V.e Capitaneo sententiari quid iuris ut moris
est in premissis, sententiatum fuit per dictos Juratos
communiter, et concorditer quod idem Nicolaus perpe-
tuis temporibus a predictis rata, et accusatione,
si qua fuit defamatione, et querelis tamquam Perso-
na innocens, et penitus sine culpa dictorum spoliorum
aliis factorum seu rapinarum modo predicto, ut
asserebat factarum deberet remanere absolu-
tus, et efficaciter liberatus in predictis actibus, Pro-
cessibus et inquisitionibus cont.a ipsum factis ali-
quibus in contrario non obstantibus, ita, et taliter,
quod de cetero ire, stare, et redire valeat per
totum Districtum ipsius Castaldie Bujae non obstantibus

aliquibus contrarientibus tamquam Persona de huius
modi maleficio insons, et quemadmodum ante huius
modi deffinitionem facere conuenit aliquibus sta
tutis, constitutionibus, reformationibus, necnon
querelis factis, vel impostarum fiendis, per quasuis
Personas, et quocumque [illegible] nomine non
obstantibus, cassantes, et annulantes eas, et singulas
querelas factas hucusque, et fiendas per quas-
uis personas, ut supra dictum est. Qua sic lata
sententia, et ipsius uigore praefactus Dominus
Vl. Capitaneus eundem Nicolaum perpetuo absol-
uit, et a praedictis plenarie liberauit.

1389, 5 Dec. Buja.

Nicolai de Peglonis sententia absolutionis

Anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono Inditione duodecima die quinta Mensis Decembris actum in Villa Buje in Contrata de Sovamont in Curia domus habitationis Venuti Vachan presentibus provido viro ser Georgio q.m ser Francisci de la Villa de Clemona Mattiussio q.m Prinzoli de Mels habit. Buje Simone dicto Simoniti q.m Miculi Fabri, Sirvio q.m Bernardi, Juliano q.m Armani Joanne et Henrico fratribus q.m Niculassi omnibus de Villa Buje, et aliis.

Ibique coram Venuto Vachan, et Leonardo Gelman posito loco Nicolai q.m Tosoni juratis Ville Buje, constitutus in judicio providus vir ser Jacobus dictus aus de Ragonea Vicecapitaneus Buje pro nobili viro ac egregio milite domino Vençeslao de Spegninbergo eius loci honorabili capitanio procedens ex debito sui officii proposuit, quod cum ad sui notitiam cum informatione prehabita fuisse deductum qualiter Nicolaus filius Sviveri de Peglonis tempore hyeme proxime preterite multoties de nocte furtive eundo venerat in dictam Villam de Peglonis et vociferando dicebat et exclamabat rapite fugam quia inimici veniunt, et tunc homines et mulieres si qui erant in ipsa Villa rapiebant fugam, et ipse Nicolaus eo instanti accipiebat et accepit vitulos, gallinas, et plures alias res propter quod erat dignus pati penam in persona. Quibus auditis prefatus Nicolaus respondit quod alias dictus ser Jacobus Vicecapitanius alio modo processerat contra ipsum Nicolaum dicendo quod de predictis esset sibi accusatus propter quod limitatus fuit sibi primo unus terminus intra quem producere deberet accusatorem. Deinde dum in termino sibi limitato nec intra ipsum terminum produxisset accusatorem nec processisset, deinde fuisset ipsi ser Jacobo alius unus terminus assignatus ad probandum predicta que dicebat contra ipsum Nicolaum negantem et hodie novas presenti terminus idem sit, ideo super dicto termino deberet procedi, et non aliter, nec ad alium actum. Ad que dictus ser Jacobus respondit [illegible] se diligentem fecisse inquisitionem in premissis contra dictum Nicolaum, et hucusque non potuisse invenisse accusatorem, qui ipsum accusavit, quia tergiversabat, et desinebat ab accusatione sibi cum omni diligentia facta per ipsum ut supra inquisitus volendo ex debito sui officii contra ipsum Nicolaum procedere premissorum occasione non potuit quemquam testem reperire, qui ipsum Nicolaum viderit talia perpetrare de quibus ut supra procedebat contra ipsum, et per consequens credebat ipsum Nicolaum de huiusmodi delictis fuisse indebite infamatum sive accusatum, et non habebat per hunc modum aliquem

contra ipsum Nicolaum propter quod posset presumi ipsum de predict.
fore culpabilem. Qua sic facta Allegatione predictus Nicolaus rogau
predictum & jacobum Vicecapitanium, ut postquam fuerat indebite
ratatus seu accusatus sedendo ad judicium petierit sententialite
definiri a predictis Juratis utrum a predictis rat. accusat. mal
ficio et culpa sibi ut supra posita perpetualiter deberet absolu
et totaliter liberari personaliter, et realiter tanquam persona innoce
et penitus sine culpa de predictis; Super quibus petente ipso & jaco
Vicecapitanio sententiarum quid juris ut moris e in premissis senten
tiatum fuit per dictos juratos communiter et concorditer, quod ide
Nicolaus perpetuis temporibus a predict. ratis et accusatione si
qua fuit defamatione, et querelis tanquam persona innocens, et pe
nitus sine culpa dictorum spoliorum alias furtorum, seu rapinaru
modo predicto ut asserebat factarum debere et remanere absolu
tum, immaculatum, et efficaciter liberatum inspectis actibus proces
bus, et inquisitionibus contra ipsum factis aliquibus in contrarium
non obstantibus ita et taliter, quod de cetero restare, et redire ua
leat atq. possit per totum districtum ipsius Gastaldie Buje non
obstantibus aliquibus contrarietatibus tanquam pena de huiusmod
malefitio insons, et quemadmodum ante huiusmodi defamation
facere consueuit aliquibus statutis constitutionibus reformatio
nibus nec non querelis factis uel imposterum fiendis per quasu
personas, et quocumque censeantur nomine non obstantibus ca
santes, et annulantes omnes et singulas querelas factas hucusq
et fiendas pro quasuis personas ut supra dictum est. Qua sic
lata sententia et ipsius rigore prefatus Dominus Vicecapitan
eundem Nicolaum perpetuo absoluit et a predictis plenarie
liberauit.

10 26 genn.

In Christi nõe Amen. Anno Nativitatis ejusdẽ Dñi nri Millo trecentesimo nonagesimo pñde tertia decima die 26. Mensis Januarij. Actum Civitat Austrie in Camera Patriarchalis Palatij Civitatens, presentibus Nobilibus ac providis viris ser Nicolao de Portis, ser Corado Boyano, ser Urino de Canussio, ser Joanne Antonio Urussio de Civitate Austrie, Laurentio Argafi de Urino Not. Leonardo Not. de Montegnaco testibus et alijs pluribus vocatis et rogatis. Ibique prudens vir Dnus Sanctus de Peregrinis Vicarius in temporalibus infrattis Dñi Patris ac Comissarius deputatus ut infra coram Rdo. in Christo Patre et Dño nro Dño Johanne Dei gra S. Sedis Aptt Patria Agnitt. in presentia partium infrascriptarum requirentium verbalis ut infra oretenus, et in scriptis ut infra infratta relatione fecit et causas exclusit in scriptis ipsi Dño Patri Qui Dnus Patria audita, lecta, et intellecta, ac accepta relatione pred.ta in scriptis, mandavit ipsis infrattis partibus die hodierna ad octavam ad comparendum coram eo in Civitate Austria in d.to Palatio Patriarch. ad audiendum ejus deliberationem super infrattis et ulterius procedendum.

Tenor relationis ut infra.

Serenissime Princeps, et Reverendissime Dñe. Ego P. Sanctus de Peregrinis Vester in temporalibus Vic.s gnlis ex comissione mihi facta super differentijs ortis inter Pizulum ser Sandri de Tumeto, et Vicardinum Pilutti nomine . . . Uxoris sue filie olim ser Jacumbelli de Luinis super bonis olim dicti ser Jacumbelli relatione facio dominationi vestre Visis et examinatis dictis testium productorum hinc inde, et alijs juribus et instrumentis hinc inde productis, Visis etiam Quaternis et registris Cancelarie et Camere vestre. Et primo refero quod in bonis olim dicti ser Jacumbelli reperiuntur decime, et alia bona immobilia, videlicet Mansi, Campi, Prata, et similia per testes. Item quod Pizulus predictus est investitus per vestram Dominationem solum de decimis predictis. Item qd reperio per duas partes et ultra testium productorum per utramque partem quod omnes ipse decime sunt feudum Cavalerie Ecclesie Vestre Aquilegensis, et qd in tali feudo debent succedere masculi et non femine et sic testificantur esse servatum apud eos, et esse comunem opinionem Et aliqui ex eis dicunt se vidisse casum de facto et masculos obtinuisse quamvis femine essent propinquiores defuncto, quibus masculis deficientibus dicunt feudum tale reverti et devolvi ad Mensam, et dispositionem

Vestre

Vestræ Paternitatis. Super alijs bonis dicti olim q. Jacumbelli ultra decimas prædictas, testes hinc inde producti non deponunt an sint feuda vel propria salvo qd quidam Blasius productus per Dichulud deposuit quod Montes ubi fit Caseus sunt feuda generaliter loquendo in Contrata illa de Cavre. Item Leonardus testis productus per Dichulud deposuit similiter, quod unus Campus in Tobella penes Stephanum Valentini, et unus Campus penes domum dicti q. Jacumbelli, et unus Bonchus a latere superiori domus sta Aniossij sunt feuda. Item refero, qd ex instrumentis productis per Vicardum apparet qd Mons, qui vocatur Vallisiferus est Sivellum librarum centum quinquaginta casei dandarum singulis annis illi a quo dictus Mons fuit emptus, et Mansus in Canali de Porto in Villa Scillet est proprium, et similiter Mansus in Villa de Liavye et duo mansi in Canali de Porto in Villa de Valpageto reperio etiam multa bona esse investita per Prædecessores dominationis Vestræ mis de domo illorum de Quincij ut in quaternis Canipæ apparet. Unde concludendo mihi videtur quod ultra decimas, bona quæ sunt vel fuerunt dicti olim q. Jacumbelli, et ex dictis quaternis apparet esse feudalia, devoluta sint ad Dominationem vestram si nullus masculus superest ex propinquis dicti q. Jacumbelli. Et quia de ipsis Dichulud non est investitus, Vestra dominatio de illis disponere potest ut placet.

Et ego Johannes Fallterius de Spegnemberg publ. Imperiali auctoritate Notus et prefati dni Vestri Cancellarius et Scriba, prædictis omnib. et singulis presens fui, et rogatus scribere fideliter scripsi et publicavi, meis signo et nomine consuetis appositis in fidem et testimonium præmissorum.

Præmissum Documentum ex proemio Notiliæ de Castello aliena manu eductum subscripsit in fidem Joannes Baptista Toninus S.i P.i Ap.ci Brixi Aud.

Die 24 Xbris 1742

Capitula
contra
Patriarcham Joannem de Moraviam
pro Defensione
1390.

I. Quod Utinenses fecerunt maximum festum et gaudium de creatione ipsius Domini Patriarchae, sperantes ipsum esse bonum et justum Dominum et Pastorem Aquilejensis Ecclesiae, mittentes per ipsos plures Ambasiatores suos cum magnis sumptibus.

II. Quod in ejus adventu, antequam ad terram Utini perveniret, procuravit omni posse sibi terras Patriae tyrannice subjugare, intrando velut rapax et famelicus Lupus, et specialiter consuetum a diuturno tempore Secretum Consilium Deputatorum terrae Utini, salutiferum pro Ecclesia Aquilejensi et tota Patria, removere procuravit cum maximis minis et terroribus, dicendo se nunquam ingressurum terram illam nisi illud Consilium ex toto aboleretur: quod Utinenses, sicut fidelissimi puro animo sibi consenserunt, licet inviti, videntes id cedere ad destructionem specialiter terrae Utini, quod factorum subsequentium experientia lucide demonstravit.

III. Quod post ejus ingressum in terram Utini, receptus cum magnis honoribus et muneribus, ipse totum Regimen Consiliumque Magnum voluit etiam removere, ponendo duodecim suos Artistas totius terrae Rectores, sibi sive juste sive injuste

præcipienti totaliter et ad plenum obedientes; sicque sub illorum prætextu rigore tyrannico totam Patriam et specialiter Terram Utini acriter conquassabat, sublevando malos et opprimendo bonos, et specialiter exaltando Rebelles Aquilejensis Ecclesiæ, qui institerunt Domino Francisco de Carraria ut hanc Patriam suæ tyrannicæ submitteret servituti, et quosdam alios Rebelles olim per Utinenses expulsos a Terra; ab ipso Patriarcha in suo introitu in dictam Terram, in bonorum omnium perniciem et despectum, sine omni justitia et sententia introductos.

IV. Quod de facto et sine omni justitia voluit habere ab Utinensibus quatuor millia Ducatos, quæ ipsi propter secum pacifice vivere assenserunt, credentes eum esse illa pecunia suum animum aliqualiter mitigare.

V. Quod ipse contra omnes bonos viros Terræ Utini, et specialiter cupientes sub libertate vivere, usus est gravibus et minatoriis verbis, et specialiter contra Generosum Militem Dominum Federicum de Savorgnano qui more suorum prædecessorum fuerat Patriæ totius Valorosus Defensor et Terræ Utini Auctor et Conservator Ecclesiæ Aquilejensis; unde factum est, quod ipse cum pluribus aliis se a Terra Utini absentaverunt, fugientes ejus rabiem crudelissimam. Dicebat enim ipse: necesse est quod ego aut occidam Federicum, aut quod ipse me occidat.

VI. Quod absentato præfacto Domino Federico et pluribus aliis Civibus a Terra, ipse Patriarcha fecit ad se vocare quemdam virum bonum de Terra nomine Nicolaum Manini aliqualiter ditem, quem ordinaverat atrocissime flagellari et diris torturis coartari ad dandum sibi Aurum; sed ipse Nicolaus tandem, instantia populi humiliter supplicantis præfacto Domino ut dictum Nicolaum de facto aggravare non vellet, sed

eum per laudum et sententiam ducere velle juxta consuetudi-
nes nostras, relaxatus fuit sub securitate quatuor millium Du-
catorum.

VII. Quod Cives Terre Utini faciebat continue capi, eos injustissi-
me et inequiter carcerando, et specialiter aliquos reddi Rebellibus
Aquilejensis Ecclesie, sicut Domino Francisco de Carraria, cui
injustissime reddi fecit tempore guerre, ei per Vicinos nostros
acceptum.

VIII. Quod Detalmum de Andreottis Virum Nobilem et istius Terre
Civem optimum dolose et fraudolenter deduxit sua seditione
ut fieret ejus Domicellus et Familiaris intrinsecus, et factis et
litteris familiariter cum ipse cepisset de eo aliqualiter posse con-
fidere, ipse fecit eum in Camera sua capi, tradiditque ipsum
inimicis suis, qui ipsum sua precepto et voluntate fecerunt in-
justissime mori, et non solum vivere sed etiam sepelire ipse
Patriarcha prohibuit, volens etiam post mortem pecuniam
suam. . . . . .

IX. Quod sub ejusdem concordii spem, ipse Dominus Patriarcha
Dominum Federicum fecit in Terram Utini pervenire sibi alta
et magnalia promittendo, cumque inter ipsos esset concordium
per tractatum, licet sub falsa seditione, fecit sibi dici quod
ipse sincerissime eum diligebat, unde mirabatur quod ipse Do-
minus Federicus post se aliquos servientes in custodia sue per-
sone cum armis duceret, quod pure credens ille Miles fidelis
Domestice cepit undelibet commorari. Tunc ille Patriarcha Ma-
rescalcum suum et unum alium Militem magistrum Camer-
re sue, et duos alios quod sibi serviebant in mensa, quorum
unum erat faciens credegassum poti et alter cibi, cum nonnul-
lis suis familiaribus intrinsecis misit in Terram Utini sub co-
lore sollazandi in una jostra tunc temporis ordinata, ut eundem

Dominum Federicum occiderent: qui cum venissent et tota Domini sui adimplere preceptum sperantes exinde consequi magna pecunia et dona promissa, dictum Dominum Federicum die proxima subsequta illam diem, qua hanc terram intraverunt, in Ecclesia invenerant sanctam Dei Missam devotissime audiendo; et intrantes more amicorum ipsum salutaverunt, et non videntes ibi copiam defensorum in eundem juxta preceptum Domini sui atrocissime irruerunt ipsum nequiter occidendo. et fugientes extra terram Utini gladios cruentatos in manibus ferentes, ad loca ubi erat ipse Patriarcha devenierunt, ab ipso receptis maximis gaudiis et honoribus et provisionibus aucti usque in hodiernum diem in Colloquiis Generalibus Patrie continuo astantes ante conspectum ipsius Domini Patriarche.

X. Quod multa bona ipsius Domini Federici et aliorum Civium terre Utini cepit tyrannice occupare ipsos sine jure et justitia et Patrie consuetudine suis Utinensibus indebite spoliando, et specialiter cum injuste occupasset unum Castellum Domini Federici, nunquam id reddere voluit nisi extorsisset suis pupillis patre nequiter sic orbatis duo millia Ducatorum.

XI. Quod aliquos Forenses et emulos terre Utini inducebat ut illius Cives caperent, Forinsecos captivatos abducerent eis velut inimicis, taleam exponendo de qua exigenda, immo exacta, Dominus idem Patriarcha in quodam Generali Colloquio dum Utinenses consequenter de eo quod inducebat Forenses ut ipsos Utinenses capere deberent conquestus fuit se licentiam super hoc dedisse cuidam Militi vocato Cosistagner.

XI. Quomodo curavit ad posse suum illam terram Utini destruere, et hoc quia moleste ferebant tantam potius Patrie et sui servitutem tyrannicam: nam sepe petendo, ut sueverat coemptiones gravissime in ejus subsidium, cum ipsi non esset

visent, dicebat oportet pro certo ut illam terram ad spinosam sylvam faciam devenire.

XIII. Quod cum inter ipsum et Utinenses pro tractando concordio Inclitum Venetiarum Dominium se saepe interponeret cum Utinenses peterent ab eo aliqua honestissima et manifesta debita, puta justitiam fieri in Patriam, servari propriam libertatem et antiquas Patriae consuetudines, ipse ea juramento promisit bina vice, prout publicis documentis apparet, nec post promissa aliquod voluit adimplere, totam Patriam magis solito continue aggravando.

XIV. Quod cum plures Cives Utinenses secundum morem Patriae ad unum festum vixissent, ipse Patriarcha misit Marescalcum suum contra ipsos injustissime capiendos, quod ipse fecit eos atrociter vulnerando et super strata libere depraedando, et demum aliquos cepit et carceribus captivavit, imponens eis taleam, ac si guerra justa inter eos esset. Cumque aliqui suis pecuniis exivissent, alii impotentes et prave pecuniae retinebantur adhuc in fundo unius turris acriter macerati; sicque Marescalcus suus qui contra praedatores debet justitiam procurare suo jure Domini justorum suorum Civium est factus proximus spoliator.

XV. Quomodo plures falsas sententias pro pecunia ipse Dominus Patriarcha suos Officiales fecit injustissime pronunciare, cumque eorum aliqui conscientia ducti hujusmodi sententias proferre recusarent, ipse dicebat eis: ah miseri vos, non vultis lucrare et estis pauperes; ego qui sum Dominus non spernam tantum lucrum; et sic ipse saepe pro mille, pro quingentis saepe pro trecentis, immo quinquaginta pro ducatis et paucioribus iniquas et falsas sententias ferentis materia tandem pronuntiavit.

XVI. Cum plures per alios gravati recurrerent ad ipsum Dominum Patriarcham pro suo favore obtinendo circa justitiam consequendi, ipse pecunias postulabat, et extortis ab hujusmodi aggravatis illis pecuniarum quantitatibus quas poterat, subito procurabat ab adversa parte etiam pecunias extorquere, dicendo: talis movet tibi talem litem, si vis, tenebo modum quod non poterit aliquid agere contra te; sicque sumpta pecunia inhibebat Vicariis et Officialibus ut actorem justitiam foventem, qui primo recursum habuerat ad dictum Dominum audire minime deberent; ex quo plures jura sua tamquam deperita per dictum Dominum jura sua amiserunt.

XVII Item, qualiter prefatus Dominus Patriarcha ad instantiam nocentum virorum ejus sceleratam causam sequentium, pluribus petentibus ipsis exigentibus eum, vel aliquibus amicis ipsorum judices suspectos delegavit et ultra hoc cum sunt in actu ipsi actores seu petentes jura sua probandi, ipse Patriarcha mandat talibus judicibus delegatis ut judicium suspendere debeant; unde sequutum quod multi evidentissima jura litium a longo tempore citra consequi minime potuerunt factis nihilominus magnis expensis et gravibus laboribus per Patriam equitando toleratis.

XVIII Quomodo plures homicidas pro pecuniis absolvit et ab omni pena exemit, dicens se velle potius centum ducatos quam centum capita, et sic justitia que mater omnium virtutum esse dignoscitur, per dictum Presulem ab hac Patria penitus est expulsa.

XIX. Qualiter dum ab aliis vitiis vacat nunquam cessat nunc incidere ligna nunc cancellos Carcere, nunc Dagam contra aliquem mittere, dicens: oh quomodo ego subito te u-

cideram immo etiam fortuito omnes litteras ad manus suas provenientes lucrando.

XX Quod ipse more satellitum vivit et non habitu clericali; immo tenens gladium in aurata zona collo suspensum, continue velut sicarius vivit inter lenones et meretrices continue commorando: et quod non potest facto in actu luxurie adimplere, lupanaribus verbis omnes audientes ad ipsum gaudet turpissime incitare, et quod deterius est, usque ad genitalia vestes suas abreviat, vestas longas togatas et honestas multipliciter aspernendo.

XXI Quod mulieres et juvenculas pauperum et etiam ditiorum ad se facit sepissime violenter adduci, nunc unam, nunc aliam, more bestiali sub inhonestissimo luxurie actu publice deturpando, et quod de eis superest suis familiaribus tribuendo pro luxurie et infamia predictarum amplius consequenda

XXII Quod taxillator est maximus, vocari faciens plerumque Nobiles et alios de parva ad ludendum cum eo, utens etiam falsis taxillis in non modicum dampnum ludentium secum.

XXIII Quod nedum voluit aut potuit missam aliquam unquam ut est moris in Patria celebrare; immo nec cum aliis clericis celebrat unquam potuit ad misse finem permanere sed nunc huc, nunc illuc per Ecclesiam vadens more nefarissimi tyranni et callidissimi peccatoris omnem populum facit a propria devotione cessare; non proferens sibi crucem, ut moris est Patriarche, nec velut prelatus crucem propria manu aduit unquam devoto petenti et expectanti populo cum per terras iret efficere, nec etiam ab equo descendere dum cruces et sanctimoniam sibi obviam portarentur. Dum primo terras Patrie intrabat nec etiam templa Dei visitare primo ut moris est prelatorum; admonitus autem ipse Patriarcha

a quibusdam suis Domesticis, quare non faciebat crucem populo suo, respondit: cum esse feriens eis crucem facere non cum manu.

XXIV. Quod per annum cum dimidio stetit in Patria, antequam pati posset suam sanctam Aquilejensem et Cathedralem Ecclesiam visitare, cumque sibi opponeretur per subditos, quod ipsam suam sedem haberet, quasdam terrore potius quam amore illuc de mense Martii proxime preteriti accessit, et ad Cathedram pergens, accepta ferula pastorali S. Hermachore sub brachio mox levare ... et inquit: quam bene bastiladerem, versus sedem sanctam currens indutus stipendiariis vestibus et apposita sub collo daga.

XXV. Quod cupiens ex toto suam ecclesiam tyrannice conquassare plura Parlamenta fecit et Colloquia celebrare; in quibus omnino decrevit in tota Patria tres elligi judices sibi gratos, qui de jure et de facto, et ex proprio libito voluntatis possent in omnibus litibus et questionibus ad placitum causas quaslibet terminare, frangendo Patrie consuetudines antiquas, volens quod ab eorum sententiis nemo, nec ad pedes sacros Beatissimi Patris unquam modo quopiam posset ab injusta vel justa sententia appellare; quod quia Utinenses contradixerunt, protestando quod tali parlamento et Deliberatione stare nolebant, et quia ab illa et omni aliqua iniqua sententia appellare volebant ad Curiam Sancti Patris ut moris est et fuit, ipse ex hoc tanta ira incanduit, ut nemo amplius ad sui conspectum de illa Terra vellit accedere, et eos in Patria facit undique persequi et male tractari.

XXVI. Quomodo per totam Patriam ipse instituit pedagia et gabellas sicut solet fieri in terris subiectis tyrannice servitati, non obstando, quod nunquam in Patria aliquis Patriarcha consimilia posuit, et specialiter posuit gravissimam

gabellam super peregrinis qui in isto jubileo S. R. Ecclesiam visitabant; et si ipsi denegabant solvere scientes Patriae libertatem, aut propter libertatem non possent, ipse fecit eos per suos officiales spoliari vestibus peregrinationibus et atrociter percuti, et eis tandem calceamenta et baculum jussit auferri: constituitque officialem ad hujusmodi gabellam exigere in Portu Gruario unum judicium.

XXVII Qualiter in creatione Sanctissimi Patris D. N. D. Bonifacii IX fecit fieri novum, quod ipse statim post sanctam creationem rumore populari fuisset turpiter et nequiter vulneratus, et tandem violenter occisus: unde ipse magnum festum monstrabat in Patria, et ipsum novum fecit per Patriam divulgari proferens stolide multa verba in contemptu prefati D. Nostri eum insipientem asserendo.

XXVIII Qualiter dum sibi novum delatum fuisset qualiter Nobilis Balesius de Manino, etiam a dicto Domino multis aggravatus, a Sanctissimo D. Nostro obtinuerat ipsum Patriarcam posse facere citari ad Curiam, ipse in hec verba prorupit: quod curo de isto Papa, ipse nil mihi facere potest, nam ego sum melior ipso.

XXIX Quomodo usque in hodiernam diem in Patria hinc inde a suis subditis dando sententias falsas, et imponendo eis taleas, et movendo varias questiones extorsit ultra quinquaginta millia ducatos in absolvendo et pro pecunia homicidas et proditores quoscumque sibi pecunias offerentes.

XXX Quod Venerabilem Patrem Bondi Abbatem Mosacensem turpiter et nequiter captivavit, cui fecit predari domum et pecuniam et jocalia sua, quem cum relaxasset precibus Revmi Patris Domini D. Cardinalis Padue ejus fratris ad has partes de Florentia ob dictam causam tunc perventi coactum, jura=

mentaliter constrinxit ut nunquam pro illatis sibi damnis et
injuriis alicui personae, nec etiam ad pedes Apostolicos S. Petri
porrigeret aut porrigi faceret aliquam querimoniam contra
se, et sic eo de Patria et Monasterio expulso injuste, Monas-
terium illud cuidam suo satellito commendavit, unde facta
est illa sancta Dei Ecclesia latronum spelunca, fugatis hinc
inde monachis, et altaribus desolatis in qua non Dei officium
fiunt, sed Bacchi et Veneris nefanda contubernia cele-
brantur, mercatoribus illac transeuntibus etiam saepissime
spoliatis.

XXXI Quomodo plures suos capitaneatus et gastaldias diversis per-
sonis vendidit, et receptis pretiis ab emptoribus eos ab hujus-
modi officiis expellit, et ipsos capitaneatus et gastaldias tum
aliquibus [illegible] suis perversis et sceleratis servitoribus tradit,
vel aliis personis vendidit.

XXXII Quomodo fuit in quodam suo Consilio praestamentum propositum
quod dispendiosum erat satis in Patria, quod quilibet Campa-
triota posset ad pedes Apostolicos pro suis removere quaestioni-
bus, eratque sibi Domino Patriarchae verecundosum et impo-
tentibus damnosum, quod Sanctissimus Pater Apostolicus pos-
~~[illegible]~~ set petenti cuilibet specialem judicem delegare, fecitque
per suum Vicarium illud tali sophistico colorari colore sic pos-
sent petentes ad placitum pauperes ad Curiam convitare
qui tantis insufficientes sumptibus et muneribus quanta in
Curia requiruntur, etiam in sua causa justa succumbere po-
terunt. Dicendo per Patriam quod in Curia S. Petri ditior pro pe-
cunia etiam injuste pauperem vincere possit. Quaerebat enim sub illo
colore etiam in isto Consilio deliberari quod tota Patria querulose com-
mota edictum faceret et aliquid ad pedes sanctos pro meliori judic

impetrando remmet tanta doct... insania ut diceret, et dixisset quod si Nuntii Patriae ad Papam desedesent, ipse super istis complesset, iniquum illud dictum etiam confirmando, quo facto credebat sic posse tantam Patriam iniquas tyrannide conquassari.

XXXIV. Qualiter pluribus fraudolosis malitiosis et coloratis modis saepissime fuit conatus seditionem et discordiam in hac Terram Utini inducere, et Cives commovere ad diglandiandum inter se et se quos occidere.

XXXV. Qualiter palam habuit dicere se unquam missam celebraturum, et specialiter una die quidam petenti ut missam non celebrabat, cum utilitatem ultra quantitatem trium millia ducatorum consequeretur, respondit quod sacerdum pro tribus millibus seu pro decem millibus missam non celebraret.

XXXVI Qualiter ipse Patriarca tamquam Lupus insatiabilis dudum talibus verbis usus fuit: omnia pro auro facerem, et unum aliud ~~[illegible]~~ quod destineret et submergerem totum mundum pro uno dispetto, ubi possibile foret quod eum in pugno continerem.

XXXVII Qualiter tria oppida sita in confinibus Patriae dedit tenenda et custodienda quibusdam Teutonicis stipendiariis hujus Patriae emulis et inimicis

XXXVIII Qualiter nulla fides in eo reperitur nec ulla constantia, in eoque nulla virtus penitus viget, sed omnium sceleratorum actuum utique magister et autor est et dominator in tantum quod ab omnis eis notitiam habentibus Neronior Nerone censetur. —

Et ego Mattheus filius prudentis Palctionis ser Iacobi Clasicci Utinensis

Civis, publicus Notarius auctoritate Imperiali, ac Magnificae Communitatis Utini Cancellarius, aliis publicis negotiis occupatus, alii mihi fido tabellioni suprascripta Capitula, sive contrascripto numero, ut in margine apparet, triginta octo, exemplanda atque scribenda commisi. Et quoniam post exemplum praefatum cum quodam originali reperto in scripturis et Cancellariae dictae Communis Utini, post collationem atque auscultationem diligentem, concordare atque convenire reperi, ideo me subscripsi in hancque publicam formam redegi signo nomineque meis appositis consuetis, cum impressione sigilli dictae Communis Utini ad majus robur praemissorum.

Nos Jacobus Cornelius Patriae Forijulii Locumtenens Generalis etc.

quibusque et qui legis hanc notatam fidem publicam scito, suprascriptum ser Mattheum Notarium de suprascriptis publicis scripturis esse publicum et legalem Notarium, Certumque Notarium, hic et ubique cum contingit publica fide et legaliter exercere solet, suisque scripturis publicis fides adhibere plenissima. In quorum fidem etc.

Utini die 17 mensis Martii 1517

Franciscus Lipaldus
Notarius et Coadjutor
Cancellarii mandato.

1391, 13 agosto Cividale. Tregue tra Rizzardo di Prodolone ed il Comune di S. Vito, fatte innanzi al Vicemaresciallo Patriarcale.

Giovanni fu Guglielmo notajo di Cividale. Collez. Portis, orig.

A. D. 1391, ind. die dominico XIII intrante augusti, in loco Austrie sub veteri domo Comunis, presentibus providis Leonardo dicto Daina de Spegnimbergo, Johanne de Suevia et Janzillo familiaribus omnibus D. Nicolai Tunkel Militis et Marescalli Domini nostri D. Johannis Patriarche Aquilegensis testibus et aliis.

Ibique nobilis vir D. Rizardus q. D. Odorici de Prodolono per se et suos Consortes, amicos, attinentes, servitores, familiares et subditos fecit et crudavit in manibus Ser Odorici q. Militis de Civ. Austria tamquam Vicemarescalli treugas Comunitati et hominibus de Sancto Vito, quas manuali fide prestita nomine sacramenti promisit in pena mille librarum veronensium parvulorum usque ad xv dies post festum S. Michaelis proxime futurum firmiter observare, obligans ad hec omnia bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura etc. =

[illegible]

[illegible]

Nof

[illegible]

1392. 21. Febraro

In Christi Nomine Amen

Provida, et ineffabilis Dei sapientia pacem vitio primorum
Parentum infectam de Cælis ad Terram decendentes per
1423 5 Marzo
1444 25 Giugno effusionem proprij sanguinis reformavit in terris suosque
1450 8 Dic. discipulos quorum solidam stabilitatem agnoverat, cum
1504 28 Maggio
1509 21 Febb. discessit ab eis munifica largitate dotavit cum dixit Pax
vobis. Veruntamen serpentis antiqui perfida in
humanum genus iniquitatis venena diffundens a Semitis
tranquillitatis, et pacis repellere non desinit incessanter
illos praesertim qui debent esse unanimes, et firma sta-
bilitate conformes. Cum igitur in Reverendissimum in Christo
Patrem, et D. D. Ioannem Dei Gratia Sanctæ Sedis
Aquileiensis Patriarcam, ac Nobiles, et sapientes viros
Homines, et Communitatem suam Terræ Utini in tantum
invaluerit serpentis praefacti malignitas, quod inter eos

multa scandala, infinitique errores exorti sint, et maiora procul dubio exorirentur ne forent per concordi, et pacis medium reformati. Ad circo Serenissimus, et Excellentissimus Dominus Dominus Antonius Venerio Dei Gratia Venetiarum Dux Inclitissimus una cum suo Consilio prędicta in suę mentis Archivio solita meditatione revolvens, et timens pericula quibus in eo statu tota Patria subjacebat, motus Zello sincerissimę Caritatis quam semper habuit, et habet ad ipsam Patriam, et Aquileiensem Ecclesiam, ubi operibus clarè patet Ambasciatores partium prędictarum ad suam pręsentiam convocavit, ut possit animos mulcere iras compescere, et rancores expellere de mentibus earundem. Et visis, et examinatis proinde petitionibus, clamandis, questionibus, ... conibus, et querelis, nec non responsionibus, et replicationibus subtiliter factis hinc inde, tandem ipsa pacis

per

per ipsius Serenissimi Principis D. Antonij Venerio Du-
cis Venetiarum, eiusque consilij interpositionem. Videlicet.
Reverendissimus in Christo Pater Dominus Augustinus
Dei gratia Episcopus Concordiensis, et Egregius Miles
Dominus Vincislaus de Spegimbergo.

Ad infrascriptam Pacem, et concordiam, compositionem, con-
ventionem, et pacta solemnibus stipulationibus hinc
inde mutuo, et vicissim interpositis, concedente D.
perpetuo duraturam concorditer devenerunt.

Primo quidem, quod compositiones, et concordia alias facta,
inita, et firmata inter ipsum Reverendissimum
Patriarcam, et inter alia Capitula, que in ipso vero,
et integro Originali continentur tale Capitulum continen-
tur his verbis expressum.

Item fuit actum, et Conventum inter dictas partes nominibus quibus supra, pro eo quod per ambasciatores D. Patriarche dicebatur, quod Utinenses fecerunt certas constitutiones, et statuta, absente D. Patriarcha de Patria, que vertebantur in prejuditium suum, et Ecclesie Aquilegiensis.

Quod statuta, et consuetudines predicte per dictas Utinenses facte cum ipsas fecerint ut credendum est, pro bono, et conservatione Terre Utini, sint valide et in sua permaneant firmitate, sed in occurrentibus pro tempora possint facere constitutiones, et statuta servatis antiquis moribus, et consuetudinibus Terre Utini et aliis non

Actum Venetijs in Ducali Pallatio: Presentibus Egregijs, et

sapientis

sapientibus Viris D. Leonardo Dandulo Milite, et Petro

Mocenico Procuratoribus Sancti Marci, et Benedicto Supe-

rancio Honorandis Civibus Venetiarum, ac sapiente, et

circumspecto viro Domino Petro de Rubeis Honorando

Cancellario Communis Venetiarum, nec non Providis

Viris ser Ioanne Vido, et Ioanne Plumatio Notarijs

Communis Venetiarum, ser Ioanne q. D. Dorici de

Utino Notario Patriarcali, et ser Nicolussio quondam

Dominici Cucullarij de sancta Maria La Longa

habitatoribus Utini Testibus habitatoribus Utini Te-

stibus ad premissa vocatis specialiter, et roga-

tis, et alijs &c.

//-

1423. 5. Marzo

Thomas Mocenico Dei Gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus, et sapientibus viris Iacobo Trivisano de suo Mandato Locumtenenti Patriæ Fori Iulij, et successoribus suis fidelibus salutem, et dilectionis affectum.

Cum primum nostra Communitas Utini Dominio Nostro iuramentum fidelitatis, et obbedientiæ fecit, et Ambasciatores suos ad nostram præsentiam destinavit pro ipso iuramento fiendo cum præsentatione certorum Capitulorum, ad eadem exempla nostras exibuimus responsiones ut infra contineri videlitis cum nostris Consilijs Rogatorum, et additionis diei 19. Mensis Iunij millesimo quadrigentesimo decimo nono, Requisiti

itaque

itaque modo nuperrime parte Communitatis predicte quod dignemur ipsas nostras responsiones in Litteris Nostris Ducalibus inserere. Que requisitionibus suis duximus benigniter annuendum facientes ipsas per presentes Nostras Litteras cum Bulla nostra Plumbea pendentibus validare. Vobis mandantes quatenus uti iacent effectualiter observetis, et faciatis inviolabiliter observari. Salis tenor est et cetera.

Quod dicta Communitas potest esse certissima quod intendimus eam habere tanquam bonos, et fideles servitores Nostros, et ut videant, et cognoscant bonam intentionem nostram ad bonam gubernationem Civitatis, et totius Patrie deliberavimus mittere unum Nostrum Locumtenentem, qui representare debeat

Nostrum Dominium, et habeat custodiam dictæ Terræ, et ut Communitas cognoscat humanitatem, et benignitatem Nostram sumus contenti, et placet nobis quod dicta Communitas debeat se regere, et gubernare secundum Statuta, ordines, et consuetudines suas facere, et eligere suos Deputatos, et Officiales prout consueti sunt facere per elapsum, et quod fiat ius in Civilibus secundum morem suos etc.

Datum in Nrō Ducali Palatio die 5ª Mensis Martij Indi. primæ, Millesimo Quadrigentesimo vigesimo tertio.

Ex Annalibus Magnificæ Civitatis Utini eiusdem Cancellarius Alexander Brunalleschi Die Decima Sexta Jannuarij 1534.

1444. 25. Junij

Copia Partis Captæ

In Excellentissimo Consilio Decem

Ordinatur de cætero quod non possit poni quicque contra pacta promissionibus, vel Privilegia, quæ Subditi Nostri a nobis habent. Et si poneretur non valeat nisi positum sit per quatuor Consiliarios, et duo Capita de quadraginta ad minus, et captum per tres partes Consilij. Et si quis contrafecerit cadat de ₤ 1000, et bancatur de Maiori Consilio, ac privetur omnibus officijs, et Benefficijs per quinque annos, et non possit præsens pars revocari, suspendi vel declarari, vel aliter ullo modo poni, nec contrafacientibus fieri gratia, donum remissio, vel aliqua compensatio sub eadem pœna, et sic procedatur de pœna in pœnam usque in infinitum

et comitatus summariè inquirendi, et penæ exigendæ Capitibus Concilij Decem.

Ex Volumine in Carta Pecora existente in Cancellaria Magnificæ Civitatis Utini eiusdem Cancellarius Alexander Brunalle chi. &c

Sur.

1450. 8. Decembre

Franciscus Foscari Dei Gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus Jacobo Lauredano Locumtenenti Nostro Patriæ Fori Julij, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum.

Fuerunt ad præsentiam nostram fideles Nostri Dominus Franciscus de Fillitinis Doctor de Utino, et Hector de Brazzacco oratores fidelissimæ Communitatis Nostræ Utini

propter

propter Litteras vobis scriptas per Advocatores Nostros Communis in facto certorum Criminalium sicut etiam per Litteras vestras super inde fuimus plenè informati supplicantes dicti Oratores, ut providere dignemur, quod concessionibus, et constitutionibus, et antiquis suis consuetudinibus non contraveniatur, sed, ut hactenus factum est observentur. Quare ipsi fidelissimæ Communitati in rebus iustis, et honestis subvenire volentes habita super inde bona consideratione, et volentes Litteras suprascriptas Advocatorum Nostrorum derogare constitutionibus, et consuetudinibus illius Communitatis, et concessionibus nostris volumus, et mandamus vobis, ut non obstantibus Litteris suprascriptis Advocatorum Communis observetis, et observare faciatis concessiones nostras illi Communitati indultas, et consuetudines suas sicut

hactenus observatum est antequam dictæ Litteræ Advocatorum Communis vobis scriberentur. Præterea quia dicunt per vos factos esse certos novos ordines contra illos qui de nocte vadunt cum Armis, et sine lumine, quod ordines vestri sunt valde contrarij statutis illius Terræ, quæ disponunt qualiter dicti tales puniri, et condemnari debent. Volumus, et vobis mandamus, ut observare, et observari facere debeatis statuta ipsius nostræ Communitatis in facto illorum, qui vadunt de nocte cum Armis, vel sine lumine, et si quid per vos factum et innovatum esset contra statuta sua illud revocare, et annullare ex toto debeatis.

Datum &c.

Ex Volumine &c.

1504. 28. Martij.

Leonardus Lauretanus Dei Gratia Dux Venetiarum etc.
Nobilibus, et sapientibus viris Baldassari Trivisano de
suo mandato Locumtenenti Patriæ Fori Iulij, et successoribus
fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum.
Externa die in Consilio Nostro Quadraginta Novo ob
remissionem vigore Legis posita, et capta fuit hec. videlicet
Quod dicta Investitio facta per Virum Nobilem ę Leo-
nardum Mocenigo Locumtenentem olim Patriæ Fori Iulij
qua die 12. Decembris 1495. comparentem coram
eo Simone Beccario quondam Petri Martini petente
sibi concedi locum Beccariæ existentem in Fovea im-
mediatè ex Porta Sanctæ Luciæ tenendo versus Portam
Glemonæ per tantum, quantum capit copertura dictæ

Baccariæ cum Domuncula, et Bottici ubi tenentur, occiduntur, et venduntur Bestiæ et Carnes, et præfatus Locumtenens dedit, et concessit supradicto Simoni, et eundem Simonem coram ipso Locumtenente genibus flexis stantem, et acceptantem per annuli impositionem in digito eiusdem investivit de suprascripto Loco in omnibus, et per omnia prout requisitum est; Cum pensione et responsione annuali singulo anno ad festum Nativitatis per eum faciendas Cameræ Fiscali Illmi Ducati unius auri, et Locumtenentibus, qui pro tempore reperientur per Linguarum Bovinarum. Quam quidem concessionem, et investituram præfatus præfect. per se, et successores suos in nomine, et vice Illustris Ducali Dominij Venetiarum facit eidem Simoni in omnibus

omnibus ut superius continetur ad hoc ut possit in eodem loco tenere macellum pro huc usque tenuit etc. ut latius in ea continetur ad quam in omnibus relatio habeatur tamquam malè, et indebitè facta contra Ius, et Iustitiam in damnum, et preiuditium Communitatis Vtini, incidatur, revocetur, et annulletur cum suis omnibus secutis, et dependentijs partibus reverentibus in pristinum statum. Quarè cum prefato Nostro Consilio fidelitatibus vestris mandamus, ut partem suprascriptam, et omnium in ea contenta observari, et exequi faciatis, et Investituram de qua supra cassari de omnibus Libris, filceis, et scripturis, in, et super quibus scripta reperiatur, que non sit ulterius

alicuius, et partes reduci, et reponi in illis Iura, statu, gradu, conditione, et esse in quibus erant antequam dicta Investitio facta esset.

De expensis isthic factis in Causa principali partibus coram vobis comparentibus Iustitiam ministrabitis. Nam de expensis in appellatione factis postea vobis per Offitium Auditorum Novorum notificabitur faciantes has nostras ad futurorum memoriam in Actis istius Cancellarie Vestri Regiminis registrari, et registratas presentanti restitui.

Datum in Nro Ducali Palatio die 28. Martij 1504. Ind. Septima.

Ex volumine in Pergamena existente in Cancellaria Magnifica Civitatis Utini, Eiusdem Cancellarius Alexander Brunatelli die 8. Martij 1734.

1529

1516. 21 Febraro

Leonardus Lauretanus Dei Gratia Dux Venetiarum et. Nobilibus, et sapientibus viris Iacobo Cornelio de suo Mandato Locum tenenti Patriæ Fori Iulij, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. Facimus responsum per Consilium Nostrum Decem, et additionis uni, et Capitulis Dominio Nostro porrectis per Egregios, ac fideles oratores istius Civitatis, et fidelissimæ Communitatis Utini, ut infra, videlicet primo, quod eius sublimitatis commendetis exactam observationem Privilegiorum Statutorum, et antiquarum consuetudinum Civitatis Nostræ, sicut hactenus observavit inviolabiliter, licet superfluam arbitratur hæc Civitas commendationem huiusmodi penes eius Excellentiam, quæ hoc præcipuum, ac peculiare semper habuit, et quæ ex

eius summa clementia, et benignitate in cunctis hanc suam Charissimam Civitatem, et favet, et amplexata est.

Respondeatur quod Dominium Nostrum habuit, et habet, habebitque semper commendatam observantiam Privileggiorum Statutorum, et antiquarum Consuetudinum illius Civitatis, sic exigente fide singulari ipsius erga nos. Remanente tamen firma deliberatione huius Consilij facta die 16. instantis circa electiones faciendas ad Bussolos et Ballottas etc. quam volumus inviolabiliter servari.

Quare auctoritate suprascripti Consilij mandamus vobis, ut responsionem nostram supra scriptam, et suprascripti Consilij Nostri Decem, et additionis observetis, faciatisque ab omnibus inviolabiliter observari; Has autem nostras ad futurorum memoriam in Actis Cancellariae vestrae

registrari

registrari facite, et registratas presentanti iubete restitui.

Datum in Nostro Ducali Palatio die xi. Februarij Indictione quinta 1509.

Ex consimili existente in Cancellaria Magnificae Civitatis Utini eiusdem Cancellarius Alexander Brunalleschi die xi. Aprilis 1734

(Dall'Archivio Notarile di Padova. Rogiti del notajo Bandino de' Brazzi. Lib. 4°. p. 356).

1386. 8 Marzo. Padova. Accordo per riscatto di due conestabili padovani fatti prigionieri in Friuli.

In christi nomine. Amen. Factum sic se habet, quod proponunt infrascripti Guillielmus de lisca et Daniel de Valle, videlicet. Dum nobiles viri Guillielmus de lisca et Daniel de Valle comestabiles equestres Magnifici et excelsi domini Domini Francisci de Carraria Padue etc. Captivi forent nobilis viri Alpreti de alemania comestabilis equestris ..... Utinensium. deprehensi et capti ab eo in acie bellicosa in partibus Civitatis Austrie. Dumque existerent ipsi captivi in utino in presentia Egregii militis domini Frederici de Savorgnano et nobilis viri Domini petri Mauroceno de Venetiis et aliorum quam plurium nobilium. Ubi etiam aderat Nicolaus de Vienna, qui erat Interpres de infrascriptis omnibus, dictis et narratis hinc inde inter ipsos Guillielmum et Danielem ex una, et Alpretum magistrum (sic) eorum ex parte altera. Peterentque tunc ipsi Guillielmus et Daniel relaxari iuxta morem bone guerre et requirerent ipsum magistrum (sic) suum ut faceret eis bonam societatem etc. Ipse Alpretus dicebat quod bene volebat eos relaxare, sed volebat quod quandocumque ipse requireret eos, ubicumque forent in Italia, ipsi tenebantur ad eum accedere. Qui Guillielmus et Daniel gravabantur de hoc cum nimis difusa et lata sit Italia, et quod etiam francia posset in ea inclu-

di, et quod ad hoc non volebant ullo modo assentire. Offerentes ipsi magistro suo quod potius daret sibi taleam, et acciperet eis equos et ~~axina~~ arma sua, et quicquid in mundo haberent, quam vellent pati Jugum istud et hanc servitutem. Sed bene volebant, Ipsis existentibus in patria ~~forijlij~~ Forijulii et quantum ipsa complectitur et parati erant ad omnem ipsius Alpreti requisitionem ad ipsum ire hoc ~~cum~~ tamen adito, scilicet ubi non impedirentur, nec prohiberetur eis per Magnificum dominum suum Padue vel eius officialem etc. Tandem multis verbis hinc inde dictis. Ipse Alpretus in presentia dicti domini frederici et ipius domini petri Mauroceno et aliorum ibi existentium fuit contentus et acquievit quod ipsi Guillielmus et Daniel ad ipsum Alpretum accederent si per eum requisiti fuerint, Ipsis solumodo existentibus in patria Forijulij, et non alibi, nec aliter tenerentur ad ipsum accedere; hoc tamen addito videlicet quod Inhibitio vel impedimentum, quod vel que procederet de mandato prefati magnifici domini sui padue. vel... officialis sui banche (sic) stipendiariorum. quominus ire non possent etc. non noceret eis. nec sibi posset ascribi. Et tunc dictus dominus fredericus, quantum pro et supra ista ultima parte scilicet inhibitionis vel impedimenti etc. subiunxit et dixit ore proprio verba ista. videlicet. Bona fide sine fraude

scilicet quod non exercerent fraudem vel dolum in ipsis inhibitione vel impedimento. Quod et facere promiserunt Guillielmus et Daniel memorati. Et sic modo illo dicti captivi et .i. magister eorum dederunt alterutrum sibi fidem per tactum et annexionem dextere, dextre. Et cum ista licentia et fide et [redacted] aliter non ipsi Guillielmus et Daniel ab ipso Alpreto magistro suo comeatu accepto recesserunt.

Premissa omnia sic et in ea forma fuisse et esse testificatur et asserit suprascriptus Nicolaus de Viena In Infrascriptorum testium et mei notarii infrascripti presentia. De quibus quidem omnibus et singulis dicti Guillielmus et Daniel et uterque eorum ibi presentes rogaverunt me Bandinum notarium infrascriptum, ut ad perhennem memoriam unum et pluria publicum et publica conficerem documenta. Acta publicata et lecta fuerunt omnia et singula suprascripta per me Bandinum notarium infrascriptum in civitate padue subtus lozia Cancellarie. suprascripti Magnifici et excelsi domini domini Francisci de Carraria Padue etc. In presentia testium infrascriptorum ad hoc specialiter rogatorum adhibitorum et vocatorum. videlicet. Egregiorum legum Doctorum dominorum Antonii de Zechis de Montecalerio de pedemontium prefati magnifici domini generalis vicarii. et Bonacursi de Naxeriis de Montagna-

na pataviī, ac sapientis viri domini Symonis de Noenta juris periti civis paduani. Nec non nobilium et Egregiorum virorum domini Ugolini de auria januensis. Albertini de peraga de padua. Bartholomeo del Nino de Vincentia. Jacometto de Anoali. Donusdeo de Agolantibus et Viviamo de Lodi et aliorum plurimorum nobilium et numerose turbe virorum gravium armigerorum et alterius facultatis. Currente anno nativitatis dominice MCCCLXXXVI. Indictione VIIII. die Jovis VIII. mensis Marcii.

Not. Bandino de Brugi di Padova Vol. IV. p. 356. Arch. notar. Udine.

Padova 12 giugno 1890

Eseguita da mano altrui, collazionata e corretta da me è già inserita in estratto nella mia opera Monumenti della Università di Padova 1318–1405.

Prof. Andrea Gloria

1387. 17 Giugno. Bologna. Diploma di laurea in medicina dato dal Rettore dell'Università de' Medici e degli Artisti Arnaldo Fulchero di Catalogna all'egregio Maestro Jacobino figlio del Signor Giovanni del Borgo di Udine.

Ser Arnaldus Folcherii de Catelonia natione ultra-
montanorum Universitatis medicorum et artistarum egre-
gii et honorabilis Studii Bononiensis Rector. Clare
virtutis titulo eos merito novimus coronandos quorum
~~quorum~~ industria solidum opus doctrine complexa est
et metam debitam sue facultatis attingit. Non indignum
esse arbitrantes illos insignis gradus licentie et doctora-
tus nomine atque insignia deinde sublimari quos stu-
diorum assiduitas et ingenii solertia vita morum cla-
ritate conspicua, honesta, celebris et decora, ad summum
licentie nec non doctoratus culmen innexit. Nam valde
uberrimum alimentum virtutis est honos et laboris ope-
ra virtuosa que digna meruit premia exposcere non
recusat neque ulla est tanta humilitas que glorie
dulcedine non tangatur et suis gaudeat honoribus
non extolli et tunc maxime ubi famam sibi veram
induere, falsam exuere, vitare vanam, spernere di-
gnam, non arrogantie set honestatis causa per-
suasit, quare universis et singulis presentes litteras inspectu-
ris notum facimus per presentes quod venerabilis et sa-
piens vir cum ex dicti septem liberalium artium doctor
egregius magister Jacobinus filius domini Johannis
del burgo de Utino qui ut nobis clarissime constat
publica voce et fama nec non multorum fidedi-

gnorum testimonio refferetur per annos longa et legiptima tempora in hoc almo studio multum laudabiliter studuit et vita, moribus et scientia inter ceteros magis claruit, sicque actibus cunctis legum palestris questionibusque disputatis generalibus et quodlibeticis secundum modum et formam statutorum nostri rigorosi universitatis laudabiliter consumatis, votius tandem ad apices licentie et magisterii pervenire in facultate ~~scienti~~ scientie medicine hoc et debito ordine cessit. Nam presentatus fuit primo domino Anthonio de Larisinis de Venetiis predecessori nostro Rectori universitatis artium et medicine et honorabili viro domino magistro Petro de Varignana priori venerabilis colegii medicorum studii Bononiensis, per egregios viros dominos et magistros videlicet Petrum de Thosignano et Franciscum de Cultris artium et medicine doctores excelentissimos et eidem magistro Jacobino artium doctori prestito ex eorum dominorum rectoris et prioris officiis debitis sacramentis, ut moris est, ipse magister Jacobinus fuit per dictos dominos Rectorem et priorem ad examen scientie medicine merito acceptatus et predicto examine sufficientissimus approbatus qua acceptatione et approbatione solemniter celebrata, demum postea ipse magister Jacobinus artium doctor de Utino etiam presentari se fecit venerabilibus viris dominis vicariis in hac parte episcopi et capituli Bononiensis ad quos simul ex indultu apostolico spectabat officium archidiaconi Bononiensis propter eiusdem archidia-

chorum absentiam totaliter exercere per antedictos
examinis artium et medicine doctores sua videlicet etiam ab
eis dominis vicariis et merito pro examine medicine suffi-
cientissimus reputatus est. Quare ut est moris convocatis
ad sonum campane ecclesie Sancti Petri de Bononia doc-
toribus omnibus de collegio scientie medicine et die ante
per bidellum dicti collegii, jussu prioris, solemniter
invitatis, antedicti vicarii episcopi et capituli dicto
magistro Jacobino debita puncta assignari fecerunt et
supponitur. Idem magister Jacobinus privato exami-
ne doctorum dicte scientie medicine, collegii studii
Bononie in camera reverendissimi in Christo patris
et domini domini Philippi tituli sancti Martini
in montibus presbiteri Cardinalis in episcopali pala-
tio Bononiensi sita, presente ipso domino cardinali
et dictis vicariis taliter ipse magister Jacobinus
se habuit ibi in punctis assignatis sibi, legendo et
intelligibiliter et scientissime repetendo argu-
menta ipsorum doctorum et reassumendo et ea
subtilissime solvendo, quod post longam, diligentem
et arduam examinationem factam per dictos docto-
res de eo dicto magistro Jacobino in facultate
prefata, ipse magister Jacobinus fuit ab omnibus
ipsis doctoribus de collegio unanimiter et concor-
diter, nemine eorum discrepante, sufficientissi-
mus et ydoneus reputatus et approbatus. Deinde
in eandem cameram convocatis dominis recto-
ribus studii Bononiensis, dominis prelatis, nobili-
bus, aliisque plurimis in multitudine copiosa,
studentibus et doctoribus qui eundem magistrum
Jacobinum de domo sociaverant ad examen, eidem

magistro Jacobino ibidem presentialiter constituto et humiliter acceptanti data est et concessa licentia que dicitur privata, ascendendi cathedram magistralem et recipiendi publicam et conventum quandocunque voluerit, presentibus Reverendissimo in Christo patre antedicto domino Cardinali et Bononie episcopo, Reverendissimo in Christo patre et domino domino Archiepiscopo Adriensi, domino rectore dicto predecessore nostro et Rectoribus facultatum juris item illustri domino duce de Polonia, alliisque dominis prelatis, episcopis, abbatibus, prioribus, nobilibus, studentibus et scolaribus ibidem ob honorem dicti magistri Jacobini congregatis in multitudine copiosa et hoc anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo septimo die vigesima quarta mensis Januarii. Demum vero per intervallum temporis acquisitis et reservatis solemnitatibus necessariis pro licentia publica et conventu. Iterum convocatis ad sonum campane et per bidellum universitatis dominis doctoribus de collegio scientie medicine, ut moris est, in ecclesia catedrali sancti Petri de Bononia, supradictus magister Franciscus de Cultris auctoritate sibi in hac parte concessa per honorabilem et eximium doctorem decretorum et magistrum dominum Guasparinum de Calderinis de Bononia hic presentem et in hac parte vicarium et comissarium domini Anthonij Gaytani archidiaconi Bononiensis ad cujus officium archidiaconatus hoc spectare dignoscitur, prefatum magistrum Jacobinum in ecclesia cathedrali sancti Petri de Bononia super magistralem cathedram personaliter constitutum vestibus doctoralibus auro

gemmis et vario premunitum et publice in dicta
facultate per dictos doctores infrascriptos examinatum
et in illa repertum ydoneum et bene meritum ob-
servit et approbavit ac publice pronunciavit fore
sufficientissimum et ydoneum ad habendum et reci-
piendum licentiam publicam et doctoratus honorem
et gradum in predicta facultate medicine. Et ex-
nunc idem magister Franciscus auctoritate dicti do-
mini archidiaconi eidem magistro Jacobino presen-
ti et humiliter acceptanti ut digno et bene meri-
to in hac promotione dignissime legendi, docendi,
disputandi, determinandi, interpretandi, glosandi et
exponendi, cathedram magistralem ascendendi, il-
lamque regendi et alios magistrandi, conventu-
andi et doctorandi in facultate premissa scientie
medicine Bononie et ubicumque locorum, ac ceteros
alios actus in facultate eadem publice faciendi, exer-
cendi, medendi et practicandi, ut ejusdem facul-
tatis magister et doctor plenam et liberam licen-
tiam tribuit et concessit et omnimodam faculta-
tem, receptis postmodum per ipsum magistrum Ja-
cobinum a dicto magistro Petro de Chosignano ejus
doctore precipue insigniis infrascriptis, silicet libro
clauso et aperto, anuli subarratione et desponsatione,
capitique ipsius magistri Jacobini bireti impositio-
ne, seu dyadematis doctoralis, nec non et pacis osculo
cum magistrali benedictione ut ipse magister Jaco-
binus sic coronatus in via per scientiam coronetur
in patria per gratiam ejus qui cuncta gubernat. A-
men. — In quorum testimonium presentes litteras
per Johannem ~~de~~ quondam Nannis olim domini Romey

de Pepolis notarium nostrum et universitatis no
stre fieri mandavimus et sigillo nostro universi
tatis appensione muniri jussimus. Datum Bono
nie in ecclesia catedrali Sancti Petri presentibus
dominis doctoribus de collegio medicine videlicet ma
gistro Lando de Buvalinis tempore hujus decan
ni anni priore collegii medicorum, magistro Gui
dono de Preuntis, magistro Baldissera de confor
tis, magistro Petro de Tausignano, magistro
Francisco de Lultris predictis magistro Johanne
de Mutglio, magistro Petro de Tusignano, ma
gistro Guidotto de Henregipretas, magistro Ma
theo de Masinnatis, magistro Thoma de arien
tis, magistro Guilielmo de argele, nobili Ar
naldo Folcheri rectore universitatis predicte etiam
presentibus religioso viro fratre Carolo de Bono
nia bacalario in sacra pagina, domino Lu
chino de la ture de ultina studente in decre
talibus, domino Luciano de Janua testibus
et aliis prelatis, religiosis, nobilibus, clericis
et scolaribus ibidem in multitudine copiosa in
honorem dicti magistri Jacobini convocatis et
congregatis sub anno a nativitate domini no
stri Jhesu Christi millesimo trecentesimo octua
gesimo septimo Indictione decima die de
cima septima mensis Junii pontificatus do
mini nostri domini Urbani pape sexti an
no decimo.

Ego Johannes quondam Nannis olim domini
Romey de Pepolis Imperiali auctoritate et co
munis Bononie ac universitatis predicte ac dicti

domini Rectoris notarius predicta omnia supra scripta de mandato dicti domini Rectoris scripsi signumque meum consuetum apposui.

Da perg. orig. Vol. XXI. Raccolta Mantica-Rinoldi.

1390 . . . ?

. . . . Comes Tyrolensis & Nobili fideli nostro dilecto Wenceslao de Spegnenbergo Sa . . . . . um bonorum omnium incremento. fidelitati tue notificamus, Nos in Kalendas presentis mensis . . . . . de magnifico Alberto filio nostro, et Inclita Johanna Ducissa Bavarie in aula nostra Duc . . . . nstiarum solempnia celebrasse. Quare te attencius Deprecamur, quatenus pro ipsis . . . . . . solempnia honore, ad dictorum coniugum contemplationem, Johannem Franciscum Reverendi Dn. . . . Patriarche Aquilegiensis Istrionem, velis ut moris est tuo munere consolari. Datum Wienne . . . . . . mensis antedicti anno & Nonagesimo.

al di fuori

Nobili fideli nostro dilecto Wenceslao de Spegenbergo.

Dall'originale cartaceo esistente nell'archivio de' Signori Conti fratelli Fabio, e Nicolò di Maniago in un Cartolare segnato. Lettere diverse di Principi e Governatori à Signori di Spilimbergo

Maniago 30. agosto 1837

Frangipane

11. Luglio 838.

Carissimo Signor Professore

Si può ben dire, che Ella mi ama tanto da far anche, siccome porta il proverbio, moneta falsa per me. Bella invenzione peraltro, e degna di gran premio troverebbesi quella di mutar la pazienza in moneta sonante. Quanto mai lieto, e tranquillo con ciò diverrebbe il mondo! In verità non si può essere ad un tempo più gentile, e più ingegnoso, onde mi do per vinto, e la ringrazio senza fine; ma la prego poi a non mettere in circolazione d'or in avanti questa valuta fra noi, se vuole che andiamo d'accordo — Sull'anno di quella carta non cade il dubbio, che il nonaginta è chiaro. Giovanni di Moravia poteva benissimo dilettarsi d'Istrioni, e ciò mi indusse a tenermi al trecento quanto al secolo. Sentiremo, che ne dirà il suo amico. Anche l'argomento della stessa lettera ha bisogno d'illustrazione, perchè non vi scorgo quel Coltello re de' donativi — Mio Padre le fa mille ringraziamenti pe' suoi augurii, ed io seco lui nell'atto di abbracciarla di cuore

C fr

1594 [illegible] marzo. Udine. [illegible] Simone [illegible] [illegible] Sa[illegible]
[illegible] e Bernardo di Strasoldo come [illegible] Procuratori a rice[illegible]
[illegible] de S. [illegible] ...la prigione del Pa[illegible] [illegible] da [illegible]
[illegible] [illegible] detto e presentarlo al detto [illegible]
[illegible] [illegible] in [illegible] Udine.
[illegible] 1594, in[illegible] [illegible] [illegible], [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] Alberto [illegible], [illegible]
[illegible] Panzano, Henrico del Marescalch et Leonardo [illegible]
[illegible] [illegible] et Nobiles [illegible] D. Simon [illegible]
[illegible] Egregio [illegible] [illegible] Sa[illegible] et Bernardus
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible], [illegible], [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible], facto[illegible]
[illegible] [illegible] speciales et quicquid melius et utilius [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] Donatum de [illegible]
[illegible] [illegible] de Castello [illegible] [illegible]
[illegible] tamen quod [illegible] non [illegible], [illegible]
et extra [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et captivum [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]
et eorum bona omnia [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] omnibus et singulis renunciationibus, [illegible], obligationibus
[illegible] adiectionibus iuramentis et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] mortuum [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]
[illegible]
...eherij
...ithni
...ohsn
...ini
...Tur
...pm-
...gnij
...ntm
...ionj
...mnj
...nilis
...m

[illegible] ipsorum [illegible] casu quo ipsum D. Conradum in termino de quo [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] iter ad omnia alia et singula faciendum
[illegible] et [illegible] que in premissis et circa premissa fu[erint] [illegible]
necessaria et [illegible] et que ipsimet Domini constituentes facere possent
et [illegible] [illegible] interessent, dantes et concedentes
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et alia [illegible] plenam
et [illegible] [illegible] constituentes et quilibet ipsorum [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] dicte persone se perpetuo ratum, firmum
et [illegible] habere tenere et [illegible] ad omne id et quidquid per dictorum
eorum procuratores vel eorum alterum dictum, factum, promissum et obl[igatum]
[illegible] [illegible] [illegible] promissit et [illegible] promissorum et [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] obligatione et ypotheca [illegible] [illegible]
[illegible]

Copia Processus cum sententia interp. R.mi Patriarcham Aquilegiensis et Nob. DD. Maniaci idest confirmatio gravitus Dominij, et mansonis dicti Castri

F.a
F.ee.

In Christi nomine Amen Anno ab ejusdem nativitate millesimo tricentesimo nonagesimo tertio Ind.ne p.a Die vero lune 4 mensis Augusti, ante tertias, Actum Utini Aquileiensis diocesis, in Capella S.ti Joannis de Platea, in loco solite audientie, coram ven: et sapiente viro D: Coradino de Gallerate jur: utr: Doctor, et decano S.ti Columbani de Bonomia R.mi in Christo Patris et D. D: Joanis Dei Gratia Sancta Sedis Aquill. dig.mi Patriarche, in spiritualibus vicario Generali, presentibus sapientibus viris Dno Ant.o de Monticulis de Utino in iure civili licentiato, Sancto de Peregrinis de Justinopoli, et Lod.co de Biscofis de Sacillo ambobus in jure Canonico licentiatis et ven: viro D Gulielmo della Torre Canonico Civitatensi, atque providis viris Nicolussio Notario de S.ta Maria la Longa dicta Aquill. diocesis, et scriba Patriarchalis curiae Aquillegien: Nicolussio Not. de Cordenato diocesis Concordien: Not.o etiam, et scriba spiritualis Curie Patriarchalis testibus ad hoc habitis spetr, et rog.is, et alijs pluribus.

66 1393 4 agosto.
Instrumento del Vicario Patr. la del Patr. d'Aq. Giovanni ... per le molte ... il ... Maniago, di ... dei ... di Maniago.

Comparentibus in jud.o coram prefato D: Coradino vicario sedente pro tribunali provido viro Joanne Quari de Civitate Austria tamquam procurator, et procuratorio noie R.mi in Xpto Patris et Dni Dni Joannis Dei Gratia Sancte Sedis Aquileyen: Patriarche dig.mi ex parte una agente et Nobili viro Baldassio tamquam herede olim Nob: viri Galvani de Maniaco et maiore de domo sua, ex parte altera se deffendente, vi: gore citationis de predicto Baldassio ad presentes diem, et horam facta, dictus Joanes quo supra nomine mandatum unum produxit, tenoris, et continentia infrascripta quo mandato per me

Hotarium Infrascriptū ibidem loco, Prefatus D. vicarius consensu predicti D. Baldassij interveniente pronuntiauit predictu Joanem Hotarium legitimū esse procuratorem et sufficiens habere mandatū. qui Joannes Hot.s dicto noie sic legitimatus libellū seu petitionē suā produxit infrastam cuius petitionis seu libelli copia per dictū D. Vicarium prēd.o D. Baldassio predictis nominibus petenti decreta fl. D. Vic.s statuit et assignauit terminū eidem D. Baldassio ad respondendum predicto libello ad diem mercurij prox: uenturū predictis loco et hora, et ipsis partibus ad procedendum ulterius in huiusmodi causa —

Tenor libelli Illmi D. Patha sequit.

Coram uobis venerabili uiro D. Coradino de Galerate utriusque juris doctore S.ti Columbani de Bononia decano Illmo in xpo patris et Dni nrī, Dni Joannis Dei Gratia Patha Aquilegien. in spualibus vicario Genli Constitutus Joanes Zu: Tarde Ciuitate Austrie tamque procurator, et procuratorio noie prefati Dni nostri Patriarcha exponit contra, et aduersus Dom. virū D. Baldassium q. D. Galuani de Maniaco habitat. terre Aquileg. dioecesis, suo proprio noie, et tam quā maiorē domus sue pro consortibus suis, et contra quamlibet aliā personā pro eo legitime interueniente coram uobis, et dicit quod infrascripta bona uz primo in Fanna et Vrgnesio unus mansus rectus per Bartulus: sius Joanis feli, Item unus mansus rectus per Griffoneū Item unus mansus rectus per Blandussiū, item unus mansus rectus per Pirrissineū, item unus mansus rectus per uxorem q. Steplani Jacobi, Marchetti. Item unus mansus rectus per Morassiū Mollendinarium. Item unus mansus

rectus

ī Itē unus mansus rectus per Panthā,

2

rectus p Marobdassum, item unus mansus rectus p Zaronum, item unus mansus rectus per Laurentium Ma: glade, item unus mansus rectus per Miurin, item molendinum rectum p Marobdum, item livellus de Subriella, item mansus rectus per Nicolaum Boni item Livellus Jacomaci item livellus Petri millimande, item decima de Fanna item mansus rectus per gait, item in Maniaco unus mansus rectus per olim Pauli, item unus mansus rectus p Joannem q. Hoij, item unus mansus rectus p Paulum q. Raimondi, item unus mansus rectus p Antonium, et Joannem q. Melutti item mansus unus rectus per Michaelem, et Antonium Flor, item unus mansus rectus p Zaninum Decanum item mansus de Prato fabro, item livelli burgi Maniaci item in Basalgella mansus rectus per Leonardum, et Nicolaum. Item garritus, et dominium Maniaci cum omnibus Juribus et pertinentijs, et obuentionibus spectantibus ad suprascripta bona garritum, et dominium. Et que bona, mansi, et livelli olim regebantur per infrascriptas personas vz Corradum de Aricta fabrum filium Pascalis, Bertulinum filium Pergie, Silvestrum del Tor, et filios q. Petri Tramuntini, Blancum, Mielam, Zunittum, Michaelem, Petrum de Palma, Jacobum suttum, et heredes olim Arnoldi, Guzelum de Maniaco habitantes in Fanna Joannem Felli de Orgnesco, Nicolaum Orgnesco, et Pasutum de Selua, fuerunt et sunt pleno iure tam in possessione quam in proprietate spectauerunt, et pertinuerunt et spectant, et pertinent ad prefatum Dominum nostrum Patriarcham, et eius Ecclesiam Aquilegiensem, et prefatus Baldassius, et consortes sui de domo sua

à quadraginta annis circa ipsa bona indebite, et de facto occupaverunt, et occupata detinuerunt, et ad presens detinent et occupant et ad presens dictus Baldassus et sui consortes de domo sua Mancari ipsa bona dimit-tere, et relaxare eidem dno nostro Capitulo ac fructus per-ceptos per eos consignare penitus denegaverunt, et recu-saverunt, et ad presens negant, et recusant, in pre-iudicium animarum suarum et damnum non modicum ipsius dni nostri Capituli et eius Agrigentinae Ecclesiae quare petit idem Joannes procuratorio nomine ipsius dni nostri Capituli omnibus modo via, iure, et forma, quibus melius scit, et potest, per vos dnum Vicarium, et veram sententiam diffinitivam pronuntiari, sententiari, et declarari supradicta bona fuisse, et esse, et pleno iure spectasse, et pertinuisse, ac spectare, et pertinere ad ipsum dnum nostrum Capitulum, et eius Agrigentinae Ecclesiam, tam in proprietate, quam in possessione, et ipsum Joanne nomine quo supra fuisse, et esse inducen-dum, et ponendum in possessione ipsorum, et per vos imponi, et induci debere, et ipsum Baldassum et eius consortes de domo sua fuisse, et esse illicitos detentores, et occupatores ipsorum bonorum, et nullum ius competere eis in dictis bonis et ipsos tamquam illicitos detentores fuisse, et esse amoven-dos, et per vos amoveri debere à dictis occupatione, et de-tentione silentium perpetuum sibi imponentes. Item petit per vos pronunciari, sententiari, declarari, et condemnari ipsum Baldassum nominibus ut supra ad restituen-dum fructus pro toto tempore occupationis veri si ex-tant, et sinon extant eorum estimationem, quam facit ad

ad summam trecentorum ducatorum auri salua uestra taxa:
tione, et premissa petit per modum facte, et simplicis petitio:
nis, et petit per uos procedi debere summarie, de plano, et
protestans de expensis factis, et faciendis, non astringens se ad
probandum etc salvo jure addendi

Omissis interim aetitatis, et productis

Eisdem millesimo, et ind.ne, die uero mercurij sexto mensis aug.ti
ante tertias Arretini in Capella S.ti Joanis de Platea, in
loco solito audientie prefati dni. vicarij consueto suprascripto
presentibus ven: uero d: presb.ro Ant.o de Brezano Canonico
Concordiense, et providis uiris Nicolusio Horatio de Cor:
duato, et Nicolusio Horatio de S.ta Maria la Longa testibus
antescriptis omnibus habitis dictis testibus ad hec habitis
et rogatis –

Comparentibus in jud.o coram prefato d. Coradino vic.o pro tribu:
nali sedente provido juvene Joane Hor.o procuratore, et pro:
curatorio nomine quo sup.a actore, et Hor.o uiro d: Baldassio
nominibus quibus sup.a reo predicto, intendente eodem d: Baldas
sio dictis nominibus ad presentes die et horam assignato
ad respondendum libello, seu petitioni dicti Joanis Horatij
dicto nomine ac alioquin parti ad procedendum ulterius in
presenti causa. Ubi quidem dictus d: Baldassius nominibus
predictis, volens satisfacere termino predicto animo litem con
testandi, negauit narrata pro ut narrantur in dicto libello, et
petita pro ut petuntur fieri debere et consequenter produxit unam
scripturam in formam eiusdem libelli tenoris infrascripti. Cui
scripture sic producte, et presente Horatio infrascriptum ibidem lectum
dictus Joannes dicto nomine respondendo animo etiam

litem contestando similiter negavit narrata prout in
ipsa scriptura narrantur et petita prout petuntur fieri debere
quibus peractis comparentes d. vicarius utrique parti detulit solu
mnie juramentum, quae partes nominibus quibus supra praedictis dicto d.
vicario dixerunt animo litem ~~[illegible]~~ contestandi se dictis nominibus
se credere iuste posse peti omnino quae petebant in dictis
suis libellis seu petitionibus hinc inde productis, et similiter
se posse iuste deffendere et sic facta legitima super dictis libelis
inter eos litis contestatione eisdem partibus petentibus
ideo d. vicarius statuit, et assignavit terminum ad po-
nendum et articulandum ad diem veneris proxime venturam
praedictis loco et hora, nec non ad procedendum ulterius
in huiusmodi causa prout dictaverit ordo iuris.

Scriptura, et responsio ut supra

producta sequitur ut

Coram vobis venerabili, et sapienti viro D. Coradino de Galle.
rate utr: iur doct: Sancti Columbani de Verona decano
Rmi in Xpo patris, et dni Illmi dni Joannis Dei Gratia
Patha Aquill in Spiritualibus vic. Generali Constitutus
Nob. Baldassius filius, et heres q. d. Galuanis de Castro
Maniaci Concordiensis dioecesis habbitator veneti Aquilegensis
dioecesis suo proprio nomine, et tamquam maior domus sue
maniaci, dixit, et exponit contra, et adversus Joannem
Horarium Zuar de Civitate Austrie, tamquam procuratorem,
et procuratorio nomine praefati dni Illmi Patriarchae Aquill
seu contra quamlibet aliam personam in iudicio coram vobis
pro eo legitime comparente quod licet a tanto tempore
citra quod non est hominum in contrarium memoria
infra

infrascripta bona et mansi videlicet primo in Fanna, et Vegre: scio unus mansus rectus per Griffonum jtem unus rectus per Bertolussium q. Joanis fabri jtem unus mansus rectus per Blandussium jtem unus mansus rectus per Bressinum item unus mansus rectus per uxorem q. Jacobi maresotto item unus mansus olim rectus per Daniela, item unus mansus rectus per Marcoldussium jtem unus mansus rectus per Zanonem, item unus mansus rectus per Laurentium Maglardo jtem unus mansus rectus per Martinum, jtem unum molendinum rectum per Martinum q. Artuini. Jtem livellus de Subrella jtem mansus rectus per Paije, jtem decime de dicto loco de villa Fanie jtem in Maniaco unus mansus rectus per Kathey, jtem unus mansus rectus per Joanem q. Floij item unum mansus rectus per Santo q. Leonardi Raimoldi item unus mansus rectus per Antonium et Joanem q. Volculi de fontana jtem unus mansus rectus per Nicholaum decanum jtem unus mansus de Bravofabro jtem Livelli burgi Maniaci jtem garitus et dominium Maniaci jtem in Baradella unus mansus rectus per Leonardum, et Nicolaum Cum omnibus, et singulis juribus obuentionibus, pertinentijs spectantibus, et pertinentibus ad dicta bona mansos garitum, et dominium, et que bona mansi, et livelli olim regebantur per jnfrascriptas personas videlicet Conradum de Arza fabrum filium Cesaris, Beltramum filium Cerijse, Zanle Silvestrum de Thor filium q. Petri Tramuntini Blasium, mitta, Zumeta, micli, Petrum

terra de kalma, Gavimera, et heredes olim Arnoldi Guez=
zella de Maniaco, habbitatore in Santa Joane feli de
Argnesio, habitantes de Argnesio, et Sanctae de Selua
fuerint et ad hoc ad presens sunt ac pleno jure tam in
proprietate q3 in possessione spectauerint, et perti=
nuerint, et ad presens spectant, et pertinent ad ipsum
Baldassarum et ad domum seu Castri Maniaci et dictus
Baldassarius ipse, et nomine quo supra continuata
possessione q. maiorum suorum iuridice tenuerint, et
possederint, et ad presens teneant, et possideant
pacifice, et quiete supradicta bona a tanto tempore
citra, q. no' est hominum memoria in contrarium, et
usque ad tempus presentis motae litis tamen ipse
Joannes Horarius Zuar procuratorio nomine ipsi
h. Latzes in et supradictis bonis mansis garreta et
dominum ipsum Baldassarium suo proprio nomine
et hereditario nomine q. suprascriptis, et tamquam maiorem
de domo seu Castri Maniaci indebite, et de facto moles
tare, et inquietare, et perturbare no' cessat ipsum
coram vobis conveniendo, et ad uestram spirituale
juditiu' trahendo pro premissis bonis. Quare petit
idem Baldassarius suo proprio nomine, et tamq3
maior domus seu Castri maniaci omnibus modo uia
iure, et forma quibus melius sit et potest per uos D.
Vicarium et uestram diffinitiuam sententiam omnibus
modo uia, iure, et forma quibus melius sit, et de
iure debetis pronuntiari, sententiari declarari, et
promulgari

promulgari suprascripta bona mansos Garetu, et dominium fuisse, et esse ac pleno iure tam in proprietate, quam in possessione, spectasse, et pertinuisse, ac spectare, et pertinere ad eundem Baldassarium, et domum suam de Castro maniaci, et eundem Baldassarium, et domum suam de Iure tenuisse, et possedisse, ac tenere, et possidere suprascripta bona, et mansos garitu, et dominium Maniaci, tamquam bona propria eorum ad ipsos pleno iure spectantia, et pertinentia tam in proprietate, quam in possessione, et dictum Joanem Horarium ut tamquam procuratorem prefati Domini nostri Patriarche indebite, et de facto molestasse, inquietasse, et perturbasse prefatum Baldassarium suo proprio nomine, et tamquam maiorem domus sue Castri maniaci in, et super prefatis bonis mansis Garetu, et dominio silentium perpetuum super premissis imponendum, et prefato Domino nostro Patriarche et eius Aquilegensis Ecclesie nullum competisse ius nec competere in et super dictis bonis mansis, garitu et dominio et eundem Baldassarium suo proprio nomine, et tamquam maiorem domus Castri Maniaci fuisse, et esse absolvendum, et per eos absolui debere a petitionibus ipsius Joannis Horarij nomine quo supra factis et productis super premissis bonis mansis dominio, et garritu contra eundem Baldassarium nominibus quibus super, et premisso petit quemadmodum posita, et singulis petitionis

, et petit per eos procedi debere summarie, et de plano sup.
permissis protestans de expensis factis, et fiendis
in posterum, Nō astringens se ad probandum nisi necessa.
saluo jure addendi, minuendi, mutandi, corrigendi,
formandi de nouo, et producendi, et quolibet alio suo
jure —

Eisdem Millesimo, et Ind. die uero octaua mensis Augusti
suprad.ti ante tertias terminorum hora, acta in
loco supra.to presentibus sapientibus uiris Dno Sancto
de Peregrinis et D. Ant.o de Monticulis testibus suprascrip
tis, et sapiente uiro Dno Lodouico de Biscarsis de Saculo
et uen.li uiro Dno Guilino della Torre Canonico Ciuitatis
ac providis uiro Nicolussio not. de s.ta Maria la longa
omnib.s alijs habitanti. Utini testibus ad hoc conuo:
catis specialiter, et rogatis, et alijs quam pluribus
Coram prefato D. Corradino Vic.o in jud.o pro tribunali
sedente Comparentib.s supra.tis Joañi Ant.o Zuat
procuratorio nomine quo. supra, et D. Baltassio suo
proprio nomine, et quibus supra nominibus in termi.
ipsis partibus ad presentes diem, et horam ad ponendum
, et ad ulteriora in causa presenti procedendum assig.to
, ubi ipsi partes uolentes satisfacere eidem termino
positiones suas produxerunt tenorum et continentiarum
infrascriptarum, quarum productarum copiam petierunt
D:

[margin: productio positionum]

6.

D. vicarius ipsis partibus decernes statuit, et assignavit terminum utrique parti ad respondendum ipsis eisdem positionibus, et ulterius in huiusmodi causa procedendum quantum fuerit ratio ad diem sabbati proxime venturi praedictis loco, et hora.

Positiones D. Baldassis de Maniaco sunt vero

Omissis illis Rmi D. Patris

Coram vobis venerando viro D. Corradino de Gallarate utr: jur: Doct. S.ti Columbani de Bononia decano Rmi in Christo Patris, et D. nri Dni Joanis Dei gratia Patriarche Aquilegiensis in spiritualibus vic.o generali, ponit nobilis vir D. Baldassius q. Dni Galvani de Maniaco suo propr. nomine, et tamquam maior pro suis de domo sua Castri Maniaci in causa quam sibi movet Joannes Notarius Zuan de Civitate Austria tamquam Procurator prefati Dni Dni Patriarche Aquilegensis nomine, et ocasione infrascriptorum bonorum videlicet, et p. unius mansi recti per Bartolussium q. Joanis fili, unius mansi recti per Griffonum, Mansi recti per - - - uxorem Aeglani, Jacobi mardetto, Mansi recti per meretu Jacobi, Mansi recti per Morassium molendinarium, Mansi recti per Petrum, Mansi recti per Maratussium, Mansi recti per Zanonum, Mansi recti per Laurentium Maglade, Mansi recti per Muinu, Molendini recti per Nicolaum Lucelli Jaumaci boni, Mansi recti per Pagie decima de

Fanà item in Maniaco mansi recti per olim Patle, Mansi recti per Joane q. Horj, mansi recti per Paulum q. Reijnaldi, Mansi recti per Antonium, et Joanem q. Pelli, Mansi recti per Niculum, et Antonium Flor, Mansi recti per Zaninam ~~Zaninam~~ Beranum, mansi recti in Prato fabro, Villorum burghi Maniaci Item in Basaldella mansi recti per Leonardum, et Nicolaum, item Garrii, et dominij de Maniaco cum juribus et pertinentijs suis super quibus bonis dictus Joanes Hor. Zuan pro curatorio nomine ut supra molestat, et inquietat ipsum Baldassium prout in petitione sua continetur positiones suas infrastas, quibus petit quod dictus Joanes nomine quo supra respondere debeat sufficienter, et clare, et in casu quo negentur, illas ex nunc pro suis articulis producit, quos probare intendit, et fidem facere sufficienter copulative, alternative, conjunctim, et divisim, prout melius videbitur convenire, non astringens se ad probandum nisi necessaria, salvo jure addendi, minuendi, corrigendi, declarandi de novo, formandi producendi, et quolibet alio jure suo.

Et primo quod suprascripta bona, Mansi Garrius, et dominium in protestatio descripta fuerunt, et sunt reputata, et nominata bona propria ipsius quondam Galuani, et post ipsius mortem ipsius Baldassij et suorum de domo sua et ad ipsos pleno jure spectare, et pertinere tam in pro:

prietate

prietate, q(uod) in possessione a centum Annis citra, et ultra, et per tantum tempus q(uod) non est memoria hominum in contrarium, Respondit q(uod) non credit –

Item q(uod) ad presens reputantur bona propria quius Baldassij, et suorum de domo sua, et ad presens pleno jure spectare, et pertinere tam in proprietate, quam in possessi: one Respondit q(uod) non credit --

Item q(uod) dictus Baldassius, et sui de domo sua continuata possessione sua cum possessione suorum maiorum de domo sua Castri Maniaci, pacifice, et quiete tenuerunt possiderunt supradicta bona, Mansus, garritum, et dominium tamq(uam) bona propria ab annis citra 100, 90, 80, 70, 60, 50, 40, 30, 20, 10, 5, 4, 3, 2, 1, et usq(ue) tempus presentis mote litis, cum perceptione fructuum vel maioris partis ipsorum excepto uno Anno quo Dominus Nicolaus de Fana ad instantia Domini Cardi: nalis de Blanerno ipsum Baldassium molestavit, turbavit de facto de dictis bonis. Respondit q(uod) non credit –

Item q(uod) dictus Baldassius, et sui de domo sua ad presens te: nent, et possident supradicta bona, mansos dominium et garritum, tamq(uam) bona propria cum perceptione fructuum vel maioris partis ipsorum Respondit q(uod) non credit –

Item q(uod) de predictis omnibus, et singulis est publica vox, et fama in Maniaco, et Fanna, et alibi Respondit q(uod) de negatis

no' credit, et de Confessis sic,

Item qz dictus Joannes Hor: quo supra indebite, et de facto molestat, et inquietabat ipsum z Bato assium noie quo supra de, et super dictis bonis, mansis, Garritu, et dominio T respondit qz juste petit tamqz bona spectantia ad prefacta D: Bartham, et ad eius Aquil legense ecclesia

<omissis alijs actitatis, et productis>

Die 17 Augusti 1393

Benvenutus dictus Gattus q: Joannis Beani de Maniaco testis productus, et juratus ut supra, et interrogatus super articulis suprascriptis, et §. supp primo qui incipit, et §. qui incipit, et primo, eidem testi ad sua plena intelligentia lecto declarato, et vulgarizato interrog. deposuit, et testificatus est in hanc modum qz tempore vite sue et mortis de Galvani in dicto articulo nomi nati suprascripti mansi, liella, et Runa de Tramna, et sup rascripti mansi, garritus et liella de Maniaco, et Man si de Basaldella, et de Brattofabro in prolemis suprascriptorum articulorum nominati, et declarati fuerunt, et erant repu tati mansi garritus liella, et bona propria dicti olim D: Galvani, et in ipsis faciebat tamqz de re sua propria absqz contradictione alicuius persone, et etiam dixit

A. idem testis se clare scire et recordari qz idem D. Gal vanus dn' vivebat, tenebat, et possidebat dictum

garritum

Garritum Maniaci, tamq̃ suis propriis nomine mo-
vente ubi litem. Interrogatus qualiter sciebat, respondit
q. plures, et pluribus vicibus, et annis vidit prefatu
D. Galuanu sedere ad judicium pedente jus unicuiq.
petenti, et faciebat sedere pro se, et vadias exigentem
a delinquentibus, et dixit idem testis se recordari, et
clare scire q. idem D. Galuanus suspendi fecit tres ad
furcas videlicet quenda noĩe Beranu Jaumenu
Clarentine, et Dominicum Jene, qui sententiati fue
runt cora D. Galuano ipso sedente ad garritu in Ma
niaio. Interrogatus de tempore respondit q. erant elapsi
quinquaginta quinq. Anni quibus primo vidit soluere
affictus suprad.to D. Galuano pro suprascriptis mansis.
Interrogatus quot anni erant q. idem D. Galuanus obijt
respondit in festo Epiphanie prox.e venture erant anni
triginta nove seu quadraginta q. quidem D. Gal
uanus obijt post vero mortem dicti D. Galuani
suprad.te mansi garritus livella, et bona omnia per
venerunt ad manus filiorum dicti D. Galuani
videlicet Fidili p. Gaspardi p. Baldassij, et aliorum
fratrum et aliorum de ipsorum domo ipsas mansos
garritu livella, et decima tenendo, et possidendo
tamq̃ bona ipsorum propria absq. impedimento ali-
cuius persone usq. ad tempus mote litis p.dictum
D. nostrum Joanne ~~Bapta~~ Lactam suprastum

presermissa alterius depositione dicti testis super isto p.mo et subsequentibus Capitulis

Super aliis articulis eidem testi ad suam plenam intelligentiam et declarationem lectis declaratis et vulgarizatis interrogatus [illegible] nihil aliud scire nisi prout supra deposuit. Interrogatus cuius annorum erat respondit quod erat annorum nonaginta quinque interrogatus si fuit doctus vel rogatus respondit quod non interrogatus quam partem velet obtinere respondit partem ius habentem interrogatus si erat massarius bonorum de manuteo respondit ~~partem ius habentem~~ quod non interrogatus si erat liber respondit quod sic.

Frater Nicolaus Heremita in Ecclesia S.ti Laurentij de monte inter fama et Plancum testis productus et iuratus ut supra, et interrogatus super articulis suprascriptis, et p.o ~

Super primo qui sic incipit et primo et eidem testi ad suam intelligentiam lecto vulgarizato et declarato interrogatus testificatus est, et deposuit in hunc modum videlicet quod ista S.ta Maria de mense septembris proxime sexaginta seu 61 anni quibus iuit habitatum pro heremita in dicta Ecclesia S.ti Laurentij, et antequam in dicta ecclesia S. Laurentij iuisset habitatum per quam plures annos antea Dominum D. Galuanus in Capitulo nominatus tenebat et possidebat dictos mansos de Basabella, et Pratofalm

et

et etiam mansos, et decimas, et livellos Iacomarij de Sab 9
razza de Zanna in proemio supra scriptorum articulorum
nominatis et declaratis, et de ipsis fuit, et erat repu
tatus, et nominatus verus dominus, et proprietarius
, et sic fuit nominatus et reputatus idem d. Gal
vanus verus dominus et proprietarius et possessor
dictorum mansorum garritus, et sibi livellarum de
Maniaco.

Et etiam vidit idem testis prout dixit, supradictum
d. Galvanum tenere, et possidere garritum, et dominium
Maniaci, et sedere in garrito in Maniaco, ad jus red
dendum, et ponere alias leges etc, et exigere multas, a delin
quentibus, ac etiam vidit quod idem d. Galvanus sus
pendi fecit in Maniaco tres homines propter certa
furta, videlicet, unum nomine Tecanus qui furatus
fuerat certas pannos alium dominicum yeme, et quendam
alium nomine Justum, et sententiati fuerunt coram dicto
d. Galvano in Maniaco, et reliqua etc.

Et vidit dictos filios dicti d. Galvani videlicet d. Baldas
sum, et fratres sedere in iudicio ad garritum in Ma:
niaco, et exigere a delinquentibus multas, et recor:
datur quod dictus d. Baldassius, et nepotes fecerunt decapi
tare quendam Jacobum Vanussij propter quoddam homi:
cidium, et dixit idem testis quod nesciebat quod a suo recor:
dato citra aliquis jus habuerit in supradictis mansis

lucellis, et garitu, nisi dnus Galuanus predictus et filij sui, et alij de domo sua, nec aliquis mouisset, ei litem nisi dnus Karlo ac dictus d. Nicolaus de Fanna pro dno Philippo Landi

Omissa depositione dicti testis in alijs partib. et cap.lis Super articulo de uoce, et fama eidem testi lecto, et declarato Interrog. respondit q. de testificatis p. eu. est publica uox, et fama in Maniaco in Fanna, et in alijs locis jurisd. Interrog. quot annorum idem testis erat respondit qd circa annorum centu. Inter. si fuit doctus, uel rog. sic testificare respondit qd nõ Inter. quam partem uicet respondit qd jus habente —

Die 18 Aug.ti 1393.

Antonius Zanfurgninus de Maniaco testis productus ut supra, et interrogatus super primo articulo su: prascriptorum articulorum eidem testi lecto, et declarato deposuit in hunc modum uidelicet qd recordatur bene á quadraginta quinque annis citra, et ultra qd Dnus Galuanus in d. articulo nominatus primo cepisset affictus dictorum mansorum d. Fanna ac deci: tam decimas de Fana, et reliqua, quæ ommittuntur, Et similiter dixit idem testis qd a dicto tempore citra idem d. Galuanus fuit reputatus uerus dominus, et proprietarius garritus de Maniaco Interrog. quomodo scit, respondit qd pluries, et pluribus uicibus, et

Annis

Annis uidit pfactum D. Galuanum sedere in Guid.° ad ius reddendum in Maniaco, et facere sedere pro se, et sedere ius unicuiq3 petenti et exigere uadias ab jnuidentibus in eis, et dixit idem testis se pro maiori memoria recordari q3 idem D. Galuanus suspendi fecit tres in Maniaco, et coram eo in garita fuerunt sentenciati, uidelicet quendam nomine Decanum Jacomucium Clarentine, et Dominicum ipene jnterrogatus a quanto tempore citra pred. fuerunt, respondit q3 a quadraginta quinq3 annis citra, et ultra, et usquequo idem D. Galuanus uixit post cuius D. Galuani mortem dixit idem testis q simili ter filij sui uidelicet f. Michel, Gaspardus, et Baltas sius, et alij de domo ipsorum fuerunt reputati, et reputantur ueri dni, et proprietarij de supradictis mansis de Maniaco prato fabro, Basatdella Ciuellis burghi Maniaci, et de Garrita maniaci et reliqua que ommitentur ~

Super alio articulo sibi lecto jnterrog.s respondit se nihil scire: jnterrog.s si fuit doctus rog.s sic testificare, et si testificatus est odio uel amore respondit q3 no, et q3 testificatus est illud quod scit et recordatur interr.s si est massarius Dnorum de Maniaco respondit q3 no. Interr. quot annorum erat, respondit q3 erat annorum ultra sexaginta ~

Nicolaus q. Bartolomei dicti Rossij de Anureis testis
prod.s et juratus ut s.a et interrog.s super omnibus
articulis suprad.tis eidem testi et ad sui plenam in
telligentiam lectis vulgarizatis et declaratis respondit
se tantum scire verd.r quod supradictus olim d. Galuanus
reputabatur, et reputatur quod erat verus dominus pro:
prietarius, et possessor supradictorum mansorum de Fania
de Maniaco, de Ratto fabro, et d. Basatdella tivellorum
burgi maniaci, et garritus de Maniaco Interrog.s
quomodo sit predicta respondit quod cognoscebat om
nes massarios in premissis supradictorum articulorum
nominatos, et quod ipsedem testis veniebat ad solvendum
affictus suos dno Galuano pro quodd. manso tune
temporis et cum vero reperiebat pro maiori parte
omnes massarios de Fanna ad domum dicti d. Galuani
cum eorum affictibus, una cum quodam Joanne
Mielle de Fania q.m d. Galuani Gastaldione seu
decano, et dicebat eidem dno Galuano, dne iste
soluit tot, et tot, et iste est affictus decime de Fania
et plures etiam vidit dictos massarios de Mani
aco Ratto fabro, et de Basatdiella eidem d. Galuano
soluere affictus, et etiam in nativitate dni nri Jesu
Christi soluere collecta quod aliquos de Maniaco super
certis domibus in burgo Maniaci, et vidit etiam
dictum d. Galuanum sedere ad Garritum ad jus reddendum
in

in Maniaco, et facere sedere pro se, et exiger' vadias a
delinquentibus, et recordabat' q3 idem d. Galicanus fecit
suspendi tres homines qui furati fuerant Interrog. de
tempore respondit, q3 erat bene quinquaginta anni
quib. pred.a per eum testificata vidit. Post vicius dni
Galvani mortem dixit Idem testis q3 Batrasius, et fra-
tres, et nepotes sui fuerunt in tenuta, et possessione
supradictorum mansorum, livellorum garritus, et decime in pro-
emio supradictorum articulorum specificatorum, et de ipsis fue-
runt reputati veri dni, et proprietarij, et nescit
q3 aliquis eis movisset litem de predictis usq3 ad pre-
sentem diem: nisi pro ut dixit audivit dominus noster
Karla presentialiter impedit dicta bona, Interrog.
quo modo, et qualiter scit pred.a respondit q3 plu-
ribus vicibus vidit supradictorum massarios solvere
affictus supradicta s. Batrasio, et fratribus et nepotibus
pro dictis mansis ac etiam vidit ipsos sedere in ga-
ritu in Maniaco ad ius reddendum, et alud loca sui in
garritu facere sedere, et exiger' vadias a delinquen-
tibus absq3 impedimento alicuius personae, et recor-
dabatur q3 D. Batrasius, et nepotes fuerunt decapi-
tare quendam hominem in Maniaco Interrog. si fuit
dictus vel rogatus respondit q3 no' Interrogatus
cuius massarius est respondit q3 ad presens est
massarius loco, et facto dni Episcopi Concordiensis
et habet, et tenet unum bonum in Pietrosa[?] a dnis
de Maniaco, Interrog. quot annorum erat respondit

q. erat anorum sexaginta quinque —

Maurus q. Venuti Dell'Ulvarij de Maniaco testis productus juratus ut supra, et interrog.s super omnibus articu: lis suprascriptis eidem singulariter, et per se lectis vulgarizatis, et declaratis respondit se tantum scire quod Ali quando videbat maiorem partem massariorum mansorum de Fanna et quasi omnes venire Maniacum cum Joanne Mele Decano in Fanna D. Galvani in d.o artic: ulo nominati, et ducentes affictus eidem D.no sed cuius masserii affictus essent, respondit se ignorare, et au: diuit ab ore proprio dicti D. Galvani dicentis q. dicti massarij dictorum mansorum de Fanna erant sui mas sarij, et vidit etiam dictum D. Galvanum sedere in Gavitte, et facere sedere pro se ad jus reddendum et puniendo nocentes; et dixit idem testis se recordari q. d. Galvanus pred.s fecit suspendi tres ad furcas qui furati fuerant interrog.s de tempore respondit q. erant elapsi plures anni quibus primo predicta fuerunt. Post cuius D. Galvani mortem dixit idem testis q. vidit etiam quam plures ex dictis massarijs de Fanna in suprascripto proemio nominatis venire Mani: acum cum affictibus ad domum ex dictorum D. Michili, Gas pardi, et Baldassij Interrogatus cuius masserii affic: tus erant, respondit q. Nescit, et hoc dixit sure de bonis de Fanna super mansis Cudelis, gavita de Ma niaco ac mansis de Prato fabro, et Bassadella dixit

idem

eidem testi q͡z a morte dicti D. Galuani citra usque in presentem diem suprascripti mansi, garitus, et liuelli fuerunt, et sunt reputati proprij Baldassij ff Gaspardi, et illorum de domo ipsorum ipsos mansos liuella, et Garritum tenendo, et possidendo affictus mansorum et liuellorum exigendo ff et reliqua quae omittuntur

Die 19: Augusti 1393

Menius q. Jacobi Zanuti de Maniaco Testis productus juratus ut super, et interrogatus super omnibus Capitulis suprascriptis eidem testi vulgarizatis, et per se lectis, et declaratis, respondit se tantum scire verum q͡z clare recordatur q͡z dictus D. Galuanus in dictis articulis nominatus gaudebat, tenebat, et possidebat mansos de Franna et Maniaco, et garitum de Maniaco, et liuella burgi Maniaci ff et reliqua quae omittuntur —

Et dixit idem testis suprafacto garritus Maniaci q͡z dictus D. Galuanus sedebat in garritu in Maniaco, et puniebat nocentes, et suspendi fecit tres fures, et similiter filij sui post suam mortem possiderunt dictum garritum tamq͡z eorum proprium —

(Omissis alijs actitatis, et sequitur)

Sententia

In Christi nomine, et Beatae virginis gloriosae Amen. Nos Conradinus de Galerate utr: ut: doct: S.ti Columbani de Bononia decanus, R.mi in Christo Patris D. D. Joannis generalis, et Cognitor petitionum seu libellorum coram nobis porrectarum in causa vertente coram nobis inter

inter providum iuvenem ? Joannem Zuarium Notarium
de Civitate Austria procuratorem, et procuratorio nomine
praefati Rmi. Patris, et Dni Dni Patriarche ex una parte agente
et Nobilem virum ? Baldassarem olim Dom: Galvani de
Maniacho, et tamquam maiorem domus eius de Maniaco
ex alia parte se defendentem quarum quidem petitionum
seu libellorum tenores tales esse dignoscuntur Coram
vobis venerabili viro D: Corradino de Gallarate ut:
iur: Doct. S. Columbani de Bononia Decano Rmi in
Christo patris D. D. Joannis Dei gratia Patriarche Aquilej.
in spiritualibus Vic.o Genli, Constitutus Joannes
Nor. Zuarius de Civitate Austria tamquam procurator
Ven. ? et procuratorio nomine praefati D. D. Patriarche exponit
contra, et adversus Nob: virum D. Baldassarem q. D. Gal
vani de Maniaco habitis ... et reliqua quae con
tinentur, et exceptiones Nob: D. Baldasij -
Nos igitur Corradinus praefatus visis petitionibus seu libellis
praedictis responsionibus ad eosdem litis contestatione
juramento de calumnia de veritate dicenda per ambas
partes prepositionibus, et articulis in causa productis
visisque confessionibus, et probationibus tam per
testes quam per instrumenta factis conclusione etiam per nos in
causa de consensu ambarum partium allegationibus
utriusque partis auditis examinatisque juribus et
instrumentis ambarum partium praedictarum, et Commu
nicato peritorum consilio partibus, et monitis atque
sententiam fieri petentibus Christi, et Sanctae Virginis
suffragiis

suffragiis invocatis dicimus, promulgamus, et in hac parte
diffinimus quod declaramus prefatum d. Baldassarium suo, et
dictis nominibus habuisse, et de presenti habere certum, et justi
hominij titulum in bonis jurisdictionibus garritis mansis pos
sessionibus, et decimis in dictis libellis seu petitionibus con:
tentis, et d.a bona jurisd.tes garritas mansos decimas, et posses
siones possedisse, et possidere certo, et juridico titulo tamquam
bona eorum propria, et propterea dictum d. Baldassarium per hanc
nostram sententiam suo, et dictis nominibus a petitione seu libello
predicto per d.m Joannem Horatium Zuarum dicto nomine pro:
ducto absoluimus Mandantes etiam per hanc nostram sententiam
d. Joanni Zuar dicto nomine quatenus sinat, et permittat
d.m d. Baldassarum suo, et dictis nominibus pacifice, et qui
ete dicta bona jurisdictiones garritas, mansos possessio:
nes, et domos possidere, et in possessione seu quasi dictorum
bonorum jurisd.m garritorum decimarum, mansorum, et pos
sessionum posse turbare nec non in possessione seu molestari
et tantam faciendi [illegible] in expensis litis presentis causæ
taxatione nobis in posterum reservantes, [illegible] victoriam in
expensis condemnamus, et predicta sic dicimus, et in his
scriptis diffinimus omni modo, via, et forma quibus melius possumus
et de jure debemus. —

Lecta, et in scriptis promulgata fuit dicta diffinitiva
sententia per supradictum D. Bradinum Vicarium in infrascripta sua solita
audientia pro tribunali sedente Anno Domini Nostri Jesu
Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio Ind.ne prima
die martis 16. mensis septembris ante ~~ante~~ tertias Vrbini
Aquilegiensis Dioecesis in Capella S.ti Joannis de Plathea in loco

solito audientiæ præfati R. Vicarij generalis sedentis viis D. Andrea Gerij D. Tempesta Canonico Aquileiensi, et Petro Antonio Presbytero Bartholomeo Vilixini Stephano Morgelini de Tomadasio ambobus de Civitate Austriæ, et alijs Testibus habitis, et rogatis

Presentibus partibus suprascriptis quam R. Vicarium ad dictam sententiam diffinitivam audiendum monitis, et renunciantibus ferijs propter vindemias indictas Cui quidem sententiæ sic latæ dictus Baldassar suo, et quibus supra nominibus dixit quod in quantum faceret pro eius parte consentiebat, et astringebat —

Ego Petrus Bonus quondam Veritatis de Josepis de Verona publicus Imperiali auctoritate Notarius et spiritualis Curiæ Patriarchalis Aquileiensis scriba, suprascriptæ diffinitivæ sententiæ promulgationi, et pronunciationi ac omnibus, et alijs, et singulis suprascriptis præfato R. D. Coradino Vicario fatis dum sic ut premittitur agerentur, et fierent una cum prenominatis ~~nationis~~ natis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri fieri vidi, et audivi propriaque manu in hanc publicam formam redigens signo, et nomine meis appositis consuetis in fidem, et testimonium omnium premissorum ~~personam~~ rogatus, et requisitus, ac etiam de mandato præfati R. Vicarij scripsi.

Ex quodam processu antiquo existenti in Archivio scripturarum Hobsthu Dni Consuetud Maniace cum subscriptione in fine Dni Petri Boni Notarij, et Cancelarij supradicti desumptum b: Parthe ... partibus ad negotium fac

Locus signi Notarij

facietis omissis et alijs non relevantibus. Ego Dominicus Vianus Apostolica, et Imperialis Notarius rogatus fideliter exemplavi omnia suprascripta, et cum signo solito subscripsi in fidem

In Maniaco Die 18 may 1561 ex Archivio

Supra istam sententiam latam per prenominatum D. ~~Prenominatum~~ D. Coradinum de Gallerate Vicarium Generalem Reverendissimi D. Bartholomei Aquilliery (interveniente petitione D. Fiscalis dicti Reverendissimi D. Bartholomei, et responsione Nobilium Dominorum Conventus Maniaci, descriptis, et registratis in presenti processu ad cartas unam, et tres a tergo) exaratam, et subscriptam in membranis in probanteem formam manu propria, et unico carractere suprascripti D. Petri Boni Notarii Curie Cathedralis qui etiam in presentis processus fine ipsam sententiam eiusdem et tenoris, et continentie edaxit atque per me Notarium viam, lectam, eidem consonantem, et concordantem inventam. Ego idem qui supra Dominicus Vianus Notarius fidem faciendo, et attestando sic autenticam in ampla forma vidisse, in membranis legisse, et eundem met tenorem continere invenisse subscripsi, et roboravi

Ego idem qui supra Dominicus Vianus propria manu subscripsi, et cum signo solito roboravi

Locus signi notarij

Ego Claudius Paulini q. D. Nicolai Publicus Venetus Notarius hanc copiam extractam ex quodam processu subscripto, et signato, prout apparet, manu supradicti D. Dominici Viani, et cum legalitate in fine ipsius processus, et Sancti Marcii sigillo, collationavi, et quia concordare inveni in fidem subscripsi, et signavi.

il 5 adi XI Giugno

Il p̃ente proc.° di i.° ii scritte et non è stato p̃entato nel ma
g.ᵗᵒ dei feudi, et in scrit.° come nel proc.° di leg.ᵗᵒ di p̃ente g

F lx.°

1393, 11 novembre, Gemona. Contratto per [illegible]
la fonte di Ga[illegible]

[illegible]

A. D. 1393 ind. I, die XI novembris, Glemone ante domum Christofori q. Ruberti, presentibus Bonifacio notario, Fraxino, Christofolino, Nicolao Virgulti et aliis

ibique Magistri Zaninus et Nicolaus muratores promiserunt Bene, Zanutio Muntisani, Nicolao Fraxini deputatis ad faciendum facere magisterium quamtumcumque conductum aque fontis conducendo et ad unum arcilatum vel pedratum subtus sufficientem ad recolligendum dictum fontem et unum lapidem perforatum qui ..... debet esse de uno passu, ~~alter non de passu~~ alta de passu communi et bene ut aqua predicta tota conduci et recolligi possit et non perdatur, usque ad festum S. Andree, pro quinque marchis solidorum, sub obligatione omnium eorum bonorum etc.

1393. 9 Dec. Duc. agli Udinesi sull'invio dell'ambasciatore Michele Steno in Friuli

.7.2.

Antonius Venerio Dei Gratia Dux Venetiarum Nobilibus, et Egregijs Viris Septem Deputatis, Consilio, et Communi Utini Amicis Dilectis Salutem, et sinceræ Dilectionis affectum. Mittimus ad presentiam Nobilitatis vestræ in nostrum Oratorem solemnem Nobilem, et Sapientem Virum Michaelem Steno Procuratorem Sancti Marci, Dilectum, et honorabilem Civem Nostrum, cui aliqua commisimus eidem vestræ Nobilitati vivæ vocis Oraculo referenda affectuose rogantes, quod ejus relationibus placeat credulitatis fidem plenissimam impartiri.

Datæ in Nostro Ducali Palatio Die Nona Decembris Indictione prima.

Ab extra

Egregijs, et Nobilibus Viris Septem Deputatis Consilio, et Communi Utini.

Ex Consimilibus authenticis in Offitio Cancellariæ Magnificæ Civitatis Utini existentibus

L. S.

Ferandus Ormianus Cancellarius

Die prima Octobris 1740.

III^c. (Dall' Arch. Notarile di Padova. Rogiti del notajo Bandino de Brazzi. Lib. 5° p. 319).

1394; 5 Febbrajo. Padova. Morando conte di Porcia approva quanto fece il suo procuratore avanti gli arbitri nelle differenze tra il Comune di Sacile ed i Conti di Porcia.

In christi nomine. Amen. Anno eiusdem nativitatis Millesimotrecentesimo nonagesimoquarto. Indictione secunda die jovis quinto mensis februarii. Padue sub locia cancellarie Magnifici et Excelsi domini domini Francisci de carraria Padue etc. presentibus Egregiis legumdoctoribus domino Benedicto de senis prefati magnifici domini Vicario. domino Daniele de rido de padua, et francisco de Beringradu cive paduano nec non nobili et sapiente viro domino Guillelmo de curtarodulo jurisperito cive paduano omnibus prefati magnifici domini consiliariis testibus vocatisetrogatis et aliis. Spectabilis ac Egregius et nobilis vir dominus Morandus comes de purciliis filius olim bonememorie domini Guecelonis comitis de purciliis In civitate padue presentialiter moram trahens. Ratificando laudando et approbando, omnia gesta agitata per magistrum Anthonium quondam ser Odorici de Cavertino de ceneta nomine et vice ~~domini~~ dicti domini Morandi coram nobilibus et sapientibus viris dominis francisco donato de Strugavacha, et sancto de peregrinis de Justinopoli In Jure canonico ~~laureatis~~ licentiatis tanquam arbitris et arbitratoribus assumptis et electis inter Reverendissimum in christo patrem et dominum dominum Johannem dei gratia patriarcham Aquilegiensis Ecclesie, seu dominum

Thomasium Sedendorf vicecapitaneum terre sacillis ac sindicum et procuratorem nec non sindicario et procuratorio nomine dicti domini patriarche. et ser ~~Victri~~ Dictri- cum pelizam sindicum et procuratorem nec non sindicario et procuratorio nomine, Comunitatis Sacillis ex una parte constitutos, et Nobiles et Egregios viros Dominos Jacomucium quondam ~~bone~~ memorie domini Artichi, Brazaliam et Guidonem fratres quondam bone memorie domini Biachini, Articum quondam bone memorie Guccelonis, Jacobum filium strenui militis domini Ludovici, omnes comites de purciliis, ex parte altera, prout de predictis plene constat ut asserit dictus Dominus Marandus in Instiumento et actis scriptis per Desideratum notarium quondam ser Desiderati de Francti... qui ad presens habitat in Brugneria et per magistrum ~~Bortholum~~ Bartholomeum quondam (lacuna) de Ceneta notarium ad presens in sacillo. Omni iure via modo et forma quibus melius et efficacius potuit ac potest, fecit constituit creavit et ordinavit, Egregium et nobilem virum Guidonem quondam recolende memorie domini Biachini Comitis de purciliis, nec non Johannem Belinum quondam ser Zacharie de Brugneria et predictum magistrum Arthonium de Carretino de Ceneta absentes tanquam presentes et quemlibet ipsorum in solidum Ita quod occupantis conditio potior non existat, et

id quod unus ipsorum Inceperit alius possit mediare prosequi et finire, suos certos et veros nuncios missos actores negotiorum gestores et legitimos ac speciales procuratores, et quicquid magis melius et amplius dici censeri et esse possunt: specialiter et nominatim ad comparendum et existendum pro ipso constituente et eius nomine coram dictis Arbitris, vigore et occasione contentorum in dicto compromisso Et ad prosequendum causam et litem ipsam. Item in causa et causis ipsis et omnibus dependentibus ab eisdem. ad agendum causandum defendendum, excipiendum reprobandum comparendum et protestandum. libellum et libellos dandum petendum et recipiendum. litem contestandum sacramentum calumpnie et cuiuslibet alterius generis sacramentum In anima ipsius constituentis prestandum, positiones et iurationes faciendum, et partis adverse positionibus per sacramentum respondendum, confitendum et negandum, terminos et dilationes petendum dandum et recipiendum et eis renuntiandum. Testes instrumenta probationes et queque sua iura Inducendum et alegandum, et tam suos quam partis adverse testes Iurare et publicare videndum petendum et faciendum contra personas, et dicta testium protestandum, et si opus fuerit partis adverse testes civiliter et criminaliter reprobandum et de falso accusandum, judices et notarios eligendum et recusandum suspectos et confidentes dandum - In causa et causis concludendum sententiam et sententias audiendum, Appellandum et appellationis causam usque ad finem legitime prosequendum, quascumque sententias et confessiones executioni mandari petendum et faciendum. Et generaliter ad omnia alia et singula agendum dicendum faciendum procurandum promittendum et executioni mandandum, que merita causarum et negotiorum exigunt et requirunt, et que ipse vice con-

stituet si adesset facere posset, et que quilibet verus et legi-
timus procurator dicere facere et exercere potest et que
in predictis ~~exercata~~ et circa ea fuerint necessaria utilia et oportuna.
Dans et concedens dictis suis procuratoribus et cuilibet ipso-
rum in solidum plenum liberum et generale mandatum,
ac etiam speciale ubi exigitur cum plena libera generali et
speciali administratione et potestate in omnibus et singulis
suprascriptis ac dependentibus et connexis ab eis et eorum
quolibet. Promittens ipse constituens mihi Bandino notario
infrascripto ut publice persone stipulanti et recipienti
nomine et vice omnium et singulorum quorum interest
vel interesse posset se semper firmum ratum et gratum
habere tenere attendere et observare quicquid per ipsos
procuratores suos et quemlibet ipsorum Insolidum di-
ctum factum gestum et procuratum fuerit. et non contra-
facere vel venire ratione aliqua vel causa sub Ipotheca et obli-
gatione omnium suorum bonorum mobilium et Immobi-
lium presentium et futurorum. Volens ~~saine~~ ex nunc dictos suos
procuratores ab omni ~~satisfactionis~~ satisdacionis onere relevare et re-
levans de iudicio sisti, Judicato solvendo et judicatum sol-
vere ~~protinus~~ promittens. Constituens se pro eis fideiussorem in omni-
bus clausulis suprascriptis sub obligatione predicta.

Dai rogiti del notajo Bandino de Braggi di Padova Vol. V. pag. 319. Arch. Notar. Padova — Padova 12 giugno 1890

Eseguita da mano altrui, collazionata e corretta da me, e già inserita in estratto nella mia opera Monumenti della Università di Padova 1318–1405. libro 5. vol. 319.

Prof. Andrea Gloria

Pieve di Venzone

1394, 23 decembre: Gemonae Convenzione tra il Pievano di Gemona e quello di Venzone.

[illegible] apud [illegible] Divi [illegible] Clemonae.

[illegible] anno [illegible] M.CC.LXXXXIV. Indict. II. Die XXIII [illegible]
[illegible] Clemonae [illegible] Nicolao [illegible]
[illegible] Marcelini [illegible] de Bene [illegible]
[illegible]
[illegible] Bonifacius [illegible] Papa [illegible]
Vergoni [illegible] Andreae de Vergono [illegible]
[illegible] Clemonae [illegible] Vicarius [illegible]
[illegible] Vicarius [illegible] Plebani [illegible] Vergoni [illegible]
[illegible]
[illegible] Plebanus [illegible]
[illegible] Vergoni [illegible]
Andreae [illegible]
[illegible] in Parochialem
[illegible] Andreae
[illegible] Parochiali
[illegible]
[illegible] Andreae [illegible]
Vergoni [illegible] Parochia [illegible] Mariae de Clemonae [illegible]
[illegible] Vergoni [illegible] Andreae
[illegible] Parochia [illegible] Andreae [illegible]
[illegible] Plebani [illegible] Andreae [illegible]
Andreae [illegible] Andreae [illegible] Thomasini de Vergono [illegible]
[illegible]
[illegible] Vergoni [illegible]
[illegible] Mariae [illegible]
[illegible] Plebani [illegible] Mariae de
[illegible] in Romana Curia [illegible]
[illegible] Matricis [illegible]
[illegible] Nicolai Plebani Plebis Clemonae [illegible] Papa [illegible]
[illegible]
[illegible] Andreae de Vergono
[illegible] Mariae de Clemonae [illegible]
[illegible] Andreae [illegible]
[illegible] XXV. [illegible]
[illegible] Clemonae et Vergoni [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Clementiae [illegible]
[illegible]
[illegible] de [illegible] Nicolai [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Clemonae et Vergoni

Plebanum

Plebanus et Universitatis [illegible] Andree et procurator eorum in eo facto inter alias [illegible]
positus, [illegible], arbitrata mandata et ordinata ubi videlicet dicta constitutio [illegible]
[illegible] Ecclesie sancti Andree [illegible] Ecclesie sancte Marie XXV ducatos auri
[illegible] omni [illegible] solvere tenerentur, [illegible], voluerunt, condemnarunt, et [illegible]
[illegible] dictus Plebanus sancti Andree [illegible] dicti census annuatim
[illegible] XXV ducatos auri dicto Plebano Ecclesie sancte Marie de Glemona
[illegible] vel eorum [illegible] in ipsa Plebe [illegible]
[illegible] inter dictos [illegible] et [illegible]
[illegible] Ecclesie sancte Marie Plebanus Ecclesie sancti Andree predicte vel successores sui vel Capitu-
[illegible] Plebano Glemone vel suis successoribus [illegible]
[illegible] ad [illegible] Curie [illegible] Plebanus Ecclesie sancti Andree [illegible]
[illegible] ~~[illegible]~~ ab [illegible] dictos XXV ducatos
[illegible] et maneant [illegible] in [illegible]
[illegible] in [illegible] Ecclesie sancte Marie [illegible] in M. CC. LXXXXIV.
[illegible] notarii [illegible] Cumque [illegible]
[illegible] 11. [illegible] XIX [illegible] dicte Universitatis Terre Glemone [illegible]
et singulis [illegible] dicti [illegible] Plebani Glemone, ac pro [illegible]
[illegible] dicta [illegible] et Plebis Ecclesie sancte Marie de Glemona [illegible]
[illegible] dicta [illegible] in Patria [illegible] et alii expensas non modicas [illegible]
in Romana Curia [illegible] gravas [illegible] videlicet ad summam
et [illegible] in [illegible] ducatorum auri et [illegible] XV. [illegible]
[illegible] et XXV. ducatorum [illegible] Plebanus [illegible] calculata [illegible]
[illegible] et dictus [illegible] Plebanus [illegible] calculata [illegible] ad dictam
[illegible] dicta [illegible]

[illegible]

Ex [illegible] Nicolai [illegible] de Glemona publici [illegible]

Cass.

Nobili Viro bartholamio de Aricano Consiliario nostro Sincere dilecto:

Michael de rabatta miles, sede vacante, aquilejensis ecclesie Vicedominus Generalis.

Nobiles nostri sincere dilecti: super nonnullis arduis et necessarijs nobis huius patrie statum pacificum et tranquillum concernentibus: decrevimus die lune proxime Venturo ultima mensis presentis novembris. In terra Utini generalis colloquij consilium celebrare. Cui sicut ipsius patrie statum diligitis, studeatis Causa cessante qualibet interesse: datum in Castro Utini die 26 novembris indictione 2.

(1394.)

Universis ministerialibus et fidelibus nostris de Aricano.

Antonius Dei gratia patriarcha aquilejensis.

Nobiles fideles dilecti: Novissime nostris litteris, quibus illas nostram patriam ingressuri: tradidimus intraverint eam omnes, ut ipsis eorum temporarijs conatibus resistamus personaliter. disposuimus eis audacter die lune proxime secutura in eorum resistentiam: hortamur, monemus, et mandamus, quatenus fulciti talia, ultra talem iuxta posse, cuiusvis partis, hominibus nostris, eiusdem nostre ecclesie, auxillium feliciter porrecturi:

Datum in nostro castro Utini die nona septembris quarte indictionis

(1396)
9 sett.bre

Nobilibus consortibus de Aricano, fidelibus nostris dilectis

Ludovicus Dei gratia S. Sedis Aquilejensis Patriarcha.

(1418). Nobiles fideles nostri dilecti: cum nostri Regnum nostrum: disponimus,

damnis

-xmorís, periculis tam vestris, et nostre Aquilegien. ecclesie
que omnium nostrorum fidelium, vestrique potius Consulatus una
cum quinque deputatis nostris in generali parlamento per terra pa-
triae Utini: et potestatem dicti parlamenti habentibus, occurre-
re intendentes. Et sicut bene a Deo speramus a nostra patria
propulsare: Fidelitatis vias requirimus stricte et manda-
mus, quatenus armatos viros ad patrie defensam et honores
nostre garathe Aquilegiensis ecclesie iuxta debitum vestre fideli-
tatis visis presentibus coram nobis et dictis quinque deputatis in terra
nostra Utini personaliter compareatis cum effectu et peremptorie atque moram
postpositis omnibus. Si defeceritis, quod non credimus: contra
vos procedemus, ut in talibus est consuetum: Datum in Cas-
tro nostro Utini die ultimo Junii M. cccc. xviii.

Ego Nicolaus [illegible] quondam [illegible] Coadiutor ex libro [illegible] inventarii
in Capsa thesauri [illegible] cum quodam
insigne desuper, signatas litteras patriarcales, pro [illegible]
iudici [illegible] fideliter transcripsi: in quorum fidem [illegible]

Ego Jacobus [illegible] Marco [illegible]
Brazzachi [illegible] in [illegible]
[illegible] Processu [illegible] inter
Nobb. de Brazzo anno 1463 [illegible]
[illegible]
[illegible]
die 5 Augusti 1739

C. 53: G.3

In Christi Nomine Amen

1395 19 aprile

Anno Nativitatis ejusdem Domini milesimo trecentesimo nonagesimo quinto Ind.e 3a Die Lunæ 19 Mensis Aprilis Actum Aquilejæ post Altare majus Ecclesiæ Majoris S.te Mariæ de Aquilegia Presentibus Rev.dis DD Martino Episcopo Cenetensis - - - - - Episcopo Emoniensis, Joanne Decano Civitatensis ac Nobb. DD. Simone milite de Colovedo, Nicolao de Strassoldo, Doimo de Castello Tristano de Savorgnano, Michaele Milite de Rabata, Morando de Porcileis et omnibus Prelatis et Nobilibus ac Civibus, ac Terrigenis pro Comunitatibus Patriæ Fori Julij qui venerant obviam ad recipiendum infrascriptum D. Antonium Patha, et ad Colloquium generale celebraturi die Mercurj proxime futuri in dicta Civitate Aquilejæ. Ibique Nobb. D.D. Rizzardus Miles de Valvasono et Joannes de Zucco pro Domo et Cuccanea eorum, et D. Vincislaus de Spilimpergo Miles pro ejus Consortibus, et Domo de Spilimbergo, et Odovicus de Triccano, et Bartolomaus de Triccano et Antonius de Moruccio pro se et pro Consortibus suis ac - - - - - - vice et nomine DD. de Prampergo infrascriptum jus, ut asserebat ad ponendum Pathas Aquilejæ in Sedem post Altare in principio eorum Advocatus in signum possessionis Patriarcatus dicti ibidem predicti Nobb. pro se et eorum Domibus, et Consortibus de Cuccanea, de Spirimbergo de Triccano de Prampergo dictum Dnum Nrum D. Antonium Gaetanum Patha Electum Aquilejensis ellectum duxerunt, et posuerunt in Sedem post Altare predictam dictæ Ecclesiæ Aquilejensis in signum dictæ possessionis dicti Patriarcatus et rogantes me Notarium, ut de predictis eis publicum, et instrumentum &

Ego Franciscus de Miutinis Civis, et Notarius Civitatensis, Austriæ ex commissione mihi facta a Magnifica Comunitate Civitatis præ=

dictum supra scriptum Instrumentum sive scripturam ex notis q.m Egd
e Antonij Suappi de Tricesimo mihi ut supra commissis fideliter ex
plavi nil addendo et illud publicavi signo nomineque meis apposit
in fidem premissorum &c.

Nos Gabriel Venerius pro Ill.mo et Inclito D.D. Venetiarum Patriæ Fo
rulij Locumtenens Generalis Fidem facimus et attestamur suprascrip
e Francu Miutinum esse publicum legalem et autenticum Notarum
vitatis Austriæ cui ejusque Scripturis publicis plena hic adhibetur
fides et locorum ubique merito prestari potest in quorum fidem &

Utini Die 5 Julij 1539

In Cristi Nomine Amen

Anno Nativitatis ejusdem millesimo tricentesimo nona=
gesimo quinto Ind.^e^ Tertia, Die vero quarto Mensis Decem:^is^
Actum Utini Aquil.^sis^ Diocesis in Domo Egregij militis
D.^ni^ Simonis de Colloreto in qua infrascriptus Dnus Patria habi=
tabat presentibus Mag.^co^ et Egr.^o^ Militi D.^no^ Cristophoro
Gaiettano infrascr.^ti^ Domini Patria Germano Ven.^do^ Viro
D.^no^ Andrea augerij Plebano Sancti Danielis ejusdem
D.^ni^ Patriç Cappellano Sr Fran.^co^ de Perusio suo Similiter
Canc.^o^ Testibus et alijs pluribus Constitutus in presentia
R.^mi^ in Cristo Patris et D.^ni^ D.^ni^ Antonij dei gratia
Sanctç Sedis Aquilegiens dig.^mi^ Patria, Nob. Vir Sr Andreas
quondam D.^ni^ Nicolai de Prampergo eidem D.^no^ Patria
per se et omnibus Consortibus de Domo Sua humilius
Supplicavit ut ipsum pro se et illis de Domo de Pram=
pergo de Bonis Pheudalibus illorum, et Domus Suç
antiquus infrascriptis investire benignius et gratiosus
dignaretur qui Dominus Patria Supplicationibus ipsius
Sr Andrea tamquam in hac parte justis et ratio=
nibus inclinatus dum Sr Andream coram eum
flexis genibus Existentem, et pro se ac dictis de Domo
Sua et ipsorum heredibus recipientem de Bonis pheu=
dalibus hujusmodi qua ipse, et dicti de Domo Sua

aut

aut Primogenitores ipsorum ab antiquo a precesson
bus ipsius D.ni Patria ab Aquilejen Ecclia recognoverun
et possiderunt per se suosque Successores, ac vice et no
ne dicte Aquilejens Sue Ecclesie per fimbriam Sue Tunice
plenarie investivit eo jure Pheudi, quo ipse et alij de
Domo Sua ab antiquo illa recognoverunt et possiden
Salvo Semper jure Suo Suique Aquilegien Ecclesia et
alterius cujuscumque quibus Sit factis ipse Q. Andreas
pro se, et dictis de Domo Sua in manibus ipsius Do
mini Patria fidelitatis debitu prestitit Juramentu
quod fidelis Vassallus quilibet D.no Suo prestare in
talibus consuevit.

Bona quidem pheudalia de quibus
Supra fit mentio Sunt hec videlicet

Castru de Prampergo cum bonis omnibus que Sunt circa P
pergum et in Villa Artenea ejusque pertinentijs Cast
de Ravenstajn cum domibus viribus garitto Juribus, et
Jurisdictionibus in Montanario et circa ipsum Castru
et Pontasiu Sive jus Pontasij in strata Cluse cum b
garitto galaijto, Juribus et jurisdictionibus velle et Stra
Cluse predicte nec non mansis, et bona omnia que h
bent in Villa de Lastiza Salvis Semper alijs bonis p

talibus

pheudalibus si que reperirentur, eos tenere, et possidere ab Aquilejense Ecclesia ut superius peractum est

Et ego Joannes q.m D.ni Odorici de Susannis de Utino Publ.co Imperiali Auctoritate Not.s et dicti D.ni Patrie Cancellarius predictis omnibus interfui, et rog.s ac de mandato ipsius D.ni Patrie premissa omnia scripsi, et fideliter publicavi meis sic signo, et nomine appositis consuetis in fidem, et testimonium omnium premissorum.

Copia ex actis Cancellarie Castri Terre Utini millesimo quadringentesimo desexagesimo nono Indict.e secunda die Veneris vigesimo secundo mensis Decembris in Castro Utini.

In Dei Eterni Nomine Amen, atque gloriosissime Marie Virginis, cum pro talijs hujus Patrie fiendis per prelatos nobiles Castellanos Comunitatis et ceteros alios pheudatarios cujuscumque sortis qui, et que teneantur pro pheudis, et alijs secundum antiquam observantiam.

Nos Franciscus Venerio pro Ill.mo, et potentissimo Ducali Dominio Venetiarum vel Patria Fori julij Locumt.s Generalis ordinaverimus ut omnes suprasc.ti se

se poneret in ordine, et hoc mandato Illmæ Domi
nationis nostræ propter adventum Turcorum ad partes
proximiores hujus Patriæ et comisissemus dato bre
vissimo termino ut omnes monstram de talea tangen
unicuique ordinare fecerint, et cum multi ex sup
criptis venerint et fecerint monstram de parte et n
in totum prout tenebantur aliqui vero minime vener
nec ullam monstram fecerunt hic circo ne quilibet
possit aut valeat in futurum producere vel allegar
hunc actum ad excusationem sui, et propterea
vellent se absolvere ad id quod integre tenetur, ut j
tum est equum, et debitum quod quilibet remaneat
obbligatus ut erat secundum tempore retroacto et pro
apparet in taleis ordinatis primo per Dnos Pathus
demum per nostrum Illustrissm Duc: Dom: ut in
pubblicis Parlamentis clare et particulariter ap
paret et ordinatum est ideo declaramus primo u
monuisse omnes de eo quod facere tenebantur Dein
eis dicisse specialiter, et eorum omnibus Nos acce
tare monstram quam faciebant pro parte, et non
toto

toto ejus quod tenebantur admonentes eos ut provide=
retur pro residuo, et eorum qui nihil fecerant pro
toto scire. Et hoc quia intendebamus quod omnes face=
rent debitum suum prout tenebantur, et pro ut ap=
parebat ordinatum in pubblicis Parlamentis ut supra
protestante etiam semper, et continue procuratore
Phiscale ut omnes integre facerent debitum suum,
et hoc omnia alio meliori modo via et forma &c.

Thomas Zecchini Spilimbergensis Not:
et V.e Cancellarius suprasc.i Mag.ci
D.i Locum.tis Mandato, et ex Commiss.e
predicta

Pro Prampergo q.r Bernabosus de Prampergo
q.r Francisci unum equum seu
Actis nãis flambris baij

Stephanus de Prampergo Ioannes equum unum Autol
pilis albis in fronte cum corigia

Petrus de Prampergo Martij equum unum bajum clarum
fazzut

Iacobus de Selusa Nicolai equum unum Bajo cum stellis
Co: Ca: gamb: magnis cum parva corigia

Et

11

Et ego Franciscus Not.s de Latisana Civis Terre Utin 139
et ad presens coadjutor Cancellerie Clarissimi D.ni
Ludovici Bembi pro Sermo et Ecc.mo Ducali Ven
tiarum Dominio Patrie Fori julij Locumt.is Dign
simi pro ut inveni in Libro Thalearum regiminis
Mag.ci Generosi Domini Francisci Venerij tunc Loc
tenentis Dignissimi in hac Patria accopiavi de
Verbo ad Verbum nil addendo in quorum testimoni
me subscripsi

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem Dni 1395.
1395 19 Aprilis ind. 3.a die Lune 19 mensis Aprilis. Actum Aquileje post
Altare majus eccle Majoris S. Marie de Aquileja. Presentibus
R.dis D.nis Martino Epo Creten... Epo Emoniensi, Joanne Decano
Civitaten. ac nobilib. Dnis Simone milite de Colloredo, Nico-
lao de Strassoldo, Domo de Castello, Tristano de Savorgnano,
michaele milite de Zabata, morando de Pucitess et omni-
bus Prelatis, et Nob. et civibus, et Terrigenis pro Communi-
tatibus F. Julij. qui venerunt obviam ad recipiendum in-
frascriptum D. Antonium Patriarcham, et ad Colloquium Gene-
rale celebrandum die Mercurij futuro in dicta Civitate
Aquileje. ibique Nob. D. Rizzardus miles de Valvasono
et S.r Joannes de Zucco pro domo de Cucanea eorum, et
D. Vinceslaus miles de Spilimbergo pro ejus Consort. et
Domo de Spilimbergo, et Ser Odoricus de Tricano, et Ser
Bartholomeus de Tricano, et Ser Antonius de Montisio pro
se et Concortibus suis de ..... vice et nomine Dnorum
de Prampergo habentes infrascriptum jus, ut asserebant,
ad ponendum Patham Aquilejen. in sede post Altare in
principio eorum adventus in signum possessionis dicti
Patriarchatus. ibidem predicti Nobiles pro se et eorum Domi-
bus et Consortibus de Cucanea, de Spilimbergo, et Tricano
et Prampergo dictum D. Antonium Gajetanum Patham dic-
tum Aquilejen. duxerunt, et posuerunt in sede post
Altare predictum dicte Aquilej. Eccle in signum dicte
possessionis dicti Patriarchatus rogantes me Notarium
ut de predictis ais publicum conficere instrumentum
ut infra etc.

Ego Franciscus Mittinus civis et not. Civitatis Austrie ex commissio-
ne mihi facta per M.ca Communitatem Civit. predc. suprascrip-
tum instrumentum sive scripturam ex notis q. Egr.ij Viri S.r Antonij
Svappi de Triesimo mihi commissis ut 9 fideliter exemplavi
nil addens etc. et illud pub.cis signo, nomineque meis solitis
appositis in fidem premissorum etc.

Exemplum — fideliter de verbo ad verbum extractum ex libro sive registro litterarum concessionum domini domini Antonii patriarchae aquileiensis signatum de millesimo tricentesimo nonagesimo quinto indictione sic incipit videlicet.

1395
26 aprilis

Nos Antonius. Tenore presentium notum facimus universis nostras presentes litteras inspecturis quod in hac nostra patria fori julii nostros ad libitum officiales facimus constituimus et creamus videlicet marascalchum et vicarium in temporalibus generales potestates, capitaneos et gastaldiones qui tam in causis criminalibus quam civilibus et pro factis quibuscunque secundum antiquas presentis nostre patrie consuetudines etc. per astantes et non alios unicuique postulatam, et debitam habeant iustitiam ministrare. Cum enim prefati nostri officiales vel ipsorum aliquis sedet pro tribunali ad ius reddendum primum a circumstantibus in causa de qua questio vertitur: auditis hinc inde allegatis quid iuris. et tunc per ipsos astantes sententiatur et lata sententia per eos etc. astantes rata et grata habetur et inviolabiliter observatur. ac per dictos nostros officiales executioni debite demandatur et habemus exemplum denunciato iuxta per ipsos astantes traditam eius formam in cuius rei testimonium presentes scribi iussimus et nostro sigillo muniri datum in nostra civitate austrie. die xxvi aprilis anno et indictione quibus supra.

privilegiu p.m ante
quod Hallu' [illegible]

(Dall' Arch. Notarile di Padova Rogiti del notajo Zilio Calvi Lib. 3º p. 318).

1397 = 20 Marzo. Padova. Procura del Cav. Michele di Rabatta per l'investitura del castello di Dorimbergo. —

In christi nomine Amen. Anno a Nativitate eiusdem millesimotrecentesimononagesimo septimo. Indictione quinta die Martis vigesimo Martii. Padue in palatiis habitationum Magnifici et excelsi domini domini Francisci de Carraria Padue etc. Ibique presentibus Egregiis et honorabilibus viris Jacobo comite de panico quondam domini Johannis comitis de panico de contrata Domi, Pagano de capitevacc(e) patavo quondam domini Bartholomei de contrata sancti Stephani intra portam. Henrico de Montacio quondam Bindi de contrata burgi novi (~~panthanum~~ Patriarchatuum), domino Johanne de porcelinis patavo legisdoctore quondam domini francisci de contrata sancti petri et domino Guilielmo de ~~Curtarolo~~ Curtarodolo patavo quondam domini petri de contrata strate maioris, habitantibus padue testibus rogatis et ad hoc specialiter convocatis et aliis.

Spectabilis et Egregius Miles dominus Michael de Rabbatha quondam domini Antonii de Rabbatha, habitator civitatis padue in contrata sancti Nicolai, omni jure,

via, modo et forma quibus melius et efficacius potuit atque potest, fecit, constituit et ordinavit Egregium virum Johannem de Rabbatha capitaneum Goricie, eius fratrem, absentem tanquam presentem suum verum et certum nuntium missum actorem, factorem, et legitimum procuratorem et quicquid melius dici et esse potest, specialiter et nominatim ad recipiendum acceptandam, habendum et cognoscendum in feudum et iure feudi imperpetuum, pro se et eius heredibus et successoribus, ab Illustribus et excelsis principibus et dominis dominis Henrico et Johanne maynardo, fratribus comitibus Goricie et Tirolis pro se et eorum heredibus ac successoribus investituris atque datiuis. Castrum quoddam ipsorum dominorum Comitum vocatum ~~Voremberg~~ Dozemberg, cum eius curia, ac omnibus et singulis iuribus, jurisdictionibus, Garitis, dominiis, servitutibus, honorantiis, adiacentiis et pertinentiis, quomodocumque et qualitercumque ipsi castro et ipsis dominis Comitibus pro eo spectantibus et debitis quoquo modo. Et ad prestandum ipsis dominis

Comitibus, et suscipiendum in animam ipsius constituentis fidelitatis debitum juramentum, ac omne aliud quod in similibus feudis de jure exigitur et debetur, etiam secundum mores et consuetudines curie dominorum Comitum predictorum. Et ad rogandum et fieri faciendum superinde unum et plura publica documenta, cum stipulationibus, promissionibus, penis, et penarum adiectionibus, obligationibus et clausulis debitis et usitatis de consuetudine vel de Jure. Et generaliter ad omnia alia et singula que in predictis et circa predicta et dependentibus ac connexis ab eis fuerint utilia, et oportuna, et dicto suo procuratori placuerint, etiam si talia forent que mandatum exigerent speciale et que ipsemet constituens facere posset, si personaliter interesset. dans et concedens dicto suo procuratori, in predictis et circa predicta, et dependentibus ac connexis ab eis quolibet eorum, plenum, liberum, generale, et speciale mandatum, cum plena, libera, generali et speciali administratione. Promisitque

mihi notario infrascripto, tanquam publice persone, stipulanti et recipienti nomine et vice dominorum Comitum predictorum et omnium ac singulorum quorum interest vel interesse posset, se perpetuo firmum, ratum et gratum habere, tenere, attendere et observare, quicquid per dictum eius procuratorem, actum gestum, procuratum, factum, Juratum, et promissum fuerit in predictis, et quolibet predictorum, atque dependentibus et connexit ab eis, et non contrafacere, aut contravenire, aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto, sub ypoteca et obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum.

Dal not. Egidio Calvi di Padova. Vol. III. p. 318. Arch. Notar. Padova.

Padova 12 Giugno 1890

Eseguita da mano altrui, collazionata e corretta da me, e già inserita in estratto nella mia opera Monumenti della Università di Padova 1318–1405.

Prof. Andrea Gloria

1397, 26 aprile. Cividale. Il Patr. d'Aquileja Antonio dal suo diritto di nomina del Maresciallo, Vicario in temporalibus, Podestà, Capitani e Gastaldi.

~~Omissis.~~

Exemplum fideliter de verbo ad verbum extractum ex libro, sive registro litterarum Cancellarie Rmi D. D. Antonij Patriarche Aquilegensis Dignissimi de 1397 Ind.e 5ta sic incipiens.

Nos Antonius tenore presentium facimus notum universis Nras presentes litteras inspecturis quod in hac Nra Patria Forij Iulij Nostros ad libitum Officiales facimus constituimus et ordinamus et creamus Vz. Marescalcum et Vicarium in Temporalibus Generales, Potestates, Capitaneos et Gastaldiones qui tam in causis criminalibus quam civilibus et prophanis quibuscumque secundum antiquas predicte Nre Patrie consuetudines se per astantes et non aliter unicuique postulatam et debitam habent justitiam ministrare, dum enim predicti nostri officiales vel ipsorum aliquis sedet pro Tribunali ad jusreddendum petunt a circumstantibus in causa de qua questio vertitur auditis hinc inde allegatis quid juris et tunc per ipsos astantes pronunciatur et lata sententia per eos lata, et grata habetur, et inviolabiliter observatur: hac per predictos nostros Officiales executioni debite demandatur, et hactenus extitit demandata = juxta per ipsos astantes traditam eis formam in cuius rei testimonium presentes scribi jussimus, et nostro sigillo muniri

Datum in Nostra Civitate Austrie die 26. Aprilis, Anno, et Ind.e quibus supra.

Ego

Ego Ioanes Pauls Vergestinus q.m D. Andree Impl. Not.s Utini habitans penes quam reperitur liber, sive registrus litterarū de quo supra fit mentio, supra scriptas litteras exemplatas ex dicto libro aliena manu contuli cum originali suo cum quo rite concordat, Ideo me in fidem, et testimoniū subscripsi signo meo consueto apposito.

Ex Libro in Quarto cooperto pelle hyrcina subalba servato a Nob: Dnō Fabio Co: Asquino Utinensi, fuit Extractū sequens documentū quod sequitur pag: 469. supradicti Libri a Raynerio Paciani P.V.A. N.io Civit.s Fori Julij, et in fidē subs.t L.D.O.M.

Civit.s Fori Julij 1773. Ind. VI. die verò Lunæ 22. Augusti.

(Dall'Archivio Notarile di Padova. Rogiti del notajo Zilio Calvi. Vol. 3° p. 384)

1398 – 7 giugno. Padova. Procura di Francesco da Carrara per rinunziare al patr. d'Aquileja Antonio e susseguentemente ai Conti di Gorizia, l'avvocazia di Aquileja a lui conferita dal fu Card. Patr. Filippo d'Alençon.

In christi nomine. Amen. Anno a Na- tivitate eiusdem Millesimotrecentesimono- nagesimo octavo. Indictione sexta, die Ve- neris septimo mensis Junii. Padue in pa- laciis habitationum infrascripti Magnifici domini, presentibus honorabilibus et sa- pienti (sic) viris domino Henrico de Gallis, li- centiato in jure civili filio ser Ulivierii de Gallis, de contrata Domi. Antonio ex- peditionis (sic) quondam Nicolai, de contrata Do- mi, et Bartholomeo ab armis quondam Anto- nii, de contrata predicta, civibus et ha- bitatoribus padue, testibus rogatis et ad hec specialiter convocatis, et aliis. Ma- gnificus et excelsus dominus, dominus Fran- ciscus de Carraria civitatis et districtus pa- due dominus et capitaneus generalis (sic) fi- lius quondam et heres in solidum, ac hereditario nomine recolende memorie Magnifici et potentis domini domini Francisci de Carraria Padue etc. advocati Aquilegien-

Aquilegensis Ecclesie, et totius Ecclesie ...

sis Ecclesie, rite et solemniter constitu-
ti per olim Reverendissimum patrem
dominum Cardinalem de Alenconio, tunc
verum et legitimum patriarcham dicte
Aquilegensis Ecclesie, ad quem heredi-
tario nomine predicto jus advocatie Eccle-
sie predicte spectat et ~~ad~~ pertinet omni
jure, via, modo et forma quibus me-
lius et efficacius potuit atque potest, a-
stantibus Magnificis Natis suis domino Franci-
sco et Nicolao de Carraria, fecit, con-
stituit, et ordinavit Spectabilem mili-
tem dominum Michaelem de Rabbata
consiliarium suum, presentem et man-
datum hoc sponte suscipientem, su-
um verum et certum nuntium, mis-
sum et procuratorem et quicquid ma-
gis melius et amplius dici, censeri,
et esse posset, et potest, specialiter
ad comparendum coram Reverendissi-
mo in christo patre et domino domi-
no Antonio sancte sedis aquilegiensis
dignissimo patriarche, et renuntian-
dum remittendum, et refutandum in

manibus dicti domini patriarche et alterius cuiuscumque persone comunis collegii et universitatis in quorum manibus renuntiatio huiusmodi fieri deberet tam de consuetudine quam de jure, Advocatiam dicte aquilegiensis Ecclesie, et omne jus quod ipse Magnificus dominus in ipsa Advocatia habet, eidemque dicto hereditario nomine competit, spectat et pertinet. Et insuper ad cedendum, dandum et transferendum Magnificis et Illustribus dominis, dominis henrico et Johanni Maginardo Comitibus Goricie, pretendentibus se fore Advocatos Ecclesie predicte, et jus advocatie eius ad ipsos spectare et pertinere, omnia jura ad ipsum Magnificum dominum constituentem spectantia et pertinentia et que dicto hereditario nomine habet in advocatia predicta. Et superinde rogandum et rogari faciendum, fieri publicum documentum, cum solemnitatibus, stipulationibus, promissionibus Renuntiationibus, juramentis, penis, et clausulis

Aquilerensis Ecclesie, et totius ...

debitis et oportunis, et prout eidem procuratori suo videbitur et placebit. Promittens per stipulationem solemnem mihi notario infrascripto tanquam publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice dicti domini patriarche antelatorumque dominorum comitum Goritie, ac omnium et singulorum quibus interest vel interesse potest, se perpetuo firmum, ratum, et gratum, habere, tenere attendere et observare, quicquid per dictum eius procuratorem, actum, gestum, et procuratum fuerit in premissis, et nunquam contrafacere, aut contravenire aliqua ratione vel causa, forma vel ingenio, de jure vel de facto per se aut interpositam personam sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum.

Dal not. Zilio Calvi di Padova. Vol. III p. 384. Arch. notar. Padova.

Padova 12 giugno 1890

Esequita da mano altrui, collazionata e corretta da me, e già inserita in estratto nella mia opera Monumenti della Università di Padova 1318–1405.

Prof. Andrea Gloria

Die 13. mensis Januarij 1399.

Actum Utini super sala nova, presentibus ibidem Nob: S. Fran.co Filij S. Doimi de Castello, m.ro Philippo Scriptore q.m Muentij de Parma, et Baldassarro Speciario q.: Bartolomei de Bononia Testibus ad hoc vocatis, et rogatis, ibique Nob: S. Nicolaus Raimondi de Utino tanquam Camerarius eiusdem Communitatis cum voluntate, velle, et Consensu supra-scriptorum Consiliariorum, et Convocatorum, ac dicti Consiliarij, et convocati, cum consensu et voluntate Camerarij, omnes uno modo, consensu, et pari voluntate, omnibus modo via, et forma quibus melius sciverunt, et potuerunt tam de iure quam de consuetudine, fecerunt constituerunt, et ordinarunt eorum veros, et legitimos Sindicos, Actores, factores, et Procuratores, et quidquid melius esse potest Nob.m et Egr: Virum Dominum Joanem de Cavalcantibus Legum Doctorem, et Providum S. Tobiam de Sibilitis de Cremona Utini abitantem presentes, et hoc mandatum in se sponte suscipientes, et quemlibet ipsorum insolidum, ita quod occupantis conditio potior non existat, sed quod unus ipsorum inceperit, alter mediare prosequi valeat, et finire specialiter. Que sancta, et Evangelica dicta Scriptura omne regnum in se ipsum divisum desolabitur, et sic per oppositum, omne Regnum in se unitum, et caritatem habens diutius conservabitur partem unitatis ab Altissimo comprobatam tanquam utilem, et fructuosam capere intendentes, tanquam ex Spiritus sancti gratia illuminati ad honorem, Laudem, gloriam, et reverentiam Omnipotentis Dei, suaque gloriose Genetricis ac Beatorum Apostolorum Petri, et Pauli, ac Sanctorum Marci Evangeliste, Ermacore, et Fortunati Patronorum sancte Aquileiensis Ecclesie, et totius Celestis Curie, nec non

ad honorem, et statum sacrosanctę Dei universalis Eccle
et Sanctissimi in Christo Patris, et Domini Dni Boni
facij Papę Noni, et Imperialis maestatis, ac insuper,
et specialiter ad honorem, et statum R.mi in Christo
Patris, et Dni Dni Antonij Gaetani dictę Aquileiensis
Ecclesię Dei Gratia Dignissimi Patriarchę, et pro eius
conservatione in dicto Patriarchatu ad honorem, et
statum dictę Aquileiensis Ecclesię ac Patrię Fori Iulij
totius eidem subiectę, franchesiarumque, libertatum,
iurium, et consuetudinum eiusdem Patrię conservatio
nec non ad conservationem consuetudinum, antiquar
Iurium quibus solet affici, et creari Patriarcha Aqui=
leiens ad faciendum bonas, veras, et fraternales
uniones, Ligas, colligationes, et confederationes, cum
quibus Civitatis, communitatibus, et Nobilibus easdem
facere volentibus, et intendentibus cum dicta Com=
munitate Utini ad statum, et honorem suprascriptum, et
ad faciendum quodcunque Sacramentum in animas
ipsorum costituentium super dictis unionibus, et Ligis,
et generaliter ad omnia alia, et singula faciendum,
exercendum, et procurandum, quę circa premissa fuerin
opportuna, seu quolibet predictorum, cum pleno insuper
generali mandato omnia faciendi, quę ipsimet constitu
tes facere possent si personaliter interessent, promitten
quoque dicti costituentes in dictis stipulantis omnia quę,
per eosdem seu alterum dictorum Procuratorum facta
fuerint perpetuo firma habere, obbligantes ad hoc omni
bona dictę Communitatis

Ex Annalibus M.cæ Civitatis Utini
Ferandus Ornianus Cancell.
Die . 5 . Aug . 1739

In Christi nomine Amen. Anno a Nativitate ejusdem 1399. Ind.e 7.a die ultim.
Mensis Junij. Actum Utini super Platea Comunis. Presentibus Johanne
Not.o de Cordicato, Mag.ro Leonardo Cerdone q. Chumussij de Bagnaris,
et Dorvio dicto Pizulutine q. Petri de Tarcento omnibus Utini habitantibus
testibus et alijs pluribus ad hec vocatis etc.

Cum providus s. Christophorus q. s. Constantini de Castelerio ibidem habitans
tanquam heres testamento institutus per olim s. Nicolussium de
Castelerio ejus Patruum, in suis bonis omnibus, et hereditate, ut de ipso
testamento prefatus Christophorus dicebat constare manu providi s.
Leonardi Not.i Dicatti de Utino in Mill.o Ind. die, et mense ibidem
annotatis deberet habere, et exigere a Potenti Regimine Terrae Utini
vid.: in una parte ducatos 50. auri in ratione dimidiae marchae
soldorum pro ducato quolibet, quos d. olim s. Nicolaus mutuavit
prefato Regimini tempore Ligae factae inter ipsum Regimen,
et Inclitum Ducale Dominium Venetorum. In alia vero parte ducatos
puri auri X. in ratione Marchae dimidiae pro ducato mutuatos
per Landum de Ranzano prefato Regimini tempore dictae Ligae de
quibus X. ducatis dictus olim s. Nicolaus habuit jus cessum a d.o
Lando, ut dictus Christophorus asserebat, ut de predictis 50. duca-
tis in una parte, et ducatis X. in altera constat duabus cedulis
suis scriptis, in cartam clausam reductis, munitis et roboratis sigillo
ipsius Regiminis, et manu Nicolai Not.rii infrascripti visis et lectis
ac scriptis in 1386. Ind.e 9. de mense Maij. Super quibus
quidem ducatorum quantitatibus d.s s. Christophorus hereditario
nomine predicto habuerat, et receperat a d.o Regimine tot, et in
tanta quantitate quod non restabat habere nisi solum marchas soldorum
16. et soldos 60. ut ibi coram ipsis testibus declarabat. Nunc vero
prefatus s. Christophorus d.o hereditario nomine per se, suosque
heredes pretio, et foro octo Marcarum solidorum, et soldos 30. quod
totum confessus fuit se integre habuisse, et recepisse ab infrascripto
s. Marquardo, exceptioni sibi non dati, et non soluti d. pretij
omnino renuncians dedit, cessit, transtulit, et mandavit providio s.
Marquardo q. s. Detalmi de Andreottis de Utino pro se, suisque
heredibus stipulanti omnia jura, et actiones reales, et personales
utiles, et directas, mixtas atque rei persecutorias, quae vel quas habet

die

dicto hereditario nomine contra, et adversus predictas Regin
de dictis 26. Marchis solidorum, et solidis 60. vigore ipsarum duarum
scripturarum dans eidem s. Marquardo ibidem, et in presenti pro
dictas duas scripturas: ac constituens ipsum Procuratorem tanquam in
rem suam, et ponens ipsum in locum suum, ita quod modo, seu nomi
actionibus utilibus, et directis, mixtis, atque pretoriis possit, et valeat
adversus dictum Reginum occasione dicti resti debiti, agere, expe
excipere, replicare, consequi, et se tueri, et petere dictum resi
debiti et omnia, et singula facere, quemadmodum ipse poterat an
hujusmodi cessionem, profitens, atque conveniens dictus s. Christophor
quod nulli alii hactenus cessit jura predicta, et quod tempore
contractus celebrati verus creditor erat dicti resti debiti prefassati. Nec non
promittens solemni stipulatione habitam, et firmatam inter ipsas par
nominibus quibus supra d.m cessionem et omnia, et singula in pre
Instrumento contenta perpetuo firma, grata, et rata habere
et tenere, et non contrafacere, vel venire per se, vel per alium
jure, vel de facto, et predicta jura, et actiones quas habet
versus d.m Reginum supradicto hereditario nomine occasione ipsi
resti debiti eidem s. Marquardo legitime defendere auctori
et disbrigare contra quascumque personas, quibus per ipsum
s. Christophorum d.o nomine, sive ipsum olim s. Nicolaum ap
rerent vendita, vel modo aliquo alienata, et non aliter, sive alio
sub pena dupli dicte pecunie quantitatis in singulis capitul
hujus contractus stipulata, et promissa, qua soluta, vel non
men omnia suprascripta, et infrascripta perpetuam obtine
firmitatem; item reficere, et restituere eidem omnia et
damna, et expensas, ac interesse litis et extra obligans pred.
s. Christophorus pro his omnibus observandis eidem s. M
quardo omnia sua bona mobilia, et imobilia presentia, et f

De notis olim sp. D.ni Nicolai Dricci Notarii Matriculati Utinensis in
...ario existentibus Documentum premissum per alium manu
extractum, quia facta incontratione concordare inveni Lucas
V.A. Collegii hujus Civitatis Not.s et Archivista repositus in volum
Utini die sexta Decembris 1717. L. D. O. M.

Documentum ultrascriptum ex consimili autentico aliena manu eductum
subscripsit in fidem Joannes Baptista Zorinus Cus Pta Pe
Brix Ass Die 7 Aprilis 1745

1399, 9 Agosto. Valvasone: Nob. Giovannino di Ragogna vende parte del castello e giurisdizione di Zoppola a Villa Romana ai nobili Consorti di Valvasone.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem Domini MCCCIC. Indictione VII. Die IX mensis Augusti. Actum in Castro Valvasoni Diocesis Concordiensis in camera superiori domus D. Rizzardi militis infrascripti. Presentibus venerabilibus viris Dominis presbiteris Niculao vicario in Ecclesia Beatissime Virginis et B. Johannis apostoli et evangeliste de Valvasono et Jacobo cappellano in Ecclesia S. Jacobi de eodem loco, providis viris Laurentio q. Georgii Squarti q. de Alberici, Niculao q. Johannutti, Antonio q. Johannutti, Antonio q. Marghiruti omnibus habitantibus Valvasoni testibus rogatis etc.

Pretio et foro ac nomine finiti pretii marcharum CCCXII. denariorum aquilegensium monete esse quos denarios et quod pretium vir nobilis D. Johanninus q. D. Nicolussii de Ragonea nunc Dominus de Turri fuit ibidem contentus confessus et manifestus habuisse et recepisse ac sibi integre datum, solutum et numeratum ac datos, solutos ac numeratos esse ab egregiis et nobilibus viris D. Rizzardo milite q. D. Henrici de Valvasono, dante solvente et emente pro se suisque heredibus vel cui ius suum dare voluerit pro parte sua et a D. Henrico q. D. Ulvini de Valvasono solvente et emente pro se et nobilibus viris DD. Odrico, Antonio et Niculao fratribus eius quondam prefati D. Ulvini de Valvasono eorumque heredibus vel cuius suum dare voluerit pro parte secunda, nec non a D. Johanne q. D. Simonis de Valvasono, dante solvente et emente pro se ac nobilibus ser Bartholomeo, Antonio, Rizzardo et Thoma fratribus eius et filiis quondam prefati D. Simonis de Valvasono eorumque heredibus vel cui ius suum dare voluerint pro parte tertia: exceptioni sibi non dati, non habiti, non recepti et non numerati sibi dicti pretii et dictos denarios tempore huius contractus et exceptioni doli mali, conditioni sine in factum actioni omnique alii legum et iuris auxilium tam canonico quam civili a quo contrahentium in presenti

contractu observatione posset aliqualiter defendere vel tueri aut de quo in hoc ipso contractu plenam et expressam fieri oporteat mentionem omnino renuncians idem D. Johanninus per se et heredes eius dedit, vendidit et tradidit et investivit iure feudi Patriarchatus Ecclesie predictis D. Rizzardo militi stipulanti ementi et recipienti pro se suisque heredibus aut cui eius iuum dare voluerit pro parte una; et D. Henrico stipulanti ementi et recipienti pro se et nominatis eius fratribus eorumque heredibus vel cui ius suum dare voluerit pro parte secunda; ac D. Johanni stipulanti ementi et recipienti pro se et ipsius heredibus vel cui ius suum dare voluerit pro parte tertia ipsius D. Johannini do minium, garritum, iurisdictionem dominii et garriti sui que et quam ipse D. Johanninus habet vel habebat in Villa Zoppole et in Villa Romane prope Zoppolam et usque ad pontem Burgi de Zoppola, eismodo et forma quibus apparet et constat quoddam publicum instrumentum cuiusdam sententie arbitrarie alias late inter ipsum D. Johanninum parte ex una et nobiles viros D. Nicolaum q. D. Bartholomei et Johannem Franciscum q. D. Henrici de Zoppola parte ex altera subscriptum manu Ser Johannis notarii q. Aghlini de Maniaco in 1393[1] inditione prima, die IV mensis Julii a me Notario infrascripto visum et lectum et vulgarizatum coram prefatis dominis emptoribus, venditore et testibus supradictis.

Item quandam eius Advocatiam et Copulaticum quam et quod ipse Dominus venditor habet vel habebat in et supra viginti mansis infrascriptis sitis in dictis Villis Zoppole et Ville Romane, per quorum XX mansorum Colonos solvantur pro rata annuatim iure ipsius Advocatie et Copulatici venditi libras LXX VI solidorum

1) l'anno è incerto.

parvorum et soldos VIII et galline CLXXX in festo Purificationis Beatissime Marie mensis Februarii et edi toles in festo S. Georgii mensis Aprilis et urne vini V. in festo S. Michaelis mensis Septembris et rape curus unus oneratus et Stavia V. et quarta dimidia tursii in festo S. Martini mensis Novembris. Et mansi pro quibus sic pro rata solvitur dicta Advocatia vendita et Copulatiam venditum, sequuntur ab hominibus infrascriptis Primus namque regitur per Dominicum q. Stephani Rubei de dicta Villa Zoppole; II per Nicolaum Bilussa et per Johannem a Monte de ipsa Villa; III per Stephanum Poculinum de ipsa Villa; IV per Antonium de S. Advocato et Pelegrinum q. Leonardi de Ovoleto autonunc habitantes in ipsa Villa Zoppole; V. per Venutum Zoppole de ipsa Villa; VI. per Johannutum generum olim Dominici ienatti de ipsa Villa; VII. per Stephanum vocatum Pret de ipsa Villa; VIII. per Concium de Ovoleto; IX. per Johannem q. Linossii de ipsa Villa; X. per Odoricum q. Petri Rubei de ipsa Villa; XI per Nicolaum q. Pupi de ipsa Villa; XII. per Dominicum q. Jacobucii de ipsa Villa; XIII. per Rodulfum q. Murati de Ovoleto et huius sedimen mansi situm est ante pontem dicti Burgi Zoppole; XIV per Antonium q. Cassini de ipsa Villa; XV. per Franciscum tinctorem de dicta Villa Zoppole; XVI. per dictum Rodulfum q. Murati; XVII et XVIII. per Colussium q. Catellini de dicta Villa Zoppole, XIX et XX. reguntur per Jacobum de dicta Villa Romana, cum omnibus et singulis iuribus et iurisdictionibus ad dictum Dominicum et gavritum et ad dictam Advocatiam et dictum Copulatiam venditum spectantibus et pertinentibus et cum omni iure sedendi ad banchum iuris in dictis Villis Zoppole et Villa Romana et usque ad dictum pontem Burgi Zoppole, et recipiendi, exigendi et redimendi ab illis que contigerit per sententiam condemnari in ipsis Villis, vadias et condemnationes, prout exprimit sententia arbitraria suprascripta: et cum sediminibus, domibus, tegetibus, curiis, hortis, braidis, casalibus, campis, arboribus, pratis, sylvis, nemoribus, pascuis, venationibus, piscationibus,

allivellationibus, aucupationibus, aquis, aquarum decursibus, introitibus, exitibus, viis, semitis et fossatis et cum omnibus et singulis iuribus et actionibus, usibus, requisitionibus, servitutibus, dominiis, honoribus, commodis et utilitatibus ad dictas res venditas et ad prefatam venditionem pro eis et ex eis quomodolibet spectantibus et pertinentibus, tam de iure et consuetudine, quam a celo usque ad abissum: ita quod amodo prefatus D. Rizzardus miles eiusque heredes vel cui ius suum dare voluerit pro parte una, et prefatus D. Henricus et eius fratres nominati eorumque heredes vel cui ius suum dare voluerint pro parte secunda; ac prefatus D. Johannes et eius fratres suprascripti eorumque heredes vel cui ius suum dare voluerint pro parte tertia: ex nunc dictas res venditas ut supradictum est, possint et valeant libere tenere, possidere, dare, donare, alienare, vendere, permutare, in solutum dare, pro anima vel corpore iudicare, ac de eis vel parte eorum aut ipsarum aliquo iure disponere et facere quicquid eis placuerit perpetuo et cunctis temporibus futuris sine contradictione dicti domini venditoris eiusque heredum vel alterius alicuius interposite persone. Quas quidem res venditas ipse dominus venditor pro dictis dominis emptoribus, constituit precario nomine possidere donec ipsi vel alter eorum de ipsis rebus venditis tenutam vel possessionem acceperint vel acceperit corporalem: quam accipiendi eorum eorum propria auctoritate ac retinendi licentiam et bailiam omnimodam eis contulit atque dedit. Preterea si dicte res vendite plus pretio suprascripto valerent, ipse dominus venditor per se et eius heredes totum id plus tempore et hora huius venditionis facte titulo et nomine pure, mere, libere et irrevocabilis donationis que dicitur inter vivos et que nulla ingratitudinis causa vel offensa valeat revocari, de certa scientia dedit, donavit, transtulit, cessit

et vendidit prefatis dominis emptoribus pro se et nominibus quibus supra, stipulantibus et recipientibus, ponens eos in locum suum, ita quod amodo sint domini proprietarii et veri possessores ipsarum rerum venditarum, prout erat dictus dominus venditor ante huiusmodi venditionem et donationem etc. Renuncians exceptioni non sic facte donationis tempore huius contractus et contradicenti donationem ultra quingentos aureos factam non valere et rescindi posse, nisi solemni insinuatione interveniente; promittens prefatus dominus venditor per se et eius heredes et cum obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum et refectione etc. prefatis dominis emptoribus pro se etc. recipientibus de predictis rebus venditis vel parte ipsarum vel aliquo eorum iure vel iuribus aliqua ratione vel causa litem, questionem, inquietationem aut controversiam ipsis dominis emptoribus vel eorum heredibus vel cui ius suum dare voluerint per se etc. vel aliquam aliam interpositam personam non inferre nec inferenti consentire, sed suprascriptas res venditas et earum quamlibet cum omnibus et singulis suis iuribus, rationibus et pertinentiis eisdem dominis emptoribus etc. in iure legitime defendere, guarentare, auctorizare etc. dictamque venditionem, traditionem et donationem cum omnibus et singulis in hoc instrumento insertis et contentis perpetuo firmas ratas et validas habere etc. et non contrafacere etc. sub pena dupli etc., qua soluta vel non etc. Et in hunc modum prefatus dominus venditor in Nuntium tenute dictarum rerum venditarum dedit et assignavit prefatis dominis emptoribus Sguarium testem suprascriptum qui eos vel eorum alterum in tenutam et possessionem dictarum rerum venditarum poneret aut induceret corporalem. Quibus demum sic peractis idem dominus venditor dictos dominos emptores per se et nominibus quibus supra stipulantes de dicto Feudo manu propria legitime investivit, relaxans pro nunc prestare iuramentum fidelitatis ac promittens

parte et eius heredes sub pena preallegata eidem dominis emptoribus
stipulantibus infra unum mensem postquam ab ejs vel eorum altero
vel ets fuerit requisitus resignare dictas res venditas in manibus
Rev.^mi in Christo patris ac DD. Antonii Dei gratia sancte sedis
Aquilegensis Patriarche et operam dare cum effectu quod ipse D.
Patriarcha suo et successorum ac prelibate sue Ecclesie Aquilegensis
nomine ipsos dominos emptores vel eorum alterum aut eorum heredes
aut cui ius suum dimiserint de ipsis rebus venditis ex feudo
ipso debeat investire. Cum omni meliorámento.

Et ego Melchior filius magistri Baldassaris chirurgici de Valvasono
publicus imperiali auctoritate Notarius predictis omnibus et singulis
presens fui et requisitus fideliter scripsi.

Da copia nel Ms. Apographa Jo. Josephi Liruti; pg. 416,
presso il Dott. Pietro Biasutti in Udine.

41.

Ex Processu signato B magnif.ce Civit.is Utini contra D.nus Castellanus fol: 18.
die lune 14 Novemb: 1400:

Actum Utini super Cancellaria Communis in pleno Consilio cora ser Antonio de Fagana Vice Capitaneo, pro D.no Everardo Cap: ad sonum Campane more solito congregato in quo quidem Consilio interfuerunt

Superfacto manifesti lecti et providi Ceronimi Not.rii ser Vetoris contra quendam Homicidam, quod confessus fuit prout iacet manu ipsius Ceronimi Not.ii de quo supplicavit D.nus Capitaneus provideri, Consultatum fuit quod dictus homicida Sclavus de Imbigliana Utenti confessionis facte et ipsum debeat decapitari sua sudiam ib: subrogatus fuit loco Hermagoras et missus Odonius Notarius de Carnea ad exercendum officium dicti usque ad adventum Hermacori et missi

L.S. Suprascriptum sententiam descripta aliena manu ex libro actorum consiliarium Civit. Utini Gaspar Albanus V. Canc.s Com. Ill.is et fid.

L.S. Nos Vincentius Capello Locumt: P.F.J. Gen.lis fidem indubiam facimus, et attestamur suprascriptum D.num Gasparem Albinum esse pub.cum Not.rum Coll.um et Vice Cancell.um Magn.ae Civitatis Utini cuius publ. script.is fuit plena adhibenda fides, et ubique venit adhiben. in quorum fidem

Utini die 5 Febr.ii 1614 Livinius Pontisius Not. Cancell. Pret.i

L.S. Ex alio consimili autentico prout supra mediante aliena manu Deliver edu. sup. et sig. Andreas Brunellesius Magn. huius Civit. Canc. L. D. O. M.
Utini die 1i Junij 1661

Nos Franciscus Donato pro Serenissimo Dni Ven.rum Locumt: P.F.J. Gen: attestamur antescript. sp.lem D: Andream Brunellesium esse Cancell.um huius Magn.ae Civitatis cuius scripturis hic et ubique plena est adhibenda fides ideo in quorum

Utini die 22 Junij 1661 Io: Franciscus Polidori Canc. Pret.ie Utini Not: sup.

L.S. Ex alio simili exemplo aut.co extraxit mediante [illegible] fida manu hic requisitus, facta quoque incontratione Petrus A. Richa Ven: Aut: et de Coll.o Utini Not: et in robur manu propria [illegible] signo de more
Utini die 27 Martij 1662.

B. degna. —
Pp. Giovanni raccomanda
ai Cividalesi Stefano
Abate di Rosazzo. —
sec. XV

1.

Ioannes Episcopus
servus servorum Dei.

Dilectis filijs, Gastaldioni, Provisoribus, Consilio, et Communi Civitatis Austriae salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Ex iniuncto Nobis Pastoralis Officij debito, cunctos Christi fideles paterna charitate complecti tenemur, et pro ipsorum, cum expedit, favoribus benigne etiam alios excitare; sed potissime nostra debet huiusmodi diligentia vigilare pro Ecclesiarum, et Monasteriorum Praelatis, qui morum, et virtutum dotibus praediti circa spiritualia, et temporalia, prout eis incumbit, laudabiliter intendere cognoscimus. Sane dilectus filius Stephanus Abbas Monasterij Rosacensis Aquil. Dioc. ob virtutum dona, quibus ab Altissimo insignitus existit, atque sua non parva merita nobis, et Apostolicae sedi gratus est admodum, et acceptus, et nos eum merito cum benevolentia prosequimur spirituali; quare devotionem vestram affectuosissime exhortamur ac requirimus, quatenus eundem Stephanum Abbatem, eiusque negotia, et monasterium praedictum, ipsis, et bona eiusdem, ut speramus, et cupimus pro nostra, et praefatae sedis reverentia velit opportunis favoribus suscipere recommissa; ita quod

nostris favoribus in quibuscumque suis ac Monasterij
opportunitatibus, tutus existat, praefatusque noster sibi
sentiat quamplurimum profuisse, id enim Deo nostrae
menti acceptum erit, quod ad eius qui devotioni nostrae
Dat. Bononiae ii Kal. Januarij. Pont. Nostri Anno primo.

1401. 19 Settembre. Udine. Le comunità di Cividale e di Udine comunicano qualunque prelato, nobile e Comune già entrato nella lega tra esse contratta, la modifica nei capitoli della stessa.

Universis et singulis presentes litteras inspecturis. Nos Consilium et Universitas Civitatis [Au]strie ac Consilium et Universitas Terre Utini ipsarum serie notum facimus et manifestum [...] cum alias in infrascriptis millesimo et indictione die vero tertio mensis Septembris Spiritus Sancti illustratione mediante, inter nos firmata fuerit quedam unio, fraternitas et vicinantia sub honestis et comendabilibus capitulis, quorum uno (...) cavetur et ordinatur quod quilibet Prelatus, Nobilis vel Comunitas subiectus vel subiecta sancte Aquilegensis Ecclesie nostram huiusmodi unionem volens intrare, hinc ad festum sancti Martini proxime venturum in eadem recipi debeat, cum hoc quod teneatur dictam unionem intrare et iurare in quolibet Consilio nostrarum duarum Comunitatum. Nos vero [...] expertes huius capituli observantiam tam volentibus intrare quam nobis debentibus [...]tare fore non modicum tediosam, deliberavimus ipsum capitulum habilitare et pro utraque parte in maius comodum reducere et reformare. Et propterea dictum capitulum ex nunc per harum tenorem unanimiter et concorditer sic habilita[vi]mus et reformamus, videlicet, quod quilibet ex predictis subiectis sancte Aquilegensis ecclesie recipi possit in dicta liga, unione, vicinantia et fraternitate durante dicto [...]ermino per deputatos cuiuslibet nostrarum duarum Communitatum vel maiorem partem ipsorum quemadmodum fieri poterat et potest per plenum Consilium et sic habeantur pro receptis omnes et singuli qui coram nostris Deputatis vel ipsorum maiori parte dictam unitatem intraverint, quemadmodum in Consilio dictarum nostrarum terrarum ipsam unitatem et fraternitatem intrassent, servata tamen forma in aliis omnibus ordinatis supra receptione ipsam unitatem intrare volentium. In quorum testimonium duas litteras eiusdem tenoris nostrarum Communitatum sigillorum impressione munitas fieri iussimus, quarum una singula Communitas ex nostris duabus prenominatis penes se conservare debet ad perpetuam huius rei memoriam. Data in nostra terra Utini die decimonono Septembris millesimo quadringentesimo primo. indictione nona.

Con due sigilli impressi

Dal Vol. III pergamena della Colleg. Concina in S. Daniele del Friuli

Consilium extraordinarium

Die Dominico IIII. Decembris Millesimo Quadringentesimo primo Ind. 9a

An. 1401 die 4. Xbris

Utini super Cancellaria Domus Comunis in pleno Consilio, in quo interfuerunt sapientes Nobiles, et Illustres viri Dni Ioannes de Cavalcantibus Legum Doctor, Aloysius de Zizottis Legum Doctor, Nicolaus de Savorgnano, Nicolaus de Seris, Meliadussius de Andriottis, Nicolaus Candidi, Leonardus q. Nicolai, Nicolaus q. Zani, Ioannes de Faganea, Nicolaus de Tossio, Nicolussius Bevilaqua, Nicolaus de Soldoneriis, Onofrius de Danzano, Ioannibus Toni, Hieronymus de Brunis, Ioannes de Andriottis, Christoforus Bombenus, Blasius Magistri Lazari, Antonius Brunatius, Nicolaus de Breda, Dominicus de Zerbinis.

Electi in dicto Consilio ad providendum de Patriarchatu

Electi

D. Io.s de Cavalcantibus

q. Nicolaus q. Tristani

q. Nicolaus Kapret

q. Ioannes de Faganea

q. Leonardus q. Nicolai.

Ex Voluminibus m.ti Civit.s Utini
Ferandus Ornianus Canc.
Die 10 Nov. 1740

Cop. T. XXVI. Msc. W. a c. 166.

402 Nob.li et egregio Militi Do.no Conrado Bojano Mareschalcho Reveren.mi Do.ni Nostri Domini Patriarche.

Egregie, et honorande affinis, et amice carissime. Vidimus heri quamdam litteram nobis ostensam per ... Wltricum familiarem vestrum ex parte Rev.mi Do.mi Nostri, Domini Patriarche, in qua continetur quod infra spatium sex dierum computandum, nobis facta solvisse debeamus in manibus nob.lis et sapientis viri Do.mi Francisci de Strojavaca duas Marcas, et LXII denariorum, per quibus expensis fiendis ambasciatoribus mittendis ad sanctum vitum de Carintia super aliquibus differentiis vertentibus inter plebanum nostrum Dominicum ex parte una, et illustres Principes Dominos Duces parte ex altera, et quod si hoc non solverimus, ipse mittet nos ad pignorandum per vos vel per familiam vestram, unde considerato quod in parlamentis hoc non est deliberatum, ut moris est, modo aliquo absentire non volumus, quia est contra bonos mores, et antiquas consuetudines Patrie, et contra libertatem totius contrate. Quare egregiam Nobilitatem vestram rogamus, quatenus si do. mus Noster vellet nos ad pignorandum, et alios de Patria, quod velitis inspicere ad libertatem Patrie, quod nobis et aliis hoc multum displicere debet, quod sine deliberatione aliqua debeamus ab antiquis consuetudinibus, et juribus Patrie, et a libertate nostra totaliter abstraere, et molestare quam facere aliquandiu non intendimus. Parati &c.

Datum Porcilais die XVIII Julii anno 1402.

Lodovicus
Jacubutius
Brigalia et
Morandus
Ceterique Consortes

Comites de Purcilis

T. XXVII. sig.t W. n. t 167.

Rev:mo in Cristo Patri, et Do:no Do:no Antonio Deigratia Sancte sedis aquilegiensis Patriarche Do:no Nostro singu:mo

1402.

~~xxxxx~~ Umili Reccomendatione premissa. Rev:me Pater, et Do:ne Do:ne noster.
Rev:me Dominationi vestre significamus, quod vidimus heri quamdam patentem litteram
vestram nobis ostensam per Wltaricum, in qua continebatur quod infra spatium sex die=
rum a presentatione illius littere nobis facte, solvere debuissemus in manibus Do:ni Fran=
cisci de Strujavacca de hoc specialiter Deputato duas Marcas, et dennariorum LXII.
Per parte nobis tangente per aliquibus expensis fiendis ambasciatoribus mittendis
ad Sanctum Vitum de Carentanum super aliquibus differentiis vertentibus inter Rev:mam
dominationem vestram parte ex una, et illustres Principes Dominos duces Austrie
~~ex~~ parte ex altera, et si hoc non solverimus, ... per Merascalchum vestrum mit=
tetis ad pignorandum. Unde dicimus, quod considerato quando Collecte, vel alique
res nove imponerentur, vel imponantur, vel innovantur in Patria Forijulii semper que
in Parlamento deliberantur, et tamen pridie in Colloquio ~~nihil~~ propositum neque
deliberatum super ista Collecta fuit. Vestre Rev:me Dominationi, et Paternita=
ti respondemus, quod ad predictam Collectam solvendam, modo aliquo assentire
non volumus. Quia contra bonos mores, et antiquas consuetudine Patrie Fo=
rijulii est. Et ideo Rev:me Dominationi vestre supplicamus, ut vobis placeat nos
habere recomissos, et nos, et ceteros de Patria, ~~et nos, et ceteros de Patria~~ Foriju=
lii ab antiquis consuetudinibus non abstrahere, nec molestare, cum semper tal=
lia in parlamento soleant perpetuo proponi, et deliberari. Et specialiter
quando tangunt ad ponendam manus ad bursas hominum, et quia si hoc
deliberatum fuisset in Parlamento, ut moris est, semper ad cuncta honorem
et statum vestrum concernentia, ubi ~~fuimus~~ fuimus, modo parati essemus.
Datum Prate die XII Mensis junii anno ~~1402~~ 1402.

Perhumile Dominationis vestre servi=tores
Gulielminus, et Joannes Comites de Prata.

Aquileja Chiesa

R. I. SOLDI 5

A.

In Christi Nne amen, anno Nativitatis ejusdem millesimo quadrigentesimo quinto, Ind.e 13.a decima die vero undecimo Mensis Nov.is in Castro Valvasoni in Camera Superiori Domus habitationis insf. Dni Rizzardi presentibus Nob: Viris Dnis Fantucio q.m Dni Andree Comitis de Polcenigo, et Bartolomeo q.m Nicolai de Mariaco, Jacobo filio infras.ti D.ni Rizardi, Joanne q.m Ser Gabrielis de Fagagna Cap.o Cordovadi, et Federico q.m D.ni Joannis de Turre ac Discretis Viris Rizzardo q.m ... de S. Vito, Melchiore Not.o q.m Mag.ri Baldassaris Civici de Valvasono Testibus ab hoc vocatis, specialiter, et rogatis, et aliis pluribus.

Pretio, et fora et nomine pretii Duc: trium millium boni auri, et justi ponderis, quod totum pretium Egregij, ac Nob: Viri Dni Rizzardi Miles q.m D.ni Enrici de Valvasono, et Odoricus Cent.s et Nicolaus Fratres q.m D.ni Silvini, ac Joannes et Bortolomeus Fratres q.m D.ni Simonis de Valvasono fuerunt contenti, confessi, ac manifeste habuisse, recepisse, ac ibidem in predictos Testium, et mei Not.i infras.ti presentiam habuerunt, et manualiter receperunt, in promptta ac parata pecunia ibidem presentialiter numerata a Nobb.s Viris D.s Nicolao et Natale Pancera de Portugruaro ibidem presentibus et pro se, ac vice et nomine Nob: D. Viri Franceschini Pancera eorum Fratis eorumque Heredibus dantibus, solventibus, et numerantibus dictus D. Rizzardus et Consortes sui superius nominati exceptione non non dati, non soluti et non numerati, ac non habiti, et non recepti pretiantes ... a predictis D.is Nicolao, et Natale huius tempore Contractus exceptione doli malicondi ... sine causa in factum, et actioni legum auxilio, et omni alio suo jure plenarie, quo ipse contra pntem pretii confessionalem et infrascriptam Venditionem possent modo aliquo contrafacere, vel venire nominati D. Rizzardus, et Consortes sui antedi habentes a R.mo a xto Patre Dno Antonio Dei Gratia Sancte sedis aquileiensis Patriae dignissimo

li:

licentiam, et plenariae potestatem vendendi bona infr.a quae Feudali[a]
ère dixerunt Aquiliensis Ecclesiae cui vel quibus maluerint pro e[o]
rum libito voluntate, ut de licentia hujusmodi sic concessa ibid[em]
litteris patentibus pred.o Dño Patriar cum Patler, sigillo munitis [...]
et concessis sub infr. mill.o et ind.e die vero presenti Mensi[s]
Novembris plenaria exht facta fides, per se et suos haeredes, et ju[re]
Feudi quo recognoscebant ab ecclesia Aquiliensis, ac eo jure qu[o]
infr. Joannes Franciscus de Zoppola bona infrascripta presenti D.o de
Valvasono permutata et concessa tenebat, et possidebat ac diu
ab eo poterat habere, et possidere, in perpetuum dederunt, vendide[-]
runt, ac tradiderunt presenti D.ni Nicolao, et Natale Panceria Fratri[bus]
ibidem presentibus et pro se, et prefacto D.o Franceschino eorum fratre
et ipsorum - - - - ementibus, et recipientibus bona infrascripta
que pth. venditores Nomine permutationis à Nob: Joanne Francisc[o]
Zoppola alias habuisse et recepisse asserverunt. Et Mediantes juris ca[stri]
Zoppola, quam ipsi possidebant pro indiviso, cum Nob.s Franciscus f[ilius]
Dño Nicolai de Prodolono. Itt. Domum suam partim muratam et pa[rtim]
de assidibus clausam et palais copertam sitam in dicto Castro Zoppu[le]
et unum suum ortum situm in dicto castro eidem Dñi aderentes,
juxta partes suam ipsius Castri Zoppulae; cum omnibus et singulis juri[bus]
actionib.s et jurisdictionib.s ac dominiis quae et quas dicti vendito[res]
habebant, seu habere poterant in dicto Castro Zoppulae tam pro divis[o]
quam indiviso cum perfacto Franco de Prodolono, et alio mod[o]
quocunque. Itt. mediantem sua caritti, dominij. dacijs, livell[o-]
rum, et aliarum quarumcunque jurisdictionibus Burghi de Zop[-]
pula, quae ipsi venditores habebant et habere poterant pro indivis[o]
seu indiviso cum prefacto Francisco de Prodolono in d.o Burg[o]
Itt. Mediantem suam unius Molendini siti prope Zoppulam. It[t].
Mediantem suam unius fornacis sitam prope villam Zoppulae
versus Meduna. Itt. Mediantem suam cuiusdam sedimini seu

pasteunniis sicce site supra acque Zoppule cudo de Zoppola ad Praturlonem quas Molendinum pistam sice, et Fornacem ipsi Venditores habebant pro indiviso cum prefacto Franco de Rodoi lono. Itt. Quondam sued Daniele situm super Fondes Zopule rectum et Laboratum p. Venetum Zoppolati de d.a Villa cum quinque Pratis suis sitis in pertinentiis d.e ville Zoppule usufructatis per dictum Venetum Zoppolati. Itt quandam sued Ortale situm in Villa Zoppale rectum per Venetum Fabrid pro quo solvit annuatim libras 4 1/2 spatulam una Porzinam, et Gallinam unam supra unum Ortale positum in dicta Villa allias rectum per Oscaldum Cendone solvit annuatim denario 8. et spatulam unam. Itt. unum Ortum rectum per Danielem Cortici de ipsa Villa pro quo solvit quartam unam frument, et Gallinam unam. Itt. Unum Ortum in dicta villa rectd per Dominicum Capitanius pro quo solvit annuatim pro XXXVIII l.a unum livellum perpetuale unius libre Pipiris annuatim solvere per Nicollaum Fabrum. ad habendum tenendum, possidendum, et quid. quid predictis Emptoribus, et suis Heredibus deinceps placuerit perpetue faciendum cum omnibus, et singulis que dicte res vendite super se infra se, seu jura se integram; omniqo jure actione usu seu requisitione, et ex eis, vel pro ipsis aut eidem rebus venditis a Celum usque ad abissd modo aliquo pertinens, et cum omnibus, et singulis jurib. et jurisdictionib. Garito, Dominio, onere et Varicuata campis, Braidis, Pratis, Pascolis Paludibus Nemorib. Fossatis, acquis, et aquarum decursibus, Venationibus, et Piscationibus, ciis stratis semitibus honarantiis, et Garitum cum omnibus, et singulis altiis et quibuscumque juribus, actionibus ad dictd hereditatem Castri, Zironi, et Burghi antedicti spectantibus et pertinentibus quovismodo; ita q.ta Omnino dicti emptores, et sui Heredes de dictis rebus sic emptis possint, et valent disponere, testari ven:

dendum

venditiones, donationes, cessiones, permutationes, alienationes, ob
bligationes, ac omni modo suam utilitatem, et voluntatem facien
uti, et quemadmodum predicti venditores ante presentem vendi
peni, seu alicujus ipsam alterius ne Persone contradictione aliqua
quomodo:libet non obstans dicentes, et affirmantes Venditores no
minati predictas res venditas nulli alteri homini vel persone quam emp
toribus predictis esse datas, venditas, alienatas, vel quomodolibet obli
gatas q.^m si quo tempore repertum fuerit promiserunt ipsi Vendito
res per se, et suos Heredes ipsos, et quamlibet ipsam partem nomina
tis emptoribus pro se, et suis Heredibus stipulantibus libere, expe
dire omnibus suis sumptibus et expensis, e de ipse res vendite plus
valerent pretio suprascripto totum illud plus dicti Venditoris per se
et suos Heredes dederunt, et donaverunt — emptoribus antedictis
pro se, et nominato eorum Fratre, et ipsorum Heredibus, stipu
lantibus, et recipientibus titulo, et nomine pure, mere, simplicis
et irrevocabilis donationis, que dicitur inter vivos, et causa mort
que nullis ingratitudine sive causis, quibus donationes de jure re
vocantur valeat nullatenus revocare constituentes Venditores ant
res predictas sic venditas Emptorum suprascriptorum se precario no
mine de cetero possidere donec ipsi emptores de ejusdem ten
tam acceperint Corporalem possessionem, quam accipiendi sua
propria auctoritate retinendi ejsdem licentiam omni modum contule
runt atque dederunt, dantes nihilominus, et constituentes eisdem
Emptoribus in nuntium tenute ad — — — robur omnium premiis
sorii Ss. Joanem de Fagagna testem anted.^m qui ad omnem
voluntatem, et requisitione, dictori, emptori, quos in tenutam, et co
poralem possessionem de predictis reb. sic emptis ponat, et induc
promittentes venditores pred.ⁱ per se et suos Heredes nominatis D. Ni
colao, et Natale Pancera pro se, et dictori eorum Fratre ac eorum
Here

Heredibus stipulantibus de predictis rebus sic venditis vel aliqua earum parte eisdem emptoribus vel suis Heredibus nullo tempore litem, causam, questionem, ac controversiam aliquam inferre nec inferendi consentire, sed ipsas res sic venditas et qualibet ipsarum partem eisdem emptoribus, et sui Heredibus perpetuo, et omni tempore, deffendere, valientare, manutenere, autorizare, et disbrigare ab uno quoque Homine, et Persona Comuni Colegio, et Universitate et predictam venditionem ac omnia et singula in presenti instrumento contenta perpetuo forma, ratta, et grata habere et tenere, e in nullo contrafacere vel venire per se vel alios aliqua ratione vel causa solo in fraude vel ingenio de jure vel de facto sub pena dupli predicti atebidi solidorum pretij stipulata solennitatis premissa cum integra refectione damnorum, et expensarum ac # interesse litis et expensis, et obligatione omnium bonorum suorum mob: et imbo. presentium et futurorum qua tamen pena soluta vel non predicta nihilominus omnia, et singula obtineat plenum robur.

Ex notis, et Protocolo q.m E Joannis olim E Federici de Portagruaro existente penes Dom.m Panfilum de Perinis Civem dicti Portus Ego E Ortensius Claudius Filius q.m D.ni aurelii Augustini Pub.ti Imp.li auct.e ac dicti Portus Not.! suprascriptum Venditionis instr.m una cum omnibus, et singulis in eo contentis ad inst.m et requisitionem Nob. Dni Joannis Danielis Mantica Utinensis de verbo ad verbum prout stat, et jacet fideliter ext.o et pubblicavi, et facta incontractione cum originali, quia concordare inveni, me in fidem, et testim.m suprascripti cum signo meo solito, et consueto. Ant.m Jose.m fid.r ext. alio consimili Originali aut.o Anto! Baradelus P. V. A. Not.us Zoppule nil addens, vel minuens q.r substantiam contrarius mutet seu variet, et ideo in fidem se supt. signavit, et roboravit dic

Adi 24. Fabraro 1807. Zoppola

Certifico io sottoscritto Notaro, che la presente Copia fu fedelmente estratta d'altra consimile Autentica esistente presso il sig.r Giulio, e Girolamo Fratti Caluziona di Zoppola per mano a me nota, in fede di che vi appongo il Segno mio Notariale

Pietro Salvani Notaro di Publica
Autorità di Zoppola

Aquileja S. Chier

SOLDI 5

B.

1405 15 9bris

In Christi Nomine amen anno Nativitatis ejusdem, Millesimo quadragintesimo quinto, ind. s.a decima die 15 Mensis 9bris in Castro Cordovadi Concordiensis Diocesis, in camera magna supe: rioni ipsius Castri presentibus Venerabili, e Religioso viro Domino Fa: tre Benvenuto prefetto Monasterj Sexti, et Nob.s Viris Dño Francisco de Sbrojavacca, ac Dño Franc.o q.m Nob. Viri Dño . et ad hoc vocatis et specialiter rogatis pretio, et foro ac nomine pretii Ducato: rum duorum Millium, et ducentorum boni auri, et justi ponderis, quod totum pretium Nob. Vir D. Franciscus q.m Nob. Viri D. Nicolai de Prodolono fuit contentus, confessus, et manifestus habuisse et recepisse, ac sibi integre datum, solutum, et numeratum esse, et non sub aliqua spe futurae Numerationis a Nob. Viro Dño Franceschino Pancera q.m Nob. Viri Dñi Andrea Pancera de Portagruario, ibidem presente, et pro se, et suis Heredibus, dante solvente et numerante renuntians ex: ceptioni sibi non dati, non soluti, et non numerati, ac non habiti, et non recepti dicti pretii ab eodem Dño Franceschino tempore hujus Contractus exceptioni, doli, mali, contitioni, sive Causa in factum actioni, et omni aliis jure plenarie tam Canonico quam Civili sibi Competenti, vel competituro quovis modo. Nominatus D. Franceschinus de Prodolono facta, et concessa sibi primo a Rev.mo in Xto Patre et Dño Nro Dño Antonio Dei Gratia Sanctae Sedis Aquiliensis Pa: triarcha Digmo, in dictum Testium, et mei Notarj infrascripti presentia viva novis Oraculo potestate, licentia, et plenaria facultate fa: ciendi alienationes, et venditiones infrascriptas per modum qui infra sequ: ent.r de infrascripta medietate Castri Zoppule, et bonis aliis quibuscunque ivi ipsa venditione descriptis, et in quacunque bona ipsa ejus: dem Dñi Pathe, et suae Aquiliensis Ecclesiae reperiant Feudalia esse per se, et suos Heredes dedit, et vendidit ac tradidit in perpetuum pre: facto Dño Franceschino pro se, et suis Heredibus, ementi et recipienti si proprium, et jure propriis et in Feudum esse, jure Feudi suam

par:

...rem

partem videlicet medietatem Castri de Zoppule siti in Patria Fori julii Concordiensis Diocesis prope Portusnaonis, cum Girono, Turre, Palatio, Burgo et omnibus eorum Fortilitiis, nec non medietatem Molendini Fornaciis et hujus territorii contate prope dictum Castrum Zoppule, et eorum pertinentiis quibuscunque, ac Sedialibus Hortis Stabulis, Cereis, Domib. livellis Dictis, simplicibus, et aliis censibus quibuscunque, Emitu, Dominio, Jurisdictione Honore, et Magnata, Campis Braidis, Pratis, Pascuis, Paludibus, Piscationibus, viis, Iratis Semitibus, ~~Honorantiis quam Natatibus~~ Fossatis aquarum decurrentibus Venationibus Honorantiis quam medietatem ipse venditor cum Nob: Viris Dnis de Valvasono pro diviso, seu indiviso possidebat, et generalibus cum omnibus et singulis aliis, et quibuscunque juribus spectantibus ad dictam medietatem Castri antedicti directe, vel indirecte quamcunque, quandocunque, quotiescunque, et qualitercunque cum bonis, et possessionibus quibuscunque ubilibus positis tam in Castro quam in Burgo, et Villae Zoppule, quam pertinentiis suis separatis, tum, et divisis ante dictae venditionis et extra ipsos mansus suos existentibus per ipsus venditorem cum prefatis Dnis de Valvasono pro indiviso, seu indiviso possessis ad habendum, tenendum, et possidendum, tandem vendendum permutandum, et cuilibet alienandum, et generaliter, quidquid de emptori suisque Heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum ut et quomodocunque dictus venditor ante presentem venditionem factam poterat facere sive contradictione, et reprehensione et exceptione aliqua juris, vel facti, venditionis ipsius suorumque Heredibus, seu alicujus alterius personae cum omnibus, et singulis quae suprascripta bona omnia vendita habent super se, infra se seu intra se, cum egressibus, et regressibus suis quibuscunque atque servitute Dominio, comodo, et utilitate, ac honore ad predicta bona, et cuilibet ipsorum spectantibus, et pertinentibus, tam de jure et de consuetudine, quam etiam de facto in integrum a [illegible]

usque ad habissud, dicens asserens, et affirmans predictus Venditor bona
predicta nulli alteri homini, vel personæ, quam emptori predicto dedisse
vendidisse, alienasse, vel modo aliquo obbligasse quod a quo tempore
reperiri posset, promisit ipse Venditor per se suosque Heredes bona ipsa,
et quamlibet ipsorum partem predicto emptori pro se, et suis Heredibus
stipulanti libere expedire omnibus suis sumptibus et expensis, et si bona
ipsa vendita plus valerent pretio suprascripto, totum illud plus dictus Ven-
ditor per se, et suos Heredes suprascripto emptori pro se, et suis Heredi-
bus stipulanti dedit, et donavit titulo, et nomine pure, mere, simplicis,
et irrevocabilis donationis qua dicitur inter vivos, et non Causa mortis, quæ
quæ nullis ingratitudine sive causis quilibet donatus de jure revocanti
nullatenus valeat revocari Constituens se idem q Franciscus de Prodo-
lono Venditor, predicta bona, sic vendita suprascripta emptione precario
nomine de cetero possidere, donec ipse Venditor de eis tantum accepe-
rit et corporalem possessionem, quam accipiendi sua propria auctoritate,
et retinendi ejdem licentiam omnimodo contulit, atque dedit, dans
mihi Not.° et constituens eidem emptori in Nuncium tenutæ ad majus
robor omnium premissorum Nob: Dom. Joannem de Jagagna Capitaneus
Cordovadi, qui ad omnem ipsius emptoris voluntatem, et registrationem, ipsum
de premissis bonis omnibus :: ut permittit emptis in tenutam, et corporalem
possessionem ponat et inducat, promittens dictus q Franciscus de Prodolono Ven
ditor per se et suos Heredes suprascripto Dño Franceschino emptori per se
et suis Heredibus stipulanti de premissis bonis sic venditis, vel aliqua ip-
sorum parte, nullo tempore eidem Dño Franceschino emptore vel suis
Heredibus, litem Causam questionem, vel controversiam aliquam per se
vel aliquos, directe, vel indirecte inferre, nec inferenti consentire,
nec contra predicta, vel predictorum aliquod contrafacere, vel venire
quovis modo et ipsa bona, sic vendita, et quamlibet ipsorum partem tam in proprie-
tate, quam in possessione eidem emptori, et suis Heredibus perpetuo, et omni tempore
deffendere, mantenere, autorizare, et disbrigare ab omni quocumque

ho

ponim, et persona Comuni Colegio, et Universitate
et predictam venditionem, et omnia, et singula in hoc instr.º contenta,
perpetuo firma, rata, et grata, habere, tenere, ac observare
inviolabiliter, et in nullo contrafacere vel venire per se vel alios aliqua ratione
vel caussa dolo, fraude, vel ingenio de jure consuetudine constitutione
vel de facto sub pena dupli supra pretii demptis quinque
solidis in singulis Capitulis hujus Contractus solemniter stipulatis
et premissa cum integra refusione damnorum, et expensarum, et interesse
se litis, et extra, et obligatione omnium suorum bonorum mobi-
lium et immobilium, et presentum et futurum qua tamen
pena soluta, vel non predicta mihi Notario omnia, et singula
obtineant plenum robur

Et Ego Nicolaus Filius Magistri Antonii q.m Notarii de Portogruario
Publicus Imperiali Auctoritate Not.s, et comunis dicti Portus Can-
cellarius ex auctoritate concessa mihi Notario Regimen Portusgru-
arii in notis, et abreviaturis q.m E Joannis Cechi Notarii de Portu
gruario nil addens vel minuens, quod substantiam contractus mutet
seu variet intellectum pro ut in ipsius notis inveni, et fid.r publi-
cavi meis signo et nomine appositis in fidem premissorum

Adì 24. Febraro 1802. Zoppola

Certifico io sottoscritto Notaro, che la presente Copia fu fedelmen-
te estratta d'altra consimile Autentica esistente presso li Signo-
ri Giulio, e Girolamo Fratelli Cauziera di Zoppola, per mano a
me nota, in fede di che vi appongo il segno mio Notariale

Pietro Salvani Notaro di Publica Autori-
tà di Zoppola

Gregorius Episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Odorico Nicolai de Civitate Austrie Canonico ecclesie Aquilegiensis Salutem et apostolicam benedictionem.

Racioni congruit et convenit honestati ut ea que de Romani pontificis gratia processerunt licet eius superveniente obitu littere apostolice confecte non fuerint suum sortiantur effectum. Dudum siquidem felicis recordationis Innocentius papa VII predecessor noster omnes Canonicatus et prebendas ac dignitates personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura quorumcumque abbreviatorum litterarum apostolicarum tunc vacantia et in antea [illegible] sive [illegible] scienter [illegible]

Breve papale ad uso di Cividale di [illegible]

1406 49 Du Roma Breve di Papa Gregorio XII a Nicolò di Cividale Cantore della Chiesa d' Aquileja, col quale gli conferisce alcune prebende in S. Felice e S. Stefano. -

Copia antica?

Venezia al Com. di Udine. Sulla presa di Padova e dei Carraresi –

Nobiles, et circunspecti maiores, et fratres debita racomen=
datione premissa ad gaudium, et consolationem, vobis
significamus, quod die hesterna ora prima noctis Hospites
Duce Deo, et cum letitia applicuimus, et quod hodie
de mane fuimus in missa cum Ser.mo Dno Duce Ve=
netiarum, auditaque missa predictus Dnus Dux
cum suo Secreto Consilio nobis benignam exhibuit
audientiam, in qua quam melius scivimus letitiam,
et gaudium super novis de Padua nostre communi=
tati pervenctis iuxta nostre commissionis seriem
exposuimus, qua audita, et prudentissime intellecta,
predictus Dnus Dux cum dicto Consilio benignissime,
et cum maxima consolatione ambasciatam nostram
suscepit, et gratissimos habuit modos per nostram
Communitatem retentos in predictis, suadens nobis,
quod quanto longius hic staremus ad videndum
consolationem Communem Dominium suum re=
manet magis contentum, propter que hic delibe=
ravimus permanere usque quo ipsi Dominio, et
nobis videbitur, ut super predictis pleniorem finem
vobis reportare possimus, conclusio autem circa
premissa hec est, quod heri de sero Civitas Padue
cum Castro, et Cittadella in manibus prefati Dominij
extitit liberaliter consignata, et sine aliqua conditione,
quidquid dicant homines, et quod Dominus Franciscus
de Carraria olim Paduanus cum filio suo, Domino

Francisco Tertio hodie in medio Turris fuit conductus
ad monasterium S. Georgij cum promissione, quod om=
nes filios suos legitimos, et viginta millia Ducatorum
que in Florentia habet ad manus Excellentissimi Domini
conducere debet, gratiam, et misericordiam predicti
Dominij, cum maximo dulcio audivimus, super quibus
omnibus, et singulis cum campanis, et ignibus hec
Civitas hijs diebus preteritis maximam ostendit leti=
tiam, et continue, ac de presenti non cessat ostendere,
quod ulterius sequitur, et magis late vobis in brevi
putamus exprimere; estote leti in Foro vestro bonam
provisionem habentes.

Dat: Venetijs 23. 9bris ora 20.ma

Tristanus de Savorgnano milles

Andreas de monticolis, et Nicolaus de Soldonerijs Cives
uestri.

A Tergo) Spectabilibus, et mag.cis Viris Dominis septem Deputatis,
Consilio, et Communi Utini Fratribus, et maioribus suis

Premissum exemplum litterarum aliena
manu extractum publicavi ego Joannes
Bottuna Canc.s sig.i

~~Ex Processu~~
Ex Proces. signato B. fol. 2.o in Off.o
Cancellariae mag.cae Civitatis Utini exist.e
Ferandus Ornianus Cancellarius
Die. 15. Jan. 1739

Rupertus Dei Gratia Romanorum
semper Augustus:

Nobilis fidelis dilecte. Cum Sanctissimus in Christo pater Dominus noster Gregorius Papa XII. Generale Concilium celebraturus pro desiderabilissima unione sanctae matris ecclesiae Civitatem Austriae regni nostri accessurus, ubi et nos erimus de presenti, sintque in dictis partibus nonnullae discordiae, per quas venerabilibus Prelatis et aliis personis ad dictum Concilium accedere volentibus possent impedimenta verisimiliter suboriri, quominus ipsum Concilium suum sortiretur effectum; Nobilitatem vestram instanter requirimus, quatenus intuitu S. matris ecclesiae ac universalis boni partes sollicitudinis ac prudentiae tuae interponere velis, ut huiusmodi discordiae, dante domino, sopiantur, et quicunque dictum Concilium accedentes in illis partibus plena gaudeant securitate, ne quid obstaculi tantae utilitati, qua maior esse non potest, privato malignantium commodo postponat, facturus in premissis de tua fidelitate fiduciam gerimus singularem, nos enim dictum Concilium promovere et favorizare pro S. matris ecclesiae apertura reformatione intendimus, iuxta posse, parati etiam tuis desideriis favorabiliter inclinari.

1409. 19 junij

Datum in Castro nostro Herdelberg anno Domini 1409: die 19: Junij
Regni vero nostri anno nono:-

Ad mandatum Domini Regis
Joh: Jener Doct: utriusque iuris

à tergo
Nobili viro Jacobo Comiti de [illegible]
bono fideli nostro dilecto

Scripturam hanc existentem penes Mag. D. Nicolaum equitem ...

ex Nob.lis Dnis Valvasoni ob antiquitatem caroritatem
S: N: nantem per alium mihi fidum de verbo ad verbum
tatam extrahere feci, ideo ego Bernard. Lukeus
Not. et Supradictor Mag.m Dnum Vals. Canc. in fidem
mittorum me subs. et signo meo solito corroborav
ad perpetuam rei memoriam

Et ego Joseph Contardus P. Imp. A. Not. vidi litteras Regal
authenticas penes Mag.m D. Equitem Nicolaum ex
S. N: Valvasoni existentes et cum Gruillis exactis alienam
manum autenticavi, ideo roboravi, cum solito signi
appositione et subscriptione in fidem.–

Ex autenticis manu propria supradictorum duorum Notario
rum subscriptis cum signis solitis, Gruillos exerp.
S: N: fideliter exemplavit Dominicus Lianus Ablice
et Imperiali Not: et cum signo solito subscripsit in fidem.

Ex consimili autentico, mediante aliena manu exemplato, ex quo
Libro existente penes Illmos Dnos Bertoldum Erasmum, et fres im
Sonos, sic req. cum ipsomet autentico comparavit et concordare
invenit Nicolaus Subtilis pub.s V.A. Not. et Valvasoni Cancellarius
ideo se sub.to apposuit nomine et signo suis de more ita quod
Valvasoni die 12 Maij 1675.

Hoc est exemplum sive transumptum cuiusdam processus de-
creti et emanati ex parte Reverendissimorum in Christo
Bolla ecclesiastica Patrum et Dominorum Dominorum Symonis Alexandrini
et Wenceslai Anthiochenensis Dei gratia Patriarcharum ac
... Domini Domini Thome ca...
... Judicum et executorum
... integris Sigillis ipsorum Domi-
... appensis ad cordulas Serici
... non viciati non cancellati
nec in aliqua sui parte suspecti verum omni prorsus vi-
tio et suspitione carentis a suo vero et autentico Origi-
nali sumpti et transumpti Coram Venerabili Viro Domino
Philippo de Capellinis de Mediolano Decano Concordiensi
Reverendissimi in Christo Patris et Dni Dni Anthonij Dei
et Apostolice Sedis gratia Sancte Sedis Aquilegensis Pa-
triarche dignissimi in spiritualibus Vicario generali Exhibi-
ti et producti per providum et Discretum Virum Ser Jaco-
bum Notarium de Cremona Procuratorem fiscalem et procura-
torio Nomine officij Curie Spiritualis memorati Dni Dni Pa-
triarche Aquilegensis petentem et requirentem dicto nomi-
ne presentem insinuationem fieri debere Cuius quidem pro-
cessus tenor sequitur et est talis. Videlicet. Universis et sin-
gulis Christi fidelibus et signanter Reverendis in Christo Patribus
Dominis Patriarchis Archiepiscopis et Episcopis necnon Illustribus
Dominis Ducibus Principibus et Comitibus Vicarijs quoque in spiri-
tualibus et temporalibus et offitialibus Reverendorum Patrum
Dominorum

1409 — 23 Giugno Pisa, Istruzione per
lettere del Concilio di Pisa
Processo contro i seguaci del Papa
Gregorio XII. —

S: N: ex Nob.lis D.nis Valuasoni ob antiquitatē corrositatē ...
nantē per alium mihi fidū de verbo ad verbū ...
tatā extrah...
Not: et Sapro...
millorū me...
ad ex...ven...

Et ego Joseph Con...

S: N: authenticas penes Mag.m D. Equitem Nicolaū ex...
Valuasoni existentes et cū ... alienā
manu ... ideo roboravi, cū Soliti Signi
appositione et Subscriptione in fidē:-

Ex autenticis manu propria Supradicti Notarij ...
S: N: sub scriptis cū Signis Solitis ...
fideliter exemplavit Dominicus Bianus ...
et Imp.lis Not: et cū Signo Solito Subscripsit in fidē

Ex consimili autentico, mediante aliena manu exemplato, ex quo...
Libro existenti penes Ill.mos D.nos Bertoldū, Erasmū, et f.res ...
Soros, sic req. cum ipsomet autentico comparavit et concordare
invenit Nicolaus Subtilis pub.s V.A Not. et Valuasoni Cancellar...
ideo se sub.s apposuit nomine et signo suis de more ita quod...
Valuasoni die 12 Maij 1675.

Hoc est exemplum sive transumptum cuiusdam processus decreti et emanati ex parte Reverendissimorum in Christo Patrum et Dominorum Dominorum Symonis Alexandrini et Wenceslai Anthiochensis Dei gratia Patriarcharum, ac Reverendi in Christo Patris et Domini Domini Thome eiusdem gratia Episcopi Dunelensis Judicum et executorum inferius descriptorum veris et integris Sigillis ipsorum Dominorum Judicum et executorum appensis ad cordulas Sericii azurii sive blaui coloris muniti non viciati non cancellati nec in aliqua sui parte suspecti verum omni prorsus vitio et suspitione carentis a suo vero et autentico Originali sumpti et trasumpti Coram Venerabili Viro Domino Philippo de Capellinis de Mediolano Decano Concordiensi Reverendissimi in Christo Patris et Dni Dni Anthonij Dei et Apostolicae sedis gratia Sanctae Sedis Aquilegensis Patriarchae dignissimi in spiritualibus Vicario generali Exhibiti et producti per providum et Discretum Virum Ser Jacobum Notarium de Cremona Procuratorem fiscalem et procuratorio Nomine officij Curiae Spiritualis memorati Dni Dni Patriarchae Aquilegensis petentem et requirentem dicto nomine presentem insinuationem fieri debere Cuius quidem processus tenor sequitur et est talis. Videlicet Universis et singulis Christi fidelibus et signanter Reverendis in Christo Patribus Dominis Patriarchis Archiepiscopis et Episcopis necnon Illustribus Dominis Ducibus Principibus et Comitibus Vicarijs quoque in spiritualibus et temporalibus et officialibus Reverendorum Patrum

Dominorum

Bolla ecclesiastica

Dominorum Patriarcharum Archiepiscoporum et Episcoporum Abba
tibus Prioribus Praepositis Decanis Archidiaconis Thesaurarys Cu
storibus Scolasticis Primicerys Sacristis Canonicis et Capitulis Me
tropolitanensium Cathedralium Collegiatarum parrochialiumque et
conventualium Ecclesiarum rectoribus ac quorumcumque monas
teriorum et domorum regularium et saecularium magistris Comen
datoribus provincialibus Ministris Guardianis praesidentibus et
eorum locatenentibus ac Monacis et fratribus quorumcumque
Ordinum exemptorum et non exemptorum Caeterisque Praesbyte
ris ac Capellanis Vicarys Curatis et non Curatis clericis no
tarys et tabellionibus publicis Insuper magnificis Dominis
Marchionibus Lantgravys Burchgravys Comitibus nobilibus
Baronibus Terrarum Dominis Militibus armigeris Feudalibus
Vasallis Capitanys Castellanis Judicibus villicis Sculteti Ma
gistratuum gubernatoribus iuratis consulibus proconsulibus
Scabinis Justitiarys et praeconibus ac omnibus et singulis qui
Spiritualem Civilem et temporalem jurisdictionem habent
et eorum locatenentibus ac etiam universitatibus communita
tibus Civibus et incolis quorumcumque Civitatum Oppidorum
Castrorum terrarum villarum et locorum praesertim Oppidi
Civitatis Austriae Aquilegensis dioesis nec non Universis
alys et singulis utriusque sexus Christifidelibus etiam
cujuscumque dignitatis status gradus ordinis vel conditio
nis aut praeminentiae existant per partes Alemaniae et
Italiae ubilibet constitutis communiter et divisim tam in
generе

genere quam in specie ad quorum seu cuius notitiam presentes nostre littere pervenerint. Presertim Petro de Luna Benedicto XIII et Angelo Corrario. Gregorio XII. olim a multis et cuiuslibet eorum obedientijs nuncupatis. Miseratione divina Symon Alexandrinus et Wenceslaus Anthiochensis Patriarche, ac Thomas Episcopus Dunelensis Judices et executores ad infrascripta auctoritate sacre universalis his diebus in hoc Civitate Pisarum congregate Synodi deputati cum illa clausula Quos vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios etc. salutem in Domino ac que ad devios spiritualium agnoscere veritatis et ad gremium redire Ecclesie Sancte Dei. Litteras Reverendissimorum in Christo Patrum et Dominorum Dominorum Sacri Romane Ecclesie Collegy auctoritate dicte Sancte Synodi universalem Ecclesiam representantis emmanatas nos recepisse noveritis in hec verba. Miseratione divina Episcopi presbiteri et dyaconi Sancte Romane Ecclesie Cardinales Reverendis in Christo Patribus Dominis Alexandrino et Antiochensi Patriarchis ac Episcopo Dunelensis salutem in Domino, et debitam diligentiam in comissis. Ad hoc voluit Dominus in hominum insolentias iurium frena quinetiam ultiones parari ad hoc publicas adiga potestates ut quia crescente malicia multi diatim in multos prolabuerint excessus quos amor Dei ab errore non revocatos timor debite disciplina compescatis. Sane congregata hic diebus his ut perfertur

sacra

sacra generali synodo et ad eam vocatis legitime et pro
vocatis Petro de Luna Benedicto XIII et Angelo Corrario
Gregorio XII olim nuncupatis de papatu impie contendan-
tibus ymmo verius colludentibus videlicet in causa Scismatis et
fidei et in huiusmodi causa debite processo eadem Sancta
Synodus visis et diligenter inspectis omnibus meritis cause ha
bitaque prius inter se ipsos, et demum cum copiosa multitu
dine magistrorum in sacra Theologia; atque utriusque iu
ris doctorum deliberatione matura in huiusmodi causa
Scismatis et fidei deffinitiuam tullit sententiam in huius
modum Christi nomine invocato. Sancta et universalis Sy
nodus universalem Ecclesiam representans et ad quam co
gnitio et decisio huius causa noscitur pertinere Sancti Spi
ritus gratia in hac maiori Ecclesia Pisarum congregata
ibique pro tribunali sedens visis et diligenter inspectis o
nibus et singulis productis probatis et agitatis in presenti c
ausa unionis Ecclesie fidei et Scismatis contra Petrum de L
na Benedictum XIII et Angelum Corrario Gregorium XI
olim appellatos que in presenti processu huiusmodi causa p
nius continentur ac quibuscumque alys ipsam Sanctam Sy
nodum ad infrascriptam deffinitionem mouentibus et inducen
tibus habita prius inter se ipsos, et demum cum copiosa
multitudine magistrorum in sacra Theologia atque utriusq
iuris doctorum pluries et pluries diligenti collationum et
tandem deliberationem materia criminis qui pariter hanc
in sententiam

in sententiam reparariis unanimitas concordare omni modo, via et iure quibus magis et melius potest in predictorum contendentium seu verius colludentium de papatu remissibilem eorum contumaciam in his scriptis pronunciat decernit deffinit et declarat omnia et singula crimina et excessus et alia cuncta necessaria ad infrascriptam decisionem presentis cause deducta per providos viros magistros Henricum de Montelsone Johannem de Scaviaro et Bartoldum de Wildungone promotores instigatores et sollicitatores seu procuratores deputatos ad prescindendum presentem causam pro huiusmodi detestandi et inveterati Scismatis extirpatione et unione atque reintegratione Sancte Matris Ecclesie contra et adversus prelibatos Petrum de Luna Benedictum XIII et Angelum Corario Gregorium XII de papatu damnabiliter contendentes ab aliquibus nuncupatos in petitionem coram ipsa Sancta et Universali Synodo presentata et exhibita fuisse et esse vera atque notoria ipsosque Angellum Corario et Petrum de Luna de papatu ut prefertur contendentes et eorum utrumque fuisse et esse notorios scismaticos et antiquati Scismatis nutritores deffensores fautores approbatores et manutentores pertinaces nec non notorios hereticos et a fide devios notoriisque criminibus enormibus periuriis et violationis voti irretitos universalem Ecclesiam Sanctam Dei notorie scandalizantes cum incorrigibilitate contumacia et pertinatia notoriis evidentibus et manifestis et ex his et aliis se reddidisse

omni

omni honore et dignitate etiam papali indignos ipsosque et eorum utrumque propter praemissas iniquitates, crimina et excessus ne regnent vel imperent aut praesint a Deo et sacris canonibus fore ipso facto abiectos et privatos et etiam ab Ecclesia praecisos et nihilominus ipsos Petrum et Angelum et eorum utrumque per hanc diffinitivam sententiam privat abicit et praecidit. Inhibendo eisdem ne eorum aliquis pro Summo Pontifice gerere se praesumat Ecclesiamque Romanam ad cautelam vacare insuper decernendo. Et insuper omnes et quoscumque christicolas etiam si Imperiali regali vel alia qualibet praefulgeant dignitate declarat ab eorum et cuiusque eorum obedientia non obstante quocumque fidelitatis iuramento aut alio quovis vinculo quo illis vel eorum alteri tenerentur astricti, fore perpetuo absolutos. Inhibendo eisdem Christifidelibus ne praedictis de papatu contendentibus seu eorum alteri quomodolibet obediant pareant vel intendant aut consilium auxilium vel favorem illis praestent aut eos recipiant vel receptentur sub poenis excomunicationis et aliis a Sanctis Patribus et canonibus sacris inflictis promulgatis et ordinatis quodque si parere contempserint huic ordinationi et sententiae ipsos et eorum fautores deffensores adhaerentes et sequaces etiam per saeculares . . . . iuxta praecepta divina et ~~sacrorum~~ Canonum dispositiones eadem Sancta Synodus pronunciat deffinit, ac insuper omnes et singulos

processus

processus et sententias excomunicationis inhabilitationis vel alterius censurae et poenae privationis quoque ordinum et dignitatum etiam Cardinalatus Beneficiorum et Officiorum ac graduum quorumcumque qualiacumque sint et quovisque nuncupentur seu nominentur contra Dominos Cardinales praedictos Petrum de Luna et Angelum Corrario factos lactos et fulminatos fuisse et esse nullos cassos et irritos ac nullas cassas et irritas ac nullius roboris efficaciae vel momenti et quatenus de facto processerunt catheris annullandos cassandos et irritandos cassandas annullandas et irritandas sicque etiam ad cautellam quatenus expediat omni modo et iure quo melius potest annullat cassat et irritat et insuper promotiones ymmo verius purplanationes quorumcumque ad Cardinalatum per dictos contendentes de Papatu et eorum utrumque attentatos videlicet per dictum Angelum a die tertia Maij et per Petrum antedictum a die XV Junij Anni proxime praeteriti Millesimi quadringentesimi octavi fuisse et esse nullas cassas et irritas et inanes et quatenus de facto processerint de facto annullandas cassandas et irritandas et sic et etiam ad cautellam quatenus expediat omni modo et iure quo melius potest praefata Sancta Synodus per hanc deffinitivam sententiam cassat irritat et annullat successive cupiens eadem Sancta Synodus in omnibus providere ultra haec inter caetera pronunciavit ut sequitur. Item omnes et singulos processus

sententias

sententias excomunicationis suspensionis interdicti et male-
dictionis seu alterius cuiuscumque censure seu pene con
stitutiones inhabilitationes priuationes ordinum dignitatum
beneficiorum offitiorum et graduum quorumcumque tam ec
clesiasticorum quam secularium contra perseguentes unio
nem Sancte Matris Ecclesie videlicet tam contra Principes
Patriarchas, Archiepiscopos Episcopos et alios viros Ecclesias
ticos cuiuscumque dignitatis ordinis vel status existant quam
seculares personas cuiuscumque conditionis etiam si Imperi
ali regali vel alia preeminent potestate necnon re-
lucationes absolutiones iuramentorum fidelitatis confedera
tionum et homagiorum ac etiam contra Civitates Universi
tates studiorum collegia Ecclesiastica vel secularia comu
nitates Villarum castrorum terrarum seu districtuum atque
singulares personas per Petrum de Luna a quocumque tem
pore et per Angelum Corrario a die tertia Maii anni Do
mini millesimi quadringentesimi Octaui de papatu olim dam
nabiliter contendentes quinymo uarius colludentes factos
seu factas et latas vel de ipsorum seu alterius eorum man
dato haec Sancta Synodus universalem Ecclesiam representans
hac in maiori Ecclesia Pisarum Spiritus Sancti gratia
congregata decernit et declarat nullos seu nullas fuisse et
esse, et quatenus de facto processerunt cassat et annullat
nullique nullius esse roboris vel momenti et haberi pro in
fectis prout haec omnia in processu huius cause ac instru

mentis

mentis inde sumptis plenius constaret: Et quoniam parum esset ferre sententias nisi esset qui exequerentur eadem præfata Sancta Synodus nobis sacro collegio comisit oraculo uiuæ uocis quatenus huiusmodi sententiarum executionem auctoritate eiusdem Sacræ Synodi committeremus alicui uel aliquibus de quibus nobis expediens uideretur qui prout expediret deffinitiones huiusmodi et sententias latas et ferendas eadem auctoritate exequerentur contradictores obsistentes et rebelles quoslibet per censuram Ecclesiasticam et aliam juris remedia compescendo Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii sæcularis. Nos autem de uestrum omnium et singulorum probitate et circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes eidem circumspectioni uestræ prædicta synodali auctoritate tenore præsentium comittimus et mandamus Quatenus uos uel duo aut unus uestrum per uos uel alium seu alios præscriptam sententiam et deffinitionem huiusmodi ad executionem et effectum debitos deducatis faciatisque iuxta ipsarum seriem atque mentem per omnes et singulos Christifideles inuiolabiliter obseruari contradictores obsistentes et rebelles quoslibet cuiuscumque status gradus ordinis dignitatis uel præminentiæ fuerint etiam si Imperiali Regali uel alia quauis Ecclesiastica uel mundana præfulgeant dignitate per censuram Ecclesiasticam et alia iuris remedia appellatione postposita compescendo Inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii sæcularis non obstantibus

stantibus exemptionibus privilegiis et indultis ac forsan aliis
obsistentibus quibuscumque qui quo ad premissa et eorum ef
fectum ultra iuris dispositionem ad cautelam auctoritate pre
dicta relaxamus irritamus et iuribus uacuamus. Datum in San
cta Synodo in Ecclesia Pisarum more solito congregata sub
priorum nostrorum sigillis die XIII Junii secunda indictione
Anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo non
Apostolica Sede uacante post quarum quidem litterarum
receptionem pro parte prouocatorum promotorum et procura
torum per prefatam Sanctam Synodum ad prosecutionem preci
te causae Scismatis et Fidei contra Petrum de Luna et Ange
lum Corario predictos rite deputatorum etiam pro parte
Reuerendissimi in Christo Patris et Domini Domini Anthonii
de Portogruario Patriarchae Aquilegensis dignissimi fuimus
frequentibus instantiis requisiti quatenus ad executionem
sententiae et deffinitionis prefatae Synodi in suprascriptis lit
teris contentarum procedere curaremus iuxta directa auctorita
te dicta Synodi nobis formam. Nos itaque Patriarchae et Episco
pus executores prefatae requisitioni huiusmodi uelut iuste ut
conuenit annuentes ac uolentes instrumentum predicta aucto
ritate nobis directum uidentes et plenarie exequi ut tene
mur. Vobis omnibus et singulis supradicti et uestrum cuilibet
omnia et singula in sententia et definitione predictis con
tenta nec non factam predictam nobis comissionem et proces
sum huiusmodi causae ac omnia et singula in eo latius explana

ta

te tenore presentium Intimamus Insinuamus et notifficamus et ad uestram et cuiuslibet uestrum notitiam deducimus et deduci uolumus per presentes. Et nihilominus uobis Petro de Luna et Angello Corrario olim de papatu contendentibus seu uerius colludentibus notoriis Scismaticis et antiquati Scismatis nutritoribus fautoribus approbatoribus et manutentoribus pertinacibus et notoriis hereticis et a fide deuiis notoriis criminibus et enormibus periuriis videlicet uiolationis uoti irretitis uniuersalem Ecclesiam Dei notorie scandalizantibus tenore presentium inhibemus quibus uos omnes et singuli supradicti comuniter et diuisim etiam inhibeatis ne ipsi uel aliquis eorum amodo se pro Romano Pontifice seu Papa gerere nominare scribere seu scribi et nominari facere aut pontificalia quomodolibet exercere presumant seu presumat: Vos omnes et singulos supradictos et quoscumque Christicolas quali bet dignitate fulgentes ab ipsorum Petri de Luna et Angelli Corrario et cuiuslibet eorum obbedientia non obstante quocumque fidelitatis iuramento aut alio quouis uinculo quo ipsis uel eorum alteri aut aliis uel aliis ipsorum uel aliquibus eorum nomine teneamini aut sitis obligati forsitan uel astricti sicut per eandem Sanctam Synodum absoluti estis formaliter fore absolutos penpetuo nunciantes. Quapropter uos Dominos Patriarchas Archiepiscopos Episcopos uestrosque Vicarios necnon Duces Principes Comites Marchiones Nobiles Barones Abbates priores prepositos prelatos necnon Comunitates Ciuitates et Castra uestroque

trosque

vosque officiales omnesque alios et singulos supradictos utriusque sexus homines cuiuscumque dignitatis status gradus ordinis uel conditionis extiteritis seu extiterint coniunctim et diuisim tam in geneve quam in spatia tenore presentium requirimus et monemus primo secundo tercio et peramptorie uobisque nihilominus et uestrum cuilibet in Virtute Sancte Obbedientie et sub infrascriptis ac priuationis quoad beneficiatos et aliis sententiarum penis districte precipiendo mandamus quatenus infra sex dierum spatium post publicationem seu notifficationem presentium nostrarum litterarum sive processuum uobis aut alteri uestrum factas imediate sequentes quorum sex dierum duos pro primo duos pro secundo et reliquos duos dies pro tercio et peremptorio terminis ac monitione canonica uobis et uestrum singulis predicta auctoritate assignamus omnem obbedientiam si quam forte hucusque prefatis Petro de Luna et Angello Corrario olim de papatu contendentibus imo verius colludentibus notoriis hereticis aut alteri eorum prestitistis et prebuistis seu prestari fecistis subtrahatis et subtrahi faciatis ipsisque et eorum aut alicuius eorum mandatis nullo modo pareatis nec intendatis ulterius seu obbediatis aut obbediri et intendi neque eisdem aut eorum alteri consilium auxilium uel fauorem prestatis aut prestari uel ipsos uel eorum aliquem in uestris Ciuitatibus Opidis castris pallatiis Ecclesiis monasteriis domibus et comodis seu locis receptatis aut recipiatis aut recipi et receptari quomodolibet faciatis et permittatis neque ipsis uel eorum

altari

alteri victualia seu alia necessaria ministretis seu cum ipsis participatis nec super debitis et negotiis ac causis in foro Ecclesiastico vel temporali eisdem vel alteri ipsorum respondeatis ac respondere et permittere responderi presumatis ymo ipsos et eorum cuilibet omnis ordo et actus iurisdictionis penitus precludatorum nec eorum testimoniis fides adhibeatis. Quinymo personas et bona eorundem Petri et Angelli quantotiens comode potestis capiatis et nobis seu futuro Romano Pontifici Pisis per dictos Dominos Cardinales de proximo eligendo aut alibi ubi moram traxerint presentatis et presentari procuratis ipsosque etiam Petrum de Luna et Angellum Corrario de papatu colludentes notorios hereticos in vestris Ecclesiis et aliis locis publicis et ydoneis singulis diebus festivis et non festivis dum populus fuerit fore et esse notorios scismaticos et antiquati scismatis nutritores deffensores fautores approbatores et manutentores pertinaces necnon notorios hereticos, et a fide devios notoriisque criminibus enormibus periurii et violatores voti irretitos universalem Ecclesiam Dei notorii scandalizandos cum incorrigibilitate contumacia et pertinacia notoriis et manifestis Et ex his et aliis se reddidisse omni honore et dignitate etiam papali indignos ipsosque eorum utrumque propter premissas iniquitates crimina et excessus ne regnent vel imperent, seu presint a Deo et sacris canonibus fore ipso facto abiectos et privatos ac etiam ab Ecclesia precisos publice denuntietis et denuntiari faciatis. Quod si forte premissa omnia

et singula

et singula aut aliquod præmissorum vos omnes et singuli sup-
radicti seu vestrum aliquis seu cui præsens processus huiusmodi
dirrigitur comuniter vel divisim omnino feceritis seu fecerint
aut fecerit contempseritis contempserint seu contempserit ne-
glexeritis neglexerint seu neglexerit contumaciter adimplere
vel impedimentum aliquod præstiteritis præstiterint seu præstite-
rit per vos vel alium seu alios publice vel occulte directe
vel indirecte nos ex nunc in vos omnes et singulos supranu
nominatos et vestrum quamlibet ac in contradictores quoslibet
et rebelles et etiam impedientibus in præmissis dantes auxili-
um vel favorem publice vel occulte et qui plane in hac
parte nostris mandatis ymouerius Sacræ Synodi et generalis
concilii non paruerint seu paruerit cum effectu cuiuscunque
præminentiæ auctoritatis status gradus ordinis vel conditionis
extiteritis extiterint seu extiterit de Sancti Concilii auctori-
te nobis in hac parte comissa singulariter in singulos ex-
comunicatores etiam quoad Clericos Beneficiatos privationis be-
neficiorum suorum Ecclesiasticorum quæ obtinent et inhabili-
tationis ad obtinenda quoad temporales Dominos vero cuius-
cumque ex prædictis status fuerint præscriptionis Ducatuum
et aliarum terrarum ac bonorum suorum quorumlibet et con-
cessionis conquestæ in ea iuxta iuridicas sanctiones. In Capi-
tula vero necnon Conventus Ecclesiarum Monasteriorum et
locorum quorumcunque in his dilinquentia et delinquentes
suspensionis a divinis et in ipsorum Ecclesias interdictum se-
tentias

tentias et penas ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc in his scriptis ferimus et etiam promulgamus. Monemus insuper vos omnes et singulos supradictos et præsertim personas Ecclesiasticas ac etiam tenore præsentium requiri volumus et mandamus quatenus prælibatos contradictores et rebelles tam in genere quam in specie eorumque complices fautores adhærentes et sequaces huiusmodi nostris processibus minime parere curaverint pertactas penas ac sententias damnabiliter incurrentes tamdiu in vestris Ecclesiis singulis diebus Dominicis et festivis dum celebrabuntur missarum solemnia et fidelium populus ibidem convenerit ad divina pulsatis campanis et candelis accensis et demum extinctis sic excomunicatos eorumque capitula et conventus a divinis suspensos et eorum Ecclesias interdictos publice denunciatis vel faciatis publice denuntiari donec et quousque aliud a nobis vel dicta Sacra Synodo super his habueritis in mandatis. Si vero prælibati contradictores et rebelles eorumque complices adhærentes fautores et sequaces in eorum rebellione manserint pertinaces dictas sententias et penas non timentes et in profundum malorum venientes temporalem gladium merito formidabuntur et ne præmissa transeant impunita et in perniciosum exemplum et scandalum plurimorum trahantur. Idcirco vos omnes et singulos supradictos signanter Dominos Patriarchas Archiepiscopos et Episcopos vestrosque in spiritualibus et temporalibus vicarios et officiales ac Abbates priores præpositos de=

canos

canos etc. necnon ceteros supra scriptos quibus presens nostri processus dirrigitur per partes Alemaniae et Italiae ubilibet constitutos communiter et divisim ad cuius seu quorum notitiam presentis nostri processus litterae pervenerint qui religioni Christianae fidei desiderant esse participes in Domino exortamus ac modo ac forma premissis requirimus et monemus auxilium potentiae et brachii saecularis vestrum Ducum Principum Marchionum instantius invocantes vobisque nihilominus et vestrum cuilibet in virtute sanctae obedientiae et sub poenis infrascriptis districte precipiendo mandamus quatenus infra trium dierum spatium postquam vigore presentium super hoc fueritis requisiti seu aliquis vestrum fuerit requisitus immediate sequentium quorum trium dierum unum pro primo unum pro secundo et unum pro tertio et peremptorio termino ac monitione canonica eorundem tenore presentium vobis et vestrum singulis assignamus prefatos contradictores et rebelles eorumque complices adherentes fautores receptores et sequaces per arrestationem et confiscationem fructuum ac bonorum mobilium et immobilium omnium et singulorum suorum ad ipsos et eorum quomodolibet spectantium et pertinentium ubicumque locorum existentium ac etiam invasionem captionem incarcerationem detentionem corporum suorum compellatis et astringatis quousque ab huiusmodi rebellione destiterint et ad sanctae Matris Ecclesiae redierint mandata ac a nobis et dicta sacra synodo absolutionis beneficium meruerint obtinere. Monemus insuper

modo

modo et forma premissis omnes et singulos presertim Ecclesiasticos quibus in hac parte committimus alterius exequandos cum de presenti interesse personaliter ulterius non possimus plenarie vices nostras donec eas ad nos duxerimus revocandas dique et eorum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub penis infrascriptis districte precipiendo mandamus quatenus statim visis presentibus ubi prout quantocius et quando egrediens fuerit aut pro parte nostra fuerint requisiti seu aliquis eorum fuerit requisitus presentem nostrum processum omniaque et singula in eadem contenta dictis Dominis Patriarchis Archiepiscopis Episcopis Ducibus principibus comitibus baronibus Marchionibus terrarum dominis et quibuscunque aliis quibus expediens fuerit ipsos et eorum quemlibet propter hoc personaliter accedentes intiment insinuent publicent legant et notificent ac intimari insinuari publicari legi et notificari faciant et permittant et ad ipsorum et cuiuslibet eorum intellectum deducant et exponant quosque auctoritate qua supra moneant et requirant prout nos etiam tenore presentium requirimus et monemus ut ad executionem huiusmodi nostrorum mandatorum ymo verius dicte sacre Synodi et generalis concilii procedant cum effectu Et nihilominus omnia et singula nobis in hac parte comissa a dicta sacra synodo fideliter et plenarie exequantur iuxta traditam seu directam ab eadem sacra synodo nobis formam Ita tamen quod ipsi huiusmodi subdelegati nostri vel eorum alter in preiudicium ipsius sacre synodi et nostri presentis processus nihil in contrarium

virum ualeant attemptare nec contra supvascriptas sententias et
penas absoluendo uel suspendendo aliquid immutare. Et si con
tingat aliquem ex nobis super premissa in aliquo procedere
de quo uobis singulis potestatem omnimodam reseruamus non
intendimus propter hoc comissionem nostram huiusmodi in aliqu
reuocare. Presentem autem processum omniaque singula instru
menta ad factum dicti Domini Patriarche Aquillegensis necessa
ria uolumus penes eundem remanere, et non per uos aut al
quem uestrum contra ipsius uoluntatem quomodolibet detin
ri. Contrarium uero facientes prefatis nostris sententiis et pe
nis prout superius late sunt et fulminate ipso facto uolumus
subiacere. Mandamus insuper omnibus et singulis utriusque sex
personis cuiuscumque dignitatis preeminentie auctoritatis gradus
status ordinis aut conditionis copiam fieri de premissis | petenti
quidem sumptibus et expensis absolutionem uero omnium et si
gulorum qui prefatas nostras sententias et penas aut earum a
liquam incurrerint quoquo modo nobis uel superiori nostro ta
tumodo reseruamus. In quorum omnium et singulorum testimoni
um atque fidem premissorum presentes litteras seu presens pu
blicum instrumentum hunc nostrum processum in se continent
seu continens exinde fieri et per notarios publicos infrascrip
tos fieri subscribi et publicari mandauimus nostrorumque sigil
lorum fecimus appensione comuniri. datum et actum Pisis in
eclesia maiori sub Anno a Natiuitate Domini millesimo qua
dringentesimo nono Indictione secunda die Martis uicesimaqui
mensis

mensis Junii hora tertii vel quasi producta sede Apostolica va=
cante praesentibus ibidem Reverendis in Christo Patribus Dominis
Pileo Archiepiscopo Januensis Roberto Saresbiriensis ac Thoma
Misinensis Episcopis, nec non venerabilibus viris Dominis Thoma
Poltono Archidiacono Cantoriae in Ecclesia Wellensi et magistro
Paulo de Clotinghonensi in utroque iure licentiato ac pluribus=
aliis fide dignis testibus ad praemissa vocatis specialiter roga=
tis.

1409

Litterae Legatorum Concilii Pisani

pro ejus executione

409. 30: Aug.ti

p. Prata
p. Porzia
p. Polcenigo
p. Spilimbergo
p. Valvason

Gregorius Ep(iscop)us Servus Servorum Dei, dilectis filijs nobilib(us) viris Comitib(us) de Prata, de Porcilijs, et de Pozoinico, necnon Nobilib(us) de Spilimbergo, et de Valvasono salutem, et Apostolicam benedictionem. quia pro bono Universalis Ecclesiae ex cunctorum consultatione fidelium deliberavimus hinc discedere et vestram habere presentiam pro bono patriae et nostri servitute itineris ordinandis vos in Domino exhortamur, ut cum illa, qua potestis comitiva maiori, quanto potestis citius huc vos ad nostram presentiam conferatis:-

Datum in Civitate Austria Aquilegien(sis) diocesis secundo Cal: Sept.s Pontificatus nostri anno tertio

De Curia
Jo: de Piro

S: N: Premissas literas in membranis cum pen(den)te plumbeo sigillo roboratas: fideliter exemplavit Dominicus Viana de S.to Vito Ap(osto)licus et Imperialis Not.s et cum signo solito subscripsit in fidem

Ex consimili autentico mediante aliena manu educ(to) ex quodam Libro existente penes Ill.mos D(omi)nos Bertoldum, Erasmum et fres Valuasones, sic reg. cum ipsomet autentico comparavit, et concordare invenit Nicolaus Subeilis publ. V.A. Not. et Valuas(oni) Cancellarius; Ideo se sub.t appositis nomine et signo suis de more in quorum fidem.
Valuasoni die 2 Maij 1675.

Michael Steno Dei Gratia Dux Venetiarum &c.

Egregijs, et prudentibus Viris septem Deputatis Consilio, et Comuni Utini amicis dilectis salutem et sincere dilectionis affectum. Displicenter audivimus quod Beccarij nostri Venetiarum ad presentiam nostri Dominij comparentes exposuerunt, quod dum suos familiares ad partes Goritie destinarent ad providendum de animalibus, ut moris est, predicti sui familiares et Stuntij in Strata alta prope S.m Peleginum infra Utinum, et Goritiam detenti fuerunt, et adducti extra Stratam in lancijs forealium a certis quos non agnoscunt, a quibus suptiliter examinati fuerunt si aliqui ex suis magistris erant cum pecunijs ituri ad illas partes pro emendis animalibus cum multis subtilibus investigationibus circa istud. Ex quo dicti nostri Beccharij territi non audent ire, nec mittere aliquem cum pecunijs considerata huiusmodi novitate. Quapropter cum ad libertatem fidelium nostrorum totis viribus intendamus, quos male tractari opinari potest vera benivolentia, quam dolenter sentiamus, et presertim in locis ubi erga quoscunque fideles et subditos nostros bone tractationis spem semper habuimus cum effectu, quia talia non intendimus tollerare, benivolentiam vestram carissime deprecamur, quatenus placeat efectualiter providere, quod nostri Beccharij et alij cives

ut habitatores Venetiarum tam mercatores
Venetiarum, quam alij per Castrum dñi Sub
transeuntes non molestentur, nec opprimantur
Sed quod Strate sint secure, et aperte secun-
dum bonam Consuetudinem, ita quod nři ut
supra dicitur transeuntes nullum valeant
incipere detrimentum. Immo si nostris fide-
libus fieret aliqua molestia vel novitas con-
tra debitum rationis providebimus per mo-
dum, quod nřis satisfactum erit, et rema-
nebunt indemnes

Data in nřo Ducali Palatio Die pᵐᵒ 8bris 1409.

Ex Originali in pergamena existente in
Cancelleria mag.ᶜᵃ Civitatis Utini med:
aliena sibi fida manu exemplavit, sub.
et signavit in fidem
Franciscus Brunellechi Canc.ʳ
Die 20. Junij 1768.

Michael Steno Dei gratia Dux Venetiarum &c.
Egregiis, et prudentibus Viris septem
Populum, Consilio, et Communi Utini
Amicis dilectis salutem, et sincere dilectionis
affectum. Displicenter audivimus, quod
Beccarij nostri Venetiarum ad presentiam
nostri Dominij comparentes exposuerunt,
quod cum suos familiares ad partes Goritie
destinavent ad providendum de animalibus
ut moris est, quedam sui familiares, et
Arentij in strata alta prope Sanctum
Pelegrinum infra Utinum, et Goritiam
detenti fuerunt, et adducti extra stratam
in Campis Soraglium a certis, quos non
agnoscunt, a quibus subtiliter examinati
fuerunt, si aliquis ex suis Magistris essent
venturi itare ad illas partes pro emen-
dis animalibus cum multis subtilibus
investigationibus circa istud. Ex quo
dicti nostri Beccarij servitii non audent
ire nec mittere aliquid cum securitate.
Considerata huiusmodi novitate contra
libertatem fidelium nostrorum satis

viribus intendimus, quia male tractari opprimi
non possit. Vestra Benevolentia quem
volentes sentiamus, et presertim in hiis rebus
contra quoscumque fideles, et rectores nostros
bonos tractationis spem semper habeamus in
effectu, quia talia non intendimus tolerare.
Benevolentiam Vestram carissime deprecamur,
quatenus placeat effectualiter providere, ut
nostri securi, et alii Cives, et habitatores
Venetiarum tam mercatores Venetiarum,
quam alii per Patriam Foroiuliensem tran-
seuntes non molestentur, nec opprimantur,
et quod strate sint secure, et aperte,
servando bonam consuetudinem, ita quod
nostri, et supradicti transeuntes nullum valeant
recipere detrimentum. Nam si nostris fidelibus
fieret aliqua molestia, vel novitas contra
debitum rationis providebimus per modum
quod nostris satisfactum erit, et remanebunt
indemnes.

Datum in nostro ducali Palatio die 3.a octobris 1409

A tergo

Prudentibus, et Prudentibus Viris, Sere Deputatis,
Consilio, et Communi Utinensi

Ex consimilibus authenticis in Off.o Canc.lia
Mag.ca Civitatis Utini existentibus
Ferandus Orsianus Cancellarius
[illegible] 1740

[1410] 1409.

Antonius Dei gratia S. Sedis Apostolicae Patriarcha. Nobiles et prudentes Fideles. Intelleximus non sine summa amaritudine nostrae mentis quod attendentes singularissimam affectionem quam ad vos semper gerimus et quorum Consilio nos continuo regimus, nec non promissiones latissimas per vos Nobis factas sicuti vestrae litterae penes Nos existentes plenius certificant, et quod nostris semper Predecessoribus pro defensione Patriae et conservatione Castrorum, Terrarum, et Locorum ipsius vestra subsidia, auxilia et favores liberaliter impendistis ac sumptibus non parcendo nec vitae consulendo arma ferventi alioque animo assumpsistis nobis Presidi vestro per vos electo ad regimen Aquilejensis Ecclesiae, vestroque Compatriotae et Civi subsidium vel auxilium aut arma assumere neglexistis, qui indefessis viribus pro salute Patriae ejusdemque libertatis conservatione continuatis vigilijs non destitimus adhibere studia et labores. Videbis quidem Castrum Montisfalconis mutatione aliquorum sociorum aliter indigere: quod si favores vestri non desierint erit salus totius Patriae et confusio adversariorum ipsorum quaerentium demolire. Heja ergo optimi viri pro honore vestro, pro conservatione Patriae, proque nominis vestri, et famae ac fidelitatis augmento nobis in tanto agone certaminis constituto celeriter succurrite adsint praesidia vestra . . . Valete feliciter.

Dat. in Castro Novo Porhugruarij die 24 Martij indictione 3.

Vide quae desunt in Reg. vi Dni. ed altro f. 86

A tergo

Nobilibus et prudentibus Capitaneo septem Deputatis Consilio, et Communi Terrae Nostrae Utini nostris fidelibus dilectis.

// Ferandus Ormianus Cancellarius
[illegible] 1740

1410, 4 magg. Gaeta. Lettera di Pp. Gregorio XII al Comune di Cividale
di ringraziamento per l'accoglienza ad alcuni Cardinali.

Greg. eps Serv. Servor. Dei Dilec. fil. Nobb. Viris Comm.ti Civit. Austriae
Aquilegien. Dioecesis Sal. et Apostolicam bened.m

Dum Ven. fratres S. R. E. Card.s, et dilectos filios curiales nros inde rever-
tentes multos [illegible], et eorum accepimus quantam reverentiam curialiter
et charitative nos habuistis, cum eis post [illegible] inde dilectionem
Gen. 12 re caritative diligentiam, et egregie sociatis eosdem, necnon [illegible] grato
omnes [illegible] illac [illegible] operam. Devotionem vestram dignam
nos [illegible] plurimum commendamus quam possumus, et [illegible]
cum [illegible] adeo [illegible]; quae non [illegible] et honori, et
s. Rom. Ecl. matris nostrae, ac [illegible] operari [illegible]
[illegible] Apostolicam obeditionem quae [illegible] Nobilitatem vestram
[illegible] alterationem [illegible], ac
devotionem vestram [illegible] experientiis, quas amplius
[illegible] nostrae dilectionis affectus. [illegible]
credimus [illegible] devotionem, quodque in illo
confidimus, qui [illegible] dat [illegible] expectare
quod [illegible] fratrum [illegible]
[illegible], dabit [illegible] tranquillitatem [illegible]
[illegible], [illegible] volumus.

Dat. Gaietae [illegible] Mai. [illegible] Jo. de Montella
de Forgo. Dilectis filiis Nobb. Viris Com. Civ. Aust.
Aquil. dioc.

Lettera di Papa Gregorio alla Città di Cividale

Lettere di Papa
Gregorio alla
Communità
di Cividal.

1409 17. martij

Commisimus destinare in nostrum honorabilem ambaxiatorem ad Patriam Forojulij
Nobilem et Sap. Virum joannem de Garzonibus civem nostrum dilectum committentes
sibi quatenus nonnulla parte nostri Dominij debeat Vestris Nobilitatibus
referre oraculo vivæ vocis. quare vos rogamus affectuose, quatenus ejus dictis
relatibus, quæ de mente nostra procedunt placeat tanquam nostris plenarie
dare fidem.

Dat. in n.° Duc.° Pal.° die XVII mensis martij ind. 2.a 1409.

michael Steno Dei grã Dux Venet.

Sp. et Eg.° militi D.° Gimarni de Colloreto Amico dilecto

extat documentum in processu sig.to co: della Torre
n.° 244. pag.a 7.

1409 30 Maij

michael Steno Dei grã Dux Venet. Spect. Dnis Venceslao Wilz, et Thomasio
de Splegn nec non caeteris consortibus Amicis dilectis salutem et sinceræ
dilect. affectum. Ad Patriam Forojulij providimus præsentialiter destinare
in nostros solemnes oratores nobiles et sapp. Viros jacobum Gradenigum
militem et Paulum Zane dilectos et honorabiles cives nostros de mente
et intentione nostra plene instructos et informatos committentes sibi
ut aliqua nostri parte debeant referre Vestris Nobilitatibus vivæ
voce. quapropter vos rogamus affectuose quatenus eorundem rela-
tibus tanquam nostris propriis placeat nobilitati plenariam dare fidem

Dat in n.° D.le Pal.° die penult.° mensis Maij ind. 2.a 1409

ibi pag.a 8

[illegible] 1740

1411, 21 Giugno. Udine: Deliberazione del Consiglio sospensiva sulla proposta di un! Malatesta a Patriarca d'Aquileja. Ponte

In Convocatione extraordinaria mag.cae Civitatis Utini

Die Dom.cae 21. mensis Junij 1411.

Super propositis per Dominos septem Deputatos exponentes qualiter nuper pro parte magnificorum et excelsorum Dominorum Pandulphi, et Malatestae de Malatestis duo egregii Doctores Communitati nostrae sub praetextu duarum Literarum credentialium fecerunt solemniter quandam ambassiatam primo salutando ipsorum Dominorum parte comunitatem nostram, et offerendo se ad omnia quae concernerent honorem, et statum huius Patriae et specialiter huius Comunitatis; tertio ortando nos ad treguas et pacem; quarto instando quod comunitas nostra velit esse contenta quod quidam sapiens, et prudentissimus filius ipsius Domini Malatestae de Malatestis sit Patriarcha Aquilegensis: considerato quod Sanctissimus in Christo Pater, et Dominus, Dominus noster, Dominus Papa Joanes 23.us Reverendissimum in Christo Patrem, et Dominum nostrum Dominum Antonium Dei Gratia Sanctae Sedis Aquilegensis dignissimum Patriarcham promovit ad dignitatem Cardinalatus et quod obtulit ipsi Domino Malatestae pro dicto eius filio Patriarchatum antedictum instantes fieri responsionem ipsi Domino Malatestae in scriptis G

Deliberatum fuit, et determinatum quod respondeatur ipsis

Dominis Oratoribus quod ad presens Communitas nostra non potest dare finalem responsionem ad petita ex eo quia Communitas nostra Ultini adhuc recognoscit unum Dominum Patriarcham, et habet etiam colligatos cum quibus vult comunicare predicta, et quod hinc facta collatione cum ipso Domino nostro Dno Patriarcha et Colligatis nostris fiet responsio secundum quod per maiorem partem fuerit determinatum

[illegible] 1740

1412. 1

1411.

An. Dni 1411. Ind. V.a Die VIII.a Septembris

In Consilio Majori Glemone

Per quos Determinatum fuit quod q. Xpoforus Hovingach acceptetur in Capitaneum nostrum juxta tenorem literæ Dni Comitis hodie lectæ in Consilio.

1412. Die XII. Januarii

In dicto Majori Consilio

Determinatum fuit quod respondeatur illis de Osopio quod si volunt esse sub obedientia Dni Capitanei et jurare more Capitanei qui est Capitaneus Buje sicut alii de Saxtardia juraverunt veniant huc stare sicut alii veniunt ad standum et conversandum aliter non non veniant, sed a Nobis caveant tanquam inimici Nri ut sunt illi qui sunt sub Dominio Dni Tristani

1412. Die XX.a Januarii

In Consilio Minori Glemonæ

Determinatum fuit quod juxta deliberationem

tionem, et determinationem Generalis Parla-
menti Patrie Forijulii et mandato Dni
Pauli Glemone Locumtenentis Dni Co-
mitis de Ortenburgo Imperialis Vicarii
Generalis fiat publica proclamatio su-
per Plateas Comunis qualiter Dnus
Tristanus de Savorgnano et omnes
sui filii masculi, et fratres ipsius
Dni Tristani videlicet q.m Franceschutus
ejus filius ac Chulautus ejus Frater
et q.m Nicolaus Dni Tristani et omnes
descendentes eorum masculi sint et
esse debeant perpetuo banniti in tota Pa-
tria Forijulii et districtu, et quod nul-
lus Nobilis seu forensis contra audeat
sub dicta pena pecuniaria rogare et
prout factum fuit

=

1412 Die XVI maii

In Consilio Majori Glemone:

Determinatum fuit quod cum illi de Du-
ja rogaverant Nos ut si opus esset eis

Super

2.ª parte

fugere seu reducere res suas Glemonam respondeatur eidem quod veniant cum personis et rebus suis salvi et securi quia bene tractabuntur.

=

1412 Die XVIII.ª Maii

In Consilio Majori Glemonae

Determinatum fuit quod eligatur unus Ambaxator iturus ad Dnum Comitem intimaturus eidem damna et injurias Nobis illatas per illos de Savorgnano, et postulando ab eo auxilium et favorem contra illos de Savorgnano.

=

1412 Die XVIII Junii

In dicto Consilio Majori

Deliberatum fuit quod eligantur quatuor boni Viri videlicet unus pro Quarterio quemlibet Massarium et Provisores qui habeant vigilare et providere super distructione Castri Osoppii omnibus melioribus modis quibus fieri potest. Electi fuerunt

Ser Nicolaus de Granis
Nicolaus Constancii
Daniel Carboni
Jacobus Cupellarii

1412.

1412 Die XII. Augusti

In Consilio Minori

Determinatum fuit quod fiat publica proclamatio super Platea et in Villa Artenee quod nullus de Glemona nec non subditus audeat vel presumat ire ad Savorgnanum vel ad alia loca inimicorum sub pena centum Librarum soldorum et si persona qui ivit poterit capi habeatur et teneatur pro captivo.

Ex Annalibus Consiliorum Magnificae Communitatis Glemonae aliena manu eduxit, factaque collatione concordare invenit in fidem se subscripsit appositoque solito Signo

Hieronymus de Brugnis Not., ac Cancell. supradictae Communitatis

Die 30. Junij 1773.

Nos Joannes Marinus pro Ser.mo D. D. Locumtenens Patriae Fori Julij fidem facimus, et attestamur supradictum Hieronymum de Brugnis esse talem, qualem se facit; ideoque in quorum

Utini die 4 Julij 1773

Gaetanus Lavena Coad. Prot. ad dicta

4 - 90.

1740

1415.

Anno M. CCCCXV. Die X. mensis Decembris sub Lozia in Tarcento

Coram D.nis Doymo, et Simeone in Judicio sedentis cum Jacobo Nigro Fabro, et Francisco q. Verzii Juratis

Praesentibus Daniele Filio Sopanii. Petro Nicolao Filii marci de Canava. Et Petro Filio Dalfuiz, et aliis pluribus

Datus fuit Nuncius q. Nicolao ad ponendum unam Spangam salvo iure cuilibet parti pro parte fictus [illegible] anius Spatule Povine super uno Ronco pastinato sito in pertinenciis de Segnaco in loco nominato Roltra. Item super uno Bayarcio in pertinentiis de Segnaco in loco nominato Canavai. Et super uno Bayarcio pastinato in pertinentiis de Brazan in loco nominato prope Castanetum iuxta Cristoforum.

Ex notis q.m Sa: D. Federici q.m D.ni Liroj de Collobito Notj existentibus in hoc pub.co Archivio aliena manu eduxit, et facta prius debita collatione cum originali con: cordare inuenit, et in fidem sic [illegible] Sub.t Joseph Sporeno J. V. D. [illegible] Not.s et Archivista [illegible] Die 7.a Julij 1773.

Nos Joannes Marinus pro Ser.mo Duc. Dom. Venet. Locumt. Gener. Patriae Foriiulii tem facimus, et attestamur supradictum [illegible] D.num Joseph Sporeno talem esse, qualem se facit, ideo in fide Utini die 7 Julij 1773.

Franc. Olivardi [illegible]

1740

Conte

onem

[illegible] 1740

1411. 8 Ottobre. Spilimbergo. Lettera dei Nobili Consorti di Spilimbergo al Doge di Venezia, colla quale promettono di prorogare le tregue col Conte di Gorizia fino al prossimo S. Michele.

Copia cuiusdam litere misse ducali dominio per nobiles de Spenimbergo pro prorogatione treugarum inter eos et magnificum dominum J. Comitem Goricie tiroli etc.

Serenissime ac Illustrissime princeps et domine noster gratiosissime. Sancti Serenitas ac vestra dominatio immensa super differentiis inter Illustrem principem et dominum dominum Johannem meinardum, comitem Goricie tirolis etc. et nos consortes de Spenimbergo jam diu habitas per sapientem et providum virum ser ludovicum de Sassignano vestre Serenitatis ac Inclite dominationis vestre notarium optime informatum direxit, qui pro parte vestre Serenitatis ac inclite dominationis nos rogavit affectuose, quatenus cum eodem domino Johane maynardo Comite Goricie, etc. ob Illustrissimi principatus vestri, ac ac Serenitatis, amorem, treugas ac sufferentias que iam in festo sancti michaelis proxime preterito expiraverunt deberemus prorogare. Nos vero qui quidem vestre Serenitati et dominationi subiecti, et obligati, tamquam fidelissimi filii semper fuimus, et de presenti sumus ad quecumque gratie vestre et Serenitatis mandata cum effectu et promptissime parati. Et intuitum ob gratiam et Serenitatis vestre Inclite dominationis dictas treugas usque ad festum sancti Michaelis proximum futurum prorogamus et confirmamus in omnibus et per totum, et promitti-

Copia 23 Gennaio 1890

mus per nos ac nostros omnes et singulos fa-
miliares et servitores quoscumque eas usque ~~usque~~ ad terminum supradictum firmas et ratas habere, et remotis dolo et fraude inviolabiliter et firmiter observare, data Sternberge, die VIII octobris anno domini MCCCCXI.

Vestre Serenitatis et principatus, Illustrissimi fidelissimi Servitores.

Wenceslaus — Thomas — Ulricus — Ulvinus ceterique consortes cum filiali obedientia parati.

A tergo

Serenissimo ac Illustrissimo principi et domino domino Michaeli Steno dei gratia inclito duci Venetiarum, etc. eorum domino graciosissimo.

Archivio di Stato di Venezia.
Tratta da Carte 110 tergo, del Volume X° dei Commemoriali.

1411. 1 Ottobre. Gorizia. Lettera del conte di Gorizia al Doge di Venezia colla quale accorda il prolungamento delle tregue coi Nobili di Spilimbergo fino al prossimo S. Michele.

MCCCCXI

Copia cuiusdam litere misse ducali dominio per magnificum dominum Johanem [illegible] Comitem Goricie et Tirolis, etc. pro prorogatione treugarum inter eum et nobiles de Spegnimbergo.

Illustrissime princeps et domine amice carissime. Sicuti Illustris dominatio vestra super differentias inter nos et illos de Spegnimbergo iam diu [illegible] per sapientem et providum virum [illegible] notarium vestrum optime informationem direxit. Qui per eandem vestram dominationem nobis instantissime supplicavit quatenus cum eisdem ob respectum et amore vestro treugas et sufferentias que iam in festo sancti Michaelis proxime preterito expiraverunt dignaremur prorogare. Nos vero qui semper dicte dominationi vestre [illegible] et [illegible] inclinati et [illegible] gratanter [illegible] interim ob amorem vestram dictas treugas usque ad festum Sancti Michaelis nunc proximum futurum prorogamus et confirmamus in omnibus et per [illegible] et promittimus per nos ac omnes et singulos nostros familiares et servitores quoscumque eas usque ad terminum supradictum firmiter [illegible] habere et tenere [illegible] et firmiter observare. Cupientes nos etc. de dictis nobilibus similiter certificare. Insuper predictum sapientem virum nun=

Copia 23 [illegible] 1890

tium specialem vestrum super aliis vobis respondendum, et eundem informavimus, que Illustrissime dominationi vestre intentionem quam scribere valemus extensius declarabit. Date Goricie die prima mensis octobris anno domini MCCCCXI.

Johannes Mainardus Comes

Goritie et Tirolis etc.

A tergo. Illustrissimo principi et domino domino Michaeli Steno duci Venetiarum etc. amico nostro carissimo.

Archivio di Stato di Venezia

Tratta dalla carta 110 tergo del volume X dei Commemoriali.

XIII
10

1411 2 Novembre

Trattato di alleanza fra i Duchi Ernesto e Federico d'Austria e il Comune di Udine

Cop. autentica

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem Dni millesimo quadrigentesimo undecimo. Ind: 4ª: die Lunę secunda mensis Novembris. Crescit Excellentissimorum Principum honor, et fama dum antiquissimam Libertatem preciosissimum boni genus magnificarum Communitatum, et Nobilium earundem, et presertim inter quos perfectę Amicitię, et verę Caritatis Sinceritas antiquis, et continuatis temporibus noscitur viguisse totis viribus, in quantum honestas, et Iustitia suadet defensare, et protegere disponuntur. Hinc est, quod cum ad notitiam Illmorum, et Excellentissimorum Principum, et Dominorum Dnorum Hernesti, et Federici Ducum Austrię etc non semel, sed pluries veridicis, et fide dignis relatibus pervenisset, quod per non nullos aliqua contra bonum Statum Ecclesię Aquilegensis Franchisias, et Libertatem Patrię Fori Iulij procurabantur, et tractabantur ipsi Illmi Dni Dni Duces considerantes periculum quod iminebat Ecclesię ac Patrię predictęs atque Nobilibus, et Communitatibus eiusdem ex antiqua, et singularissima Benevolentia, et Amore, quibus eis afficiuntur per Nobilem, egregium, ac magnificum militem Dnum Burchardum de Rabinstang Curię prefati Illmi Principis Dni Federici Ducis Austrię magistrum cum speciali commissione predicta ipsis nota, et manifesta fuerunt. Hortantes specialiter Egregiam Communitatem Utini, et eius Nobiles Colligatos et alias Communitates ipsi Communitati Utini adherentes dulciter, amicabiliter, et fraterne, ut uniti, et unanimes esse deberent ad

ad conservationem Patriæ Libertatis, et Franchisiarum suarum ad Laudem, et Reverentiam Omnipotentis Dei, et eius Gloriosæ Matris Virginis Mariæ, Sacrique Imperij, et pro pacifico, et tranquillo Statu, et conservatione Libertatis eiusdem Patriæ Fori Iulij, et Ecclesiæ Aquilegiensis, et specialiter dictæ Terræ Utini, offerentes se, quod in casu quo homines, et Communitates, ac Nobiles Patriæ, et specialiter dicta Communitas cum Nobilibus Colligatis suis, ac communitatibus alijs, sibi colligatis, seu adherentibus ad conventionem, et unanimitatem prędictam se disponerent cum effectu ob reverentiam Sedis Apostolicæ, Sacrique Imperij, ac singularissimam affectionem, quam gerunt Ecclesiæ Aquilegiensi, et Patriæ prędictæ ipsi Dni Principes, et Duces dictam Aquilegiensem Ecclesiam, ac Patriam Fori Iulij, et specialiter dictam Communitatem Utini cum Nobilibus Colligatis suis, qui semper fuerunt fidelissimi dictæ Ecclesiæ Aquilegiensi, reciperent, et susciperent in eorum Protectorem, et Defensorem per modos, vias, et formas iustas, et rationabiles: Quam oblationem Nos Nicolaus Dni Tristani de Savorgnano: Nicolaus de Senis: Nicolaus Candidus de Tridento: Marinus de Marinis: Thobias de Sibilitis: et Leonardus Thiteldi Deputati pro presenti ad Regimen dictæ Terræ Utini, ut de Sindicatu, et Procuratorio constat manu prędicti Antonij Notarij Mathiusij sub presenti millesimo, et Ind. die XXVII. mensis Octobris diligenter examinantes, et cognoscentes eam procedere ab optima dispositione, naturali Benignitate, ac singu-

singularissima affectione, quam ipsi Dñi Principes, et Duces habent ad conservationem Libertatis dictę Ecclesię Aquilegiensis, et Patrię Fori Julij, et nostrę. cernentesque manifestam ruinam nostram, et totius Patrię, nisi subito provideretur ipsi Patrię de remedijs opportunis mediante pluries Consiliaria determinatione ipsius Terrę Utini, disposuimus esse unam animam, et unum corpus uniti simul omnes, et coniuncti ad defensionem status Ecclesię Aquilegiensis iam dictę, et Patrię Fori Julij Libertatis ac nostrę secundum saluberrimum Consilium ipsorum Illmorum Dominorum Ducum acceptantes reverenter tam grandem, tamque caritativam oblationem ipsorum, ac eorum subsidium, et protectionem nobis necessarium, et opportunum et sine quo ipsam Patriam, eiusque statum ullo modo protegere non valeremus cum Capitulis, Conventionibus, promissionibus, ac obligationibus infrascriptis, quę universis, et singulis presentes nostras Literas inspecturis, visuris, et audituris nota volumus esse, et manifesta.. Primo quidem promisimus, ac corporaliter ad Sancta Dei Evangelia tactis scripturis iuravimus ac tenore presentium promittimus, et iuramus nos prędicti Deputati ad Regimen dictę Terrę Utini, ac tanquam Procuratores, et Sindici hominum, et Communitatis ipsius Terrę, ac nomine ipsius Communitatis Utini spectabili et Mco Viro Dño Burchardo prędicto dictorum Illmorum Principum, et Dominorum Ducum Austrię nomine, et specialiter Nuntio, ac Commissario, ac ipsorum Dominorum Ducum Austrię nomine stipulanti, et recipienti facere, et prestare ac ex nunc tenore presentium facimus,

damus, et prestamus ipsis Illmis Principibus, et D. D. Ducibus Austrie omnem reverentiam fidelitatem, et obedientiam, quam, et quas prefata Communitas cum dictis eorum habitatoribus, et Incolis prestavit, et solit fuit prestare Rmis Dnis Patriarchis, qui prò tempore fuerunt temporibus retroactis prefata Communitate remanente in suis antiquis consuetudinibus, et Libertatibus, cum hoc quod profati Illmi Principes, et Duces ipsam Aquilegiensem Ecclesiam, et Patriam Fori Julij, et specialiter dictam Communitatem gubernare, protegere, ac deffendere teneantur, ac debeant contra quoscunque Principes Barones, et quecunque Dominia et Hostes, ac Communitates, conantes, seu conantia nunc, vel imposterum invadere, seu usurpare bona aliqua predicte Aquilegiensis Ecclesie, et specialiter ipsius Terre Illmi in bonis pariter, et personis et hoc usque ad adventum novi Patriarche, futuri legitime creandi.

Item quod prefati Dni Duces bona fide, et sine fraude sollicitare debeant suo toto posse in Romana Curia per eorum Ambascratores, et Nuntios, quod prefate Aquilegiensis Ecclesie quanto citius fieri poterit provideatur de legitimo Patriarcha, et Pastore, qui sit aptus et sufficiens ad Regimen Patrie Fori Julij prelibate.

Item quod in casu quo provideretur de aliquo Patriarcha, qui non esset gratus ipsis Dnis Ducibus dicta Communitas non debeat ipsum acceptare nec ei aliquam obedientiam facere, e converso in casu quo crearetur aliquis

aliquis Patriarcha, qui non esset gratus prefate Communitati, predicti Dni Duces etiam ei assentire non debeant, nec in quantum in eis erit ipsum aliqualiter acceptare.

Item quod prefati Dni Duces valeant, et teneantur ponere, et tenere unum Locumtenentem Vicedominum nomine ipsorum Dominorum Ducum in Terra Utini, vel alibi ubi eis placuerit in Patria, qui habeat instituere Officiales, vid: mariscalcum, et Vicarium in temporalibus, Capitaneum, et Castaldionem, et Potestates in temporalibus, et regere ipsam Patriam Fori Julij sicut consueti fuerunt Patriarche Aquil. temporibus retroactis.

Item quod omnia, et singula Fortilitia Eclesie Aquilegiensis que pervenerent de presenti, vel in futurum quomodocunque, vel qualitercunque ad manus, seu possessionem predictorum Principum, seu ipsorum Locumtenentis libere, et sine aliqua exceptione resignari, tradi, et consignari debeant in manibus, et in potestate Dni Patriarche futuri de proximo, ut premittitur, creatur.

Item quod de omnibus et singulis excessibus commissis, seu perpetratis per quascunque personas quomodocunque, et qualitercunque usque in tempus presentis promissionis nullus fiat Processus seu gravamen aliquod in rebus, vel personis tempore premisse obedientie, et quod prefati Dni Duces procurabunt, et facient cum effectu cum quocunque Patriarcha proxime creando,

quod similiter tempore suo nulla fiet novitas Processus, sive gravamen de, et super excessibus predictis.

Item quod rebelles huius Communitatis tempore premisse obedientie nullatenus in terram Utini accedere seu venire permittantur sine voluntate Communitatis Utini antedicte.

Item quod omnes sententie, et Processus quomodocunque facti per olim D. Patriarcham Antonium, et Officiales suos usque in presentem Diem contra quoscunque observentur, et approbentur per ipsos Dnos Duces, et Officiales suos, et pro posse procurabunt bona fide, et sine fraude quod futurus Patriarcha illa omnia similiter rata habebit, et confirmabit.

Item quod quando scribetur D. Dno summo Pontifici pro Patriarcha creatur, quod cum omni diligentia instetur ipsi Dno summo Pontifici quod beneficia collata per dictum Dnum Patriarcham Antonium Civibus Terre Utini precipue auctoritate Apostolica, et gratie facte ipsis Civibus dicta auctoritate confirmentur validificentur, et approbentur cum omnibus clausulis opportunis.

Item quod prefati Dni Duces teneantur, et debeant omnes et singulos nostros colligatos, sequaces, et amicos prefatę Terre Utini acceptare, et recipere sub eorum obbedientia, et protectione cum modis promissionibus, et obbligationibus premissis.

Item promisimus, et iuravimus, ac tenore presentium promittimus, et iuramus facere prestare, et adhibere omnem

diligentiam

Diligentiam nobis, et communitati nostre possibilem bona fide, et sine fraude, quod Castra, et fortilitia Ecclesie Aquilegiensis, que tenent prefati Rmus in Christo Pater, et D. D. Antonius de' Portugruario dudum Patriarcha Aquilegiensis, sive eius fratres, et specialiter Castrum Portusgruarij, Castrum Petre Pilose, quod est in Istria, et Castrum Schumberghi, Castrum Tricesimi, et omnia Castra, et fortilitia Ecclesie Aquilegiensis pervenient ad manus, et in custodia dictorum Dominorum Ducum, seu eorum Officialium, et Locumtenentis, cum pactis, Capitulis, et promissionibus prelibatis.

In cuius rei testimonium presentes nostras Litteras fieri iussimus, Sigilique mandavimus Sigillo Communitatis dicte Terre Utini appensione munitas

Datum et actum Utini presentibus Nobb. et Prudentibus Viris S. Niccolao Dni Tristani, egregioque legum Doctore Dno Andrea de monticolis, magistro Ioanne Sirllo de Tarvisio, egregio artium, et medicine Doctore, S. Nicolino della Turre, S. Nicolussio S. Zani, S. Nicolao de Soldonerijs, et S. Steffano Strughi, S. Ioannutto Boni, S. Leonardo Porcarij, S. Antonio de Strassoldo, S. Nicolao q. Egregij et Spi: millitis Dni Federici de Savorgnano, S. Leonardo q. S. Hectoris Notarij de miullitis, S. Antonio Silvio Nobilis Viri S. Valentini de Valentinis omnibus Civibus dicte Terre Utini testibus adhibitis specialiter, et rogatis Utini in Domo Hospitij Providi Ioannis Hospitis in Foro novo dicte Terre Utini millesimo Ind. Die, et mense quibus supra.

S. N. Ex notis egregij q. S. Antonij mathiussij a Crocijs

de Utino Notarij, et Cancellarij Communis Utini. Ego Rubertus Cognominatus de Latisana q: Honorabilis S. Joannis de Salerno Notarius Pub: Imperiali auctoritate et matricolatus Utini suprascriptum Instrumentum aliena manu exemplatum per me tamen collationatum, et concordant in omnibus cum Originali, publicavi sub signo, et nomine meis consuetis vigore commissionis mihi de eis factæ Rogatus, et requisitus a Spectabili, et præclaro Juris Doctore Dnō Joanne q: Nob: Dni Nicolai de Candidis de Utino.

Anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo. Ind: Sexta, Die vigesima quinta Augusti.

Ex consimili authent. in Offo Cancria
Magca Civitatis Utini existente
Ferandus Ornianus Cancellarius
Die . 5 . Aug . 1739

XXXIII
11

Trattato 2 Novembre 1411
di Alleanza fra Udine e i Duchi d'Austria.

XXXIII

11 In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem Domini Millesimo quadringentesimo undecimo, Indictione IV, die Lunę, secunda Mensis Novembris. Crescit Excellentissimorum Principum honor et fama dum antiquissimam libertatem preciosissimum boni genus Magnificarum Communitatum et Nobilium earundem, et presertim inter quos perfecte amicitię et vere caritatis licentias antiquis et continuatis temporibus noscitur viguisse totis viribus in quantum honestas et justitia suadet defensare, et protegere disponuntur. Hinc est, quod cum ad notitiam Illustrissimorum et Excellentissimorum Principum Dominorum Dominorum Hernesti et Federici Ducum Austrię non semel sed pluries veridicis et fidedignis relatibus pervenisset quod per nonnullos aliqua contra bonum statum Ecclesię Aquilejensis Franchisias et libertatem Patrie Forijulij procurabantur, et tractabantur, ipsi D.D. Duces considerantes periculum quod imminebat Ecclesie, ac Patrię predicte, atque Nobilibus et Communitatibus ejusdem, ex antiqua et singularissima Benevolentia, et Amore quibus eis afficiuntur per Nobilem et Egregium ac Magnificum Militem Dominum Burchardum de Rabinstang Curię prefati Ill.^mi Principis Domini Federicis Ducis Austrię Magistrum cum speciali commissione predicta ipsis nota et manifesta fuerunt. Hortantes specialiter Egregiam Communitatem Utini, et ejus Nobiles Colligatos, et alias Communitates ipsi Communitati Utini adherentes dulciter, amicabiliter et fraterne ut uniti et unanimes esse deberent ad conservationem Patrię libertatis, et Franchisiarum suarum ad laudem et reverentiam Omnipotentis Dei, et ejus Gloriosę Matris Virginis Marię, Sacrique Imperij, et pro pacifico et tranquillo statu, et conservatione libertatis ejusdem Patrię Forijulij, et Ecclesię Aquilegensis, et specialiter dictę Terrę Utini, offerentes se quod in casu quo homines et Communitates ac Nobiles Patrię, et specialiter dicta Communitas cum Nobilibus Colligatis suis ac Communitatibus alijs sibi colligatis seu adherentibus ad Conventionem

et unanimiter prædictam se disponerent cum effectum ob reverentiam Sedis Apostolicæ Sacrique Imperij ac singularissimam affectionem quam gerunt Ecclesiæ Aquilegiensi et Patriæ prædictæ ipsi Domini Principes et Duces dictam Aquilegiensem Ecclesiam ac Patriam Forijulij et specialiter dictam Communitatem Utini cum Nobilibus colligatis suis, qui semper fuerunt Fidelissimi dictæ Ecclesiæ Aquilejensis reciperent et susciperent in eorum protectionem et defensionem pro modis, vias et formas justas et rationabiles. Quam oblationem Nos Nicolaus Domini Tristani de Savorgnano, Nicolaus de Seris, Nicolaus Candidus de Tridento, Maximus de Maniaco, Thobias de Sibillitis et Leonardus Thealdi Deputati pro præsenti ad Regimen dictæ Terræ Utini, ut de Sindicatu et Procuratorio constat manu providi Antonij Notarij Mathiussij sub præsenti millesimo et inditione, die mensis Octobris, diligenter examinantes et cognoscentes eam procedere ex optima dispositione, naturali benignitate, ac singularissima affectione, quam ipsi Domini Principes et Duces habent ad conservationem libertatis dictæ Ecclesiæ Aquilejensis et Patriæ Forijulij et noscentes cernentesque manifestam ruinam nostram et totius Patriæ nisi subito provideretur ipsi Patriæ de remedijs opportunis mediante pluries Consiliaria determinatione ipsius Terræ Utini, disposuimus esse unam animam, et unum corpus uniti simul omnes et conjuncti ad defensione status Ecclesiæ Aquilejensis jam dictæ et Patriæ Forijulij libertatis ac nostræ, secundum saluberrimum Consilium ipsorum Illustrissimorum Dominorum Ducum acceptantes ac reverenter tam grandem tamquam caritativam oblationem ipsorum, ac eorum subsidium et protectionem nobis necessarium, et opportunum, et sine quo ipsam Patriam ejusque statum ullo modo protegere non valeremus cum Capitulis, Conventionibus, promissionibus, ac obligationibus infrascriptis, quæ universis et singulis præsentes nostras litteras inspecturis, visuris et auditurus tota volumus esse et manifesta.

Primo quidem promisimus ac corporaliter ad Sancta Dei Evangelia tactis

scriptum juramus, ac tenore presentium promittimus et juramus Nos predicti Deputati ad Regimen dicte Terre Utini, ac tanquam Procuratores et Sindici hominum et Communitatis ipsius Terre, ac nomine ipsius Communitatis Utini Spectabili et Magnifico Viro Domino Burchardo predicto dictorum Illmorum Principum et Dominorum Ducum austrie et Sp. Nuntio ac Commissario, ac ipsorum Dominorum Ducum austrie nomine stipulanti et recipienti facere et prestare, ac ex nunc tenore presentium facimus damus et prestamus ipsis Illustrissimis Principibus et D.D. Ducibus austrie omnem reverentiam fidelitatem et obbedientiam, quam quas prefata Communitas cum dictis eorum habitatoribus et incolis prestavit et solita fuit prestare Reverendissimis Dominis Patriarchis, qui pro tempore fuerunt temporibus retroactis prefata Communitate remanente in suis antiquis consuetudinibus, et libertatibus cum hoc quod per ipsi Ill.mi Principes et Duces ipsamque Aquilegensem Ecclesiam et Patriam Fori Julij, et specialiter dictam Communitatem gubernare, protegere ac deffendere teneantur, ac debeant contra quoscumque Principes, Barones, et quecumque Dominia, et Nobiles ac Communitates conantes seu conantia nunc vel imposterum invadere seu usurpare bona aliqua predicte Aquilegensis Ecclesie et specialiter ipsius Terre Utini bonis pariter et personis, et hoc usque ad aventum novi Patriarche, futuri legitime creandi

Item quod Domini Duces bona fide, et sine fraude solliciatare debeant suo toto posse in Romana Curia per eorum Ambasiatores et Nuncios, quod prefate Aquilegensis Ecclesie quanto citius fieri potest providea[n]tur de legitimo Patriarcha et Pastore, qui sit aptus et sufficiens ad Regimen Patrie Fori Julij prelibate.

Item quod in casu quo provideretur de aliquo Patriarcha, qui non esset gratus ipsis Dominis Ducibus, dicta Communitas non debeat ipsum

acceptere, nec ei aliqua obbedientia facere; e converso in casu quo crearetur aliquis Patriarcha qui non esset gratus prefate Communitati, predicti Domini Duces etiam ei assentire non debeant, nec in quantum in eis erit ipsum aliqualiter acceptare.

Item quod prefati Domini Duces valeant et teneantur ponere et tenere unum Locumtenentem Vicedominum nomine ipsorum Dominorum Ducum in Terra Utini, vel alibi ubi eis placuerit in Patria, qui habeat instituere Officiales, videlicet Marescalchum et Vicarium in temporalibus, Capitaneum, Gastaldionem et Potestatem in temporalibus, et regere ipsam Terram et Patriam Fori Iulii sicut consueti fuerunt Patriarche Aquilejenses temporibus retroactis.

Item quod omnia et singula Fortilitia Ecclesie Aquilegiensis que pervenient de presenti, vel in futurum quomodocumque, vel qualitercumque ad manus, seu possessionem predictorum Principum, seu ipsorum Locumtenentium libere, et sine aliqua exceptione resignari, tradi et consignari debeant in manibus et in potestate Domini Patriarche futuri de proximo ut premittitur creandi.

Item quod de omnibus et singulis excessibus commissis seu perpetratis per quoscumque personas quomodocumque et qualitercumque usque in tempus promissionis nullus fiat Processus seu gravamen aliquod in rebus vel personis tempore promisse obedientie, et quod prefati Domini Duces procurabunt et faciant cum effectu cum quocumque Patriarcha proxime creando, quod similiter tempore suo nullus fiet novitas: processus, sive gravamen de et super excessibus predictis.

Item quod rebelles huius Communitatis tempore premisse obedientie nullatenus in Terram Utini accedere, seu venire permittantur sine voluntatis Communitatis Utini antedicte.

Item quod omnes sententie et Processus quomodocumque facti per olim.

D. Patriarcham Antonium et Officiales suos usque in presentem diem contra quoscumque observentur et approbentur per ipsos Dominos Duces et Officiales suos, et pro posse procurabunt bona fide et sine fraude quod futurus Patriarcha illa omnia similiter rata habebit et confirmabit.

Item quod quando scribetur Domino Nostro Summo Pontifici pro Patriarcha creando, quod cum omni diligentia insistetur ipsi Domino Summo Pontifici quod diligentia collata per dictum Dominum Patriarcham Antonium Civibus Terre Utini precipue auctoritate Apostolica et gratie facte ipsis Civibus dicta auctoritate confirmentur et ratificentur et approbentur ad omnibus clausulis oppurtunis.

Item quod prefati Domini Duces teneantur et debeant omnes et singulos nostros colligatos sequaces et amicos prefate Terre Utini acceptare, et recipere sub eorum obbedientiam et protectionem cum modis promissionibus et obbligationibus premissis.

Item promisimus et juravimus, ac tempore presentium promittimus et juramus facere, prestare et habere omnem diligentiam nobis et Communitati Nostre possibilem bona fide, sine fraude, quod Castra et Fortilitia Ecclesie Aquilejensis que tenent prefati Reverendissimus in Christo Pater et D. D. Antonius de Portogruerio Dudum Patriarcha Aquilejensis, sive ejus Fratres, et specialiter Castrum Portus Gruarij, et Castrum Petre Pilose, quod est in Istria, Castrum Soptumbergi, Castrum Tricesimi, et omnia Castra et Fortilitia Ecclesie Aquileiensis pervenient ad manus et in custodia dictorum Dominorum Ducum, seu eorum Officialium, ac Locumtenentis, cum pactis, capitulis et promissionibus prelibatis.

In cujus rei testimonium presentes Nostras Litteras fieri jussimus, scribique mandavimus, Sigillo Communitatis Terre Utini appensione munitas.

Datum et actum Utini presentibus Nobilibus et prudentibus Viris Ser Nicolao

Domini Tristani, Egregioque Legum Doctore Domino Andrea de Monticulis, Magistro Joanne Girolo de Tarvisio Egregio Artium et Medicine Doctore, ser Nicolino della Turre, ser Nicolussio, ser Zani, ser Nicolao de Soldoneriis, ser Stephano Stringli, ser Joanutto Boni, ser Leonardo Ponariis, ser Antonio de Strasoldo, ser Nicolao q.m Egregij et Spectabilis Militis Domini Federici de Savorgnano, ser Leonardo q.m ser Hectoris Notarij de Militiis, ser Antonio filio Nobilis Viri ser Valentini de Valentinis, omnibus Civibus dicte Terre Utini testibus adhibitis specialiter et rogatis

Utini in Domo Hospitij Providi Joannis Hospitis in Foro novo dicte Terre Utini. Millesimo, Indictione, Die et mense, quibus supra.

Ex notis Egregij q.m ser Antonij Mathiussij a Crocijs de Utino Notarij et Cancellarij Communis Utini. Ego Rubertus cognominatus de Latisana q.m Honorabilis ser Joannis de Salerno Notarius Sub Imper. Autor. et Matriculatus Utini suprascriptum Instrumentum aliena manu exemplatum, per me tamen collationatum et concordans in omnibus cum originali publicavi sub signo et nomine meis consuetis vigore commissionis mihi desuper facte. Rogatus et requisitus a spectabili et preclaro Juris Doctore Domino Joanne q.m Nobilis Domini Nicolai de Candidis de Utino. Anno Domini Millesimo quingentesimo decimo octavo Indictione Sexta, Die vigesima quinta Augusti.

Exemplum antescriptum ex consimili authentico in magna membrana existente penes Nobilem D. Jacobum Marchi hujus Civitatis reg. educavit et subscripsit in fidem

Franciscus Brunelleschi V. A. et Colleg. Utini Notarius.

Die 3 augusti 1734.

L. S. Civ. Utini.

C. arch. Marangoni, dall' Archivio del Com. di Udine. (Castell. ABCD)

1412
25 mays

Ex libro propositionum signato litteris D. sub. 1412 die Martij 26 mensis Aprilis. Ind. 4. In Consilio extraordinario

Super propositione per ser Leonardum Montegnaco, unum ex Dominis Deputatis, exponente, qualiter Magnificus D. Noster Comes de Hortemburch hodie misit pro ipsis Dominis decem Deputatis ad Regimen et eis habuit ---- quam habet, volebat et intendebat congregare et coadunare gentes suas et eas dividere in duas partes quarum unam volebat partem mittere versus Foriiam, et alteram partem volebat mittere sub Savorgnanum ad Campum, quare hortatus fuit ipse Dominus Deputatus, quod providere debeat de victualibus et preparamentis bellicis cuiuscumque generis necessariis ipsis gentibus et ad bellandum ut Unde presens consilium congregatum est, ut super his provideretur.

Deliberatum fuit, quod cito fiant provisiones prescripte de victualibus necessarijs pro dictis gentibus, et machinis, Bombardis, Balistis, Veretonis, et alijs instrumentis bellicis cuiuscumque generis opportunis et aptis ad bellandum, ita et taliter, quod dictum Castrum de Savorgnano ad ultimam deducatur ruinam ec. Item deliberatum fuit, quod eligi debeant duo vel tres Cives ex idoneis huius Terre qui continue ire et stare debeant penes ipsum Dominum Nostrum Comitem pro bono communi huius Terre, et totius Patrie Forijulii. Item quod etiam per Communitatem Nostram mitti debeant duo vel tres et plures si necesse erit ex Civibus huius Terre, cum predictis gentibus ad ordinandum, regolandum et providendum super dictis victualibus et preparamentis bellicis opportunis, ut supra, post quas quidem deliberationes, per ipsos Dominos Deputatos et totum Consilium

electi fuerunt Sapiens et egregium Legum D.r Dom. Joannes de Cavalcantibus, et providus Vir Ser Filippus Candidi, qui continuo esse et stare debeant penes personam prefacti Domini Nostri Comitis pro nostra Communitate: Item electi fuerunt Nobiles et circumspecti viri Ser Cristophorus de Valentinis, honorandus Capitaneus Terre Utini et Cristophorus de Cignotis et Ser Dulkerius de Savorgnano qui stare debeant in Campo ad ordinandum et regolandum ac providendum super constructiones edificiorum bellicorum et aliorum que necessaria sunt dicto Campo. &c

Barisius

Suprascripta acta et terminationes Leonardus Treus Civis et Not. Utini Colleg. ex quodam autentico, manu Dom. Mathei Clapicii tunc Cancellarii Mag. Communitatis Utini sibi exhibito cum sua legalitate pro sibi fidum publicavit requisitus et subscripsit cum solito suo ~~sigillo~~ signo, in quorum

(L.S.). -

(Tratto dal Vol. VIII pag. 397 della Collez. Bariola)

Die Sabbati 22 Julii 1412. In Consilio extraordinario –

Item deliberatum et consultum fuit quod debeat fieri publica proclama=
tio, quod quicumque primo intraverit Castrum sive speluncam de
Araij, habeat a Communitate Astinense centum ducatos, secundus
vero habeat ducatos quinquaginta et tertius sequens ducatos vigin=
tiquinque, pro eorum probitate muneris.

Omissis –

Rom. cit. p. 397. t°.

Die Mercurii 14 Decembris 1412.

In Convocatione

Super facto gentium mittendarum, et instrumentorum bellicorum di=
rigendorum cum Serenis.° Nostro Imperatore ad distructionem et
ruinam Castrorum et Locorum illorum de Savognano et aliorum
Nimicorum nostrorum, et Rebellium Sacri Romani Imperii

Item super facto reperiendi pecunias pro solvendis stipendiariis
nostris deliberatum fuit, quod habeat mitti omnes stipendia=
rii Nostre Communitatis tam equestres quam pedestres, et ulterius
debeant mitti principaliter quinterii Fori novi, Fori veteris et Greg=
iam, videlicet unum pro foro cum bombardis, scalis, mantellis,
rastis, pichis, sapas, saponibus et aliis instrumentis ~~bellicis~~ bellicis
cuiuscumque generis, qui quidem sequi debeant predictum
Dominum Nostrum Imperatorem et ejus vexilla.

Item deliberatum fuit quod pro habendo pecunias debeat hac vice
vendi datium Vini pro anno futuro et pecunie debeant dis=
pensari pro expensis Communitatis

Omissis –

Rom. cit. p. 398.

Processo segnato
del N.° 363.

1482. 2. Maggio

Giuramento di amicizia, e di unione col Serenissimo Dominio Veneto prestato da Tristan del fu Federico Savorgnan che si dichiarò pronto alla sua difesa con la persona, o Beni, contro chiunque si manifestasse nemico, e ribelle del Ducale Dominio, e Comune di Venezia.

Universis, et singulis p.tes litteras inspecturis pateat evidenter, quod Ego Tristanus de Savorgnano q. Mag.ci Militis D.ni Federici per me, meosque heredes, et successores feci, et facio Ser.mo et Ecc.mo Principi, et D.no D.no Michaeli Steno Dei Gra Inclito Duci Venet. pro se, et suis successoribus, et pro Mag.co Comuni Venetiar. recipienti, et stipulanti infrascriptas confessiones, promissiones, et obligationes. Omissis &c.

1412. 12. Maij. Juram.ti amicitie, et unionis cum Ser.mo Dominio Veneto.

Insuper quia ex grandi reverentia, et devotione, quam Progenitores mei, et Ego semper habuimus predicto Ill.mo Duci Dominio Venet., et ex multis, et maximis beneficijs receptis à dicto Ducali Dominio teneor, et obligatus sum nedum Ego, sed heredes, et successores mei ad omnes honores, exaltationem, et beneplacitum dicti Ducalis Dominij, sponte, et ex certa scientia, ac optimo, et puro zelo motus promitto, et sub fide, et Sacramento me obligo cum meis heredibus, et successoribus, et cum terris, Castris, et locis meis, et que teneo, et possideo, et tenerem, et possiderem in futurum, et in quibus habeo, et in futurum haberem aliquod ius et preheminentiam, vel posse, esse semper, et omni casu, et eventu, et in quocumque gradu, et statu me reperiam, Amicus, devotus, et fidelis servitor Incliti Ducalis Dominij Comunis Venetiar., et inimicus omnium, et quorumcumque illorum, qui sunt, erunt, vel essent in futurum inimici, aut rebelles dicti D.ni Ducis, Dominij, et Comunis Venetiar., et quorumlibet aliorum, qui ad presens offendunt, vel offenderent in futurum dictum Ducale Dominium, et Comune Venet., terras, Castra, et loca sua, et que possident nunc, vel in futurum possiderent, vel subditos, et bona eorum, et presertim, et nominatim esse inimicus prefati D.ni Sigismundi Regis Ungarie, Regni, et Corone Ungarie, suorumque Colligatorum, adherentium, Complicium, et ~~Colligatorum~~ Subditorum suorum nunc, et quotiescumque in futurum ipse D.nus Rex Ungarie, sive Regnum, et Corona Ungarie offenderent, vel offendere vellent dictum Ducale Dominium, et Comune Venetiar., terras, et loca sua, et que

possidet, uel possideret in futurum.
Et ultra hoc promitto dare, et dari facere per loca, castra
et terras, que possideo, et possiderem in futurum, uel
in quibus habeo, uel haberem aliquod ius, potestatem, uel
preheminentiam gentibus equestribus, et pedestribus
dicti ducalis Dominij, et Comunis Venetiarum, receptum,
transitum, Auxilium, et fauorem, et uictualiam
pro sua pecunia ad omnem requisitionem dicti Domi-
nij Venetiarum, et suorum Capitaneorum, et non dare, immo
uetare toto posse offendentibus, uel uolentibus offendere
dictum Duc: Do: Venetiarum, terras, et loca sua, ut supra,
et specialiter Dno Regi, Regno, et Corone Vngarie, et
gentibus suis, passum, transitum, et Victualia, nec
aliquod auxilium, uel fauorem, sed eis inimicari toto
posse, ut dictum est: Verum declaro, quia sum, et
intendo esse seruitor Illmi Dni federici Ducis
Austrie, quod propter predicta non tenear ad inimi-
candum ipso Dno Duci Austrie, et in casu, (quod
Deus auertat:) quod dictus Dnus Dux Austrie,
uel gentes, seu subditi sui offenderent, uel uellent
offendere aliquo tempore dictum Ducale Dominium
et Comune Venetiarum, terras, Castra, loca, uel subditos
suos, ut supra, promitto non dare, uel dari facere
dicto Dno Duci Austrie, uel gentibus suis, nec
fauorem neque auxilium aliquod, neque me impe-
dire in aliquo contra dictum Ducale Dominium,
et Comune Venetiarum, terras, Castra, Loca, et subditos
suos ut supra; Immo promitto in dicto casu resti-
tuere dicto Duc: dominio omnes gentes equestres, et
pedestres, quas tunc temporis haberem a dicto Duc:
Dom: Venetiarum; pro quibus omnibus, et singulis
firmiter obseruandis, attendendis, et adimplendis
obligo me, meosque heredes, successores, et bona
mobilia, et immobilia presentia, et futura, cum refectione
omnium, et singulorum damnorum, et expensarum,
et interesse, et ad maiorem cautellam iuraui pred.
omnia obseruare, et singula inuiolabiliter, et sine

fraude

fraude, et ad maius robur premissorum sigillavi
presentes Litteras meo solito sigillo.

Datum Venetiis die. 11. Maij. millesimo quadringentesimo
duodecimo. Indictione quinta.

Ego Laurentius Quantus Curie Maioris Notarius ex au-
tentico exemplari de mandato Magnifici Domini Cancellarii
Venetiarum.

~~Mcc~~ Nonnulle deffinitiones Consilij Magnifice Comunitatis
Civitatis Austrie mentionem facientes de Domino
Tristano de Savorgnano ~

Mcccc x VIII. Die Jovis x VI. mensis Junij. In stupa Comunis
Civitatis Austrie. Convocato, et congregato Consilio sono
campane, ut moris est, hora vesperorum super eo, quod
Dominus Patriarcha requirit nos, ut mittamus balistarios,
ac Spiculos ad obsidendum Dominum Tristanum de
Savorgnano cum omni eius Comitiva in Insula Cer-
vignani reclusum. Deffinitum fuit, quod fieri debeat
cum decem balisterijs, balistis, et mohinello fulcitis,
si reperiri poterunt, quod si non poterunt fieri debeat
cum Spiculis.

Mcccc x VIII. Die mercurij ultimo mensis Augusti. In stupa
Comunis. Convocato, et congregato Consilio sono Campane,
ut moris est, super salvo conductu transmisso Domino
Domino Patriarche per Dominum Tristanum de Savorgnano
cum auctoritate ducalis dominij. Deffinitum fuit,
quod eligatur, et mittatur unus Ambasciator ad Dominum
Dominum nostrum D. Patriarcham intercessurus instanter,
ut celeriter dirigat Ambasciatores Venetias ad ducale
Dominium, quoniam salvus conductus in bona forma
iacet, et ita electus fuit ser Guielmus Puppi.

1412. 9 Giugno. Latisana nella Chiesa di S. Giovanni. Patti coi quali il Comune di Latisana accetta presidio veneziano nella Terra, fatto col Capitano Generale dell'esercito Veneziano. ... 1873

Ex margine: Pacta comunitatis Lathisane.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo duodecimo Indicione quinta die martis septimo Iunii. Sincera et singularis dilectio qua Serenissimus princeps et excellentissimus dominus dominus Michael Steno dei gratia dux et inclitum dominium, et Comune Venetiarum prosequuti semper fuerunt et prosequuntur egregiam Comunitatem homines et Comune Lathisane. Et filialis reverentia ac devotus amor quem prefata comunitas semper gessit et gerit prefato excelso ducali dominio et comuni Venetiarum Induxerunt et inducunt partes ut optimum patrem et devotos filios ad concordiam et unionem per effectum operum intrinsecam caritatem vigentem intrinsecus inter partes licet aliqualiter ipse amor refrigeratus fuisset propter novitates hungarorum et guerre presentialiter existentis. Unde Cum die mercurii primo mensis instantis, Venerabilis Vir donus nicolaus de monfalcone Vicarius Ecclesie Sancti Iohanis de portu Lathisane et providus vir ser antonius de venzono, civis et habitator predicti loci Lathisane cum litteris credulitatis tamquam Ambaxiatores ipsius comunitatis unaa cum Reverendissimo in christo patre et domino, domino, Iohane permissione divina Sancte Sedis Gradensis benemerito patriarcha, Coram Illustrissimo principe et domino, domino, duce et Inclito dominio Venetiarum prefato Comparuerint inter alia exponentes et concludentes inter quam

Copia 23 Genajo 1890

... in eisdem. pro quibus litteris in

rum obsequia quod attenta singulari devotione,
quam semper gesserunt, gerunt et gerere in-
tendunt quo adixerint prelibato ducali dominio,
et comuni Venetiarum, non obstantibus aliquibus
casibus occursis tempore novitatis hungarorum
nuper decursae. nam si quid attentatum forsan
extitit per ipsos hungaros in displicentiam ipsius
ducalis dominii processit, novit amator cordium contra ~~eundem~~ quod
eorum velle, et sue dicte communitatis ~~civitatis~~ optimam volun-
tatem et inconcussum Amorem. Mirantur val-
de quod Illustris et magnificus dominus, ~~dominus~~,
karolus de malatestis Arimini etc. Et genera-
lis capitaneus ipsius dominij Venetiarum, Affi-
daverit omnes terras, loca, subditos et bona Il-
lustrium dominorum suorum, dominorum
Comitum Goricie, etc. ipsis de lathisana ex-
ceptis; Et propterea Eidem excellentissimo
ducali dominio repplicatis precibus supplica-
bant. Ut dignaretur taliter Iubere, quod Ipsa
Comunitas et sua territoria et loca de la thisana
in ipsa affidatione includantur, et non damnifi-
centur aliorum defectu; ymo in devotos filios ipsius
ducalis dominij assumantur; nam ad attenden-
dum perfectionem ipsius comunitatis Amoris,
erant contenti, et volebant ac se offere-
bant et obligabant dare per terram et per
acquam ac per fortilicia Lathisane et alia
loca passus et territoria eorum, et que te-
nent et possident habitant et incolunt
Capitaneis et gentibus tam equestribus

quam ~~palastri~~ pede stribus ac omnibus et singulis navigiis, et conducentibus ipsa navigia tam armata quam disarmata cum victualibus mercantijs, Armis Arnesiis, et omnibus aliis rebus, liberum et securum receptum et transitum, ac subventionem eis possibilem et victualia pro sua pecunia, Ita quod secure per terram et per acquam et per dictam terram Lathisane et eius fortilicia possint in ipsa terra stare et morari ac ire a Venetijs et alijs locis ipsius Incliti ducalis dominij et Comunis Venetiarum ad felicem exercitum eorum et ab exercitu versus Venetias et alia loca comunis et dominij Venetiarum prefati Et facere et exequi in predictis et singulis predictorum sicut ipsi Illustri ducali dominio Venetiarum placuerit et requisiverit Magnificus capitaneus eius generalis et alii qui presidebunt navigiis ipsis armatis et disarmatis tanquam boni et devoti filii et servitores ipsius ducalis dominij salvo tamen honore et dominio dominorum suorum et Iuribus nobilis Viri Antonii forzate dummodo affidentur ut supra. Insuper promisserunt ipsi Ambaxatores quod non dabunt transitum receptum, nec passum neque Victualia inimicis ipsius ducalis dominij Veneciarum ymo amicos ipsius ipsius ducalis dominii pro amicis et inimicos pro inimicis eius tractabunt. Et prefati Illustris dominus dux et Inclitum ducale dominium Venetiarum more suorum progenitorum affetantes sicut est toti mondo notorium

... in eisdem . pro quibus litteris in

quod eodem vicini sui quinque nationes Longui
que quas armaverunt mediantibus ipsius Illu=
stris ducalis dominii maximis laboribus et sum=
ptibus interiectis dulcedine et amenitate pacis
utantur sincere inter alia super hac materia
agitata, Responderint quod non obstantibus ali=
quibus observatis cum hungaris et aliis. Nihilo=
minus audita excusatione sua et optima dispo=
sitione et voluntate ad honores, et beneplaci=
ta ipsius ducalis dominij acceptaverunt eos et
ipsam comunitatem ad gratiam et benivolen=
tiam suam in casu quo cum effecta faciant et
perseverent secundum quod se obtulerant oratores pre=
fati Et pro perficiendo predicta Reverendissi=
mus dominus patriarcha predictus ad requisi=
cionem dictorum oratorum prefate comuni=
tatis Lathisane Et de consensu et cum suffi=
cienti mandato et libertate prefati domini
Ducis, dominij et comunis Venetiarum Venerit
Lathisanam ad firmandum et complendum pro=
missiones pacta et obligationes quas dicti oratores
obtulerunt: Et dato Responsso per Capitaneum
et homines Lathisane, quod sunt contenti et
volunt attendere et se obligant observare omnia
suprascrita per eius Ambaxatores prefatos ducali
dominio suprascripto policita et iam Initia=
tis de gentibus exercitus prefati dominij Capita=
nei et dominij Venetiarum In teritorium Lathisa=
ne. Visa perseverantia et bona dispositione comu=
nitatis et hominum Lathisane prefate fuerit iverit

ad Illustrem dominum Capitaneum generalem pre-
fatum. Et tenuerit modum quod gentes armigere
prefati exercitus Venetiarum recesserint de territo-
rio predicte terre Latisane, Et eos affidaverint et
tractaverint et tractent pro amicis, et bonis servitori-
bus ducalis dominij prefati. Ibique Egregii et
discreti viri Florinus q. Iohanis de Padua Vice Ca-
pitaneus, ~~ac Leonardus Scolio. Iacobus de baysio~~ et
locum tenens spectabilis et nobilis viri Antonij
Forzate, Capitanei, ac Leonardus Scolio, Iacobus
de baysio et Antonius ser Georgij de Venzono Iudi-
ces, ac Nicolaus hospes de Alemania. Maurus de pito-
no. Gasperinus de zanchele hospes. Anderle de Vi-
lacho, Iacobus de Venzono. Iacobus d. Ziliole consi-
liarii, et Rectores dicte tere una cum suis consiliis
ad infrascripta exercenda, et alia specialiter deputatis
ad sonum Campane et voce preconia ut moris est, so-
lemniter congregatis, Et ipsa consilia una cum
prelibatis Capitaneis iudicibus et consiliariis una-
nimiter et concorditer nemine discrepante per se
et successores suos et nomine et vice dicte Comu-
nitatis et omnium et singulorum hominum ipsi-
us Comunitatis pro quibus de rato et habitatione
rati promisserunt solemniter omni modo Iure, Via
et Forma, quibus magis validius et melius potuerunt
et possunt, promisserunt solemniter et se obligant
et obligatos se esse volunt et constituunt predicto ~~domino~~
Reverendissimo domino Iohane dignissimo pa-
triarche Gradensi et oratori et sindico ac procuratori pre-
libati Illustrissimi domini ducis dominij et Co-

... in eisdem . pro quibus litteris in

munis Venetiarum Ut patet procurationis et sindi-
catus in suprascripto facto et in publicam formam
redacto, manu discreti viri Petri quondam Simo-
nis niguo publici Imperiali Auctoritate notarij et ducatus
Venetiarum Scribe, predictis Millesimo et Indictio-
ne die vero primo mensis Instantis Junij A me
notario infrascripto viso et lecto recipienti et stipulan-
ti vice et nomine ipsius Incliti domini ducis et
dominij et comunis Venetiarum, ut supra promi-
serunt distincte sui Ambaxatores prefati, dare per
terram et per aquam ac per fortilicia Latisane et
alia loca et passus ac territoria eorum, et que te-
nent et possident inhabitant et incolunt Ca-
pitaneis et gentibus tam equestribus quam pe-
destribus, ac omnibus et singulis navigiis et con-
ducentibus ipsa navigia tam armata quam disar-
mata cum victualibus mercantiis et mercatoribus,
ac eorum factoribus et nuncijs, Armis, Arnesiis,
et omnibus alijs rebus, Amicorum ipsius ducalis
dominii, et comunis Venetiarum, liberum et se-
curum receptum, transitum et subventionem eis
possibilem, et Victualia pro sua pecunia et omnia
et singula alia, ut supra per suos oratores pro-
missa, et prout et sicut dicti sui Ambaxatoris
promiserunt in omnibus, omni exceptione et
cavilatione remota salvo honore et dominio
dictorum dominorum suorum et Viri nobi-
lis Antonij Sforzate predicti, cum observatione
tamen premissorum.
Et ut Illustrissimum ducale dominium

Venetiarum suprascriptum cum omni inte=
gritate videat et cognoscat optimam et perfe=
ctam dispositionem dicte comunitatis et homi=
num Lathisane sunt contenti et volunt quod
in dicta terra Lathisane ponantur et stent de
gentibus ipsius ducalis dominij pro securitate
intrinsece et Agendorum ipsius Illustris domi=
ni ducis et dominij Venetiarum secundum quod videbi=
tur et placebit eidem ducali dominio et capitaneo suo
generali et aut agentibus pro eis vel altero ipso=
rum. Et versa vice Illustris et Magnificus domi=
nus karolus de malatestis Arimini etc. Capitaneus gene=
ralis Serenissimi domini domini ducis, dominij
et comunis Venetiarum, ac ipsorum nomine ex
libertate sibi iniuncta et tradita a ducali dominio
nominato, attente quod predicta Comunitas Lathisa=
ne requirebat sibi in casu quo molestaretur ab ali=
quibus deffendi et auxiliari debere Agentibus ipsi=
us domini ducis et dominij Venetiarum, Et quod
predictus Reverendus dominus patriarcha nul=
lam de hoc videbatur habere libertatem promi=
sit eidem Capitaneo, Iudicibus et consilia=
riis nominibus quibus supra recipientibus eandem
comunitatem Lathisane in casu quo molestare=
tur ab aliquibus occasione prefata pro posse deffen=
sare et eidem auxiliari durante presenti
guerra prout et sicut faceret et terris et
locis dominij et comunis Venetiarum pre=
libati.

Que omnia et singula, supra et in=

... ... contenta in eidem. pro quibus litteras in

Suprascripta predicta partes nominibus quibus
supra stipulationibus solemnibus hinc inde inter
venientibus, Attendere et observare facere
et adimplere effectualiter Iuxta posse et in
totum durante presenti guera solemniter promi
serunt, Et non contrafacere, dicere vel oppo
nere seu venire per se vel alios modo aliquo
vel ingenio directe vel indirecte, tacite vel ex
presse de Iure vel de facto, aut aliquo quesito
colore In iudicio vel extra in pena et sub
pena ducatorum quinque millium auri, so
lemne stipulatione promissa que pena totiens
committatur et commissa esse intelligatur
ac peti et exigi possit cum effectu, ac cum re
fectione omnium et singulorum damnorum
expensarum et interesse litis et extra. Et pena solu
ta vel non, Nihilominus omnia et singula
suprascripta firma perdurent et sub eadem pe
na debeant observari, pro quibus omnibus et
singulis firmiter observandis et adimplendis
se obligaverunt prefati de Lathisana, predicto
sindico et procuratori dominij et comunis Venetia
rum se et singulos homines dicti loci et suos he
redes successores et bona mobilia et immobilia presentia
et futura Et dictus Sindicus et procurator similiter o
bligavit dictum dominum ducem et dominium ac
commune Venetiarum et suos successores et bona mo
bilia et immobilia presentia et futura. Renun
ciantes omnibus et singulis exceptionibus dictarum conven
tionum, promissionum et obligationum supradicti

ptarum, ac gestorum predictorum non sic factorum et promissorum ac non sic celebrati contractus et rei geste, ac omni exceptioni et condicioni sine causa vel ex iniusta causa privilegio fori doli mali in factum actioni et omni alii legum et statutorum ac consuetudinum auxilio quomodolibet opponendo ac legi dicenti generalem Renunciationem non valere et Rogatam et factam non tenere. Et pro maiori observatione et cautella predictorum, predicti Capitaneus, Iudices et consiliarii Latisane Iuraverunt corporaliter manu tactis scripturis in animabus eorum, et cuiuslibet eorum, et omnium et singulorum hominum de Lathisana predictorum, Et predictus magnificus Capitaneus, et dominus patriarcha in animabus dicti domini ducis, dominij et comunis Venetiarum omnia et singula in hoc instrumento contenta prout superius promissa fuerunt et sunt. Ad sacra dei Evangelia attendere et observare ac attendi et observari facere promisserunt puro et bono animo ac bona fide et ad sanum intellectum, quibuscumque, cavilationi, dolo, fraude, et extranea interpretatione, cessantibus, Mandantes et volentes quod de premissis omnibus fieri et confici, ac dari debeant per me notarium instrumentum unum et plura publica et consona instrumenta uti fuero requisitus. Acta fuerunt hec thisane in Ecclesia Sancti Iohanis portus Lathisane. Anno Indictione et die predictis, presentibus Spectabilibus militibus domino Galeoto bivilaqua quon-

... commissa in eisdem. pro quibus litteris in

dam Magnifici militis domini Guilielmi bivila-
qua, dominus diomede, quondam Magnifici mi-
litis domini Francisci de gonzaga, strenuo Scuta-
fero Guidone, quondam magnifici militis domi-
ni Eusebi de gonzaga, probo viro zechino de
bagnachavallo, quondam domini guilielmi, Egre-
gio Artium et medicine doctore, Magnifico geor-
gio de mondelis de mediolano ac probo viro pizza-
to de camerino, quondam domini Antuini et
aliis quam pluribus testibus ad hec vocatis spe-
cialiter et Rogatis.

(S.T.)

Ego Zapparinus de ~~martinis~~ mannis natus quon-
dam domini ~~martini~~ mannis de ~~martinis~~ mannis publicus Aposto-
lica~~ta~~ et Imperiali Auctoritate notarius et ducatus Venetia-
rum Scriba predictis Interfui Rogatus scripsi
et publicavi.

Archivio di Stato di Venezia.
Tratta dal Volume X° dei Commemoriali
a Carte 122 e 123.

1412 · 8 Giugno. Canufio, nel campo veneto. Carlo Malatesta generale de' Veneziani promette restituire ad Antonio Forzate la rocca di Latisana sotto certe condizioni.

Promissio facta per Magnificum Dominum Karolum de malatestis Arimini etc. Capitaneum generalem exercitus.

Carolus de malatestis Arimini etc. Vicarius nec non provintie Romandiole Rector pro domino nostro papa et Sancta Romana Ecclesia generalis atque Illustris ducalis dominij Venetiarum Capitaneus generalis.

Conzosiachosa che per zerta bona caxone et respeto humano haviamo tolto In le nostre mane la Rocha del porto de la thisana per la presente prometemo et obligemoce che ognivolta chel nobel homo Antonio forzate da monte merlo sera personalmente in le terre de la prefata Illustre Signoria zoe quando la prefata Illustre Signoria a noij scriviera el dito Antonio esser in le terre predite, Restituire et assignare liberamente et senza alguna exception la dita Rocha al dito Antonio declarando bene che posto che la prefata Illustre Signoria ze chomandasse non dover Restituire la dita rocha non ostante questo chomandamento prometemo chomo de sovra omnibus postpositis restituere et assignare la rocha predicta; Et in chaxo chel dito chastello del porto de la thisana chon la rocha se perdesse et pervenisse a la mane de Inimisi prometemo procurare E fare cho la prefata Illustre Signoria chel ge restituira al dito Antonio quella quantita che luy ha pegno la

Copia 23 Giugno 1870.

... ... in eisdem. pro quibus litteris in

terra predicta. E non gli restituando la prefata Illustre Signoria I denar predicti, prometemo et oblighemo noy a la dita restitutione. Data in Campo prefati Illustris Ducalis dominij Villechianutij sub nostro consueto sigillo, die VIII mensis Junij quinta Indicionis.

Et nos Johannes permissione divina Sancte Sedis Gradensis patriarcha et commissarius prefati Illustrissimi dominij Venetiarum in quantum scimus et possumus omnia suprascripta Jussu prefati magnifici et ex.mi domini: karolis. Capitaneis etc. Ratificavimus et servare promisimus. In quorum fidem et testimonium nos propria manu subscripsimus et sigilli nostri secreti et consueti Jussimus munimine roborari.

Archivio di Stato di Venezia.
Tratta dal Volume X.° dei Commemoriali a Carte 123 tergo.

Privilegium juratitium in Cathedrali Ecclesia Aquil. Rmi D. Ludovici Ducis
de Teck per Mag.cum D. Henricum Comitem Goritiae executorem litterarum
Ser.mi Roman. et Hungariae Regis D. Sigismundi Convocato Generali
Parlam.to in Eccl. Colleg.ta Civit.s Austriae Dioeces. Aquilejen.
1412. 12 Luglio sub anno 1412 die martis 12 julij.

In Dei Nomine Amen. Anno Domini millesimo quadringentesimo duodecimo
Ind.e quinta die Martis 12 julij. Actum in Collegiata Ecclesia
B.e Mariae Civitatis Austriae Aquilejen. Dioecesis ante Altare
Sanctae Catharinae, et post majus Altare ipsius Ecclesiae,
presentibus ven.s et egregijs Dnis Thiadoro Filippi, Joanne
Francisco Gandino de Gandino, Jacobo a Caballis, Candido q. Nicolai
de Eglisino omnibus Canonicis ejusdem Ecclesiae, Conrado Bajuno
de Civit.e Austriae, Francisco de Cormono de Vijulbers milite
Leonardo q. Simonis de Cormono, Leonardo de Donumberch Dom.o Vero
de Caulatis, Hermano de Claricinis, Nicolao Jacobi a Ponte
de Civitate Austriae, Raiverio et Antonio de Cavalcantibus
de utino dictae Dioecesis testibus ad infrascripta vocatis specialiter
et rogatis, et alijs pluribus in multitudine magna et copiosa.

Ibi in eadem Ecclesia convocato et congregato solemniter per litteras
spectab.is mag.ci et potentis Dni D. Francisci Comitis in Orthemburch
et in Stambon etc. Sacri Romani Imperij in Patria Forijulij Generalis
Vicarij Parlamento generalis Colloquij Patriae Forijulij,
in quo ad tertium sonum campanae ut moris est interfuere
Prelati, Nobiles et Communitates infrascriptae. Illustris
Princeps et Dnus D. Comes Goritiae et Tyrolis, Ser.mi nostri
invictissimi principis, et Dni D. Sigismundi Dei gratia Roma-
norum et Hungariae Regis semper Augusti Commissarius et
executor ad infrascripta specialiter Deputatus per publicas
et patentes litteras ejusdem Dni Regis, ejus vero sigillo
Romani Imperij appenso sigillatas non viciatas nec abrasas
nec in aliqua parte suspectas sed prorsus omni vitio et sus-
pitione carentes in Theutonico publice lectas et deinde
in litterali sermone per ven. virum Dnum Voluticum Recto-
rem in Ursena expositas publice et declaratas declarari
insinuari et intimari fecit praefato Generali Colloquio Parlamenti
Patriae Forijulij contenta in eisdem. In quibus litteris in

effectu continuabatur, quod idem Ser.mus Romanorum et Hungariæ Rex
affectionem habens singularem ad S. Aquilejen. Ecclesiam ejusq. Patriam
Fori julij ac ad omnes et singulos quosdem Patriæ fideles incolas,
et subditos ac eisdem quæ jamdiu premitur non modicis turbinibus, Guerris, differentijs malenconijs ac anfractibus
est conquassata, prout jam ex culminis sui debito, a quo
Ecclesia Aquilejen. dignoscitur esse fundata ac jure patronatus honorem facere potest volens de pastore et Patriarcha
gratiose providere, commisit illustri Principi et Domino Domino
Henrico Comiti Goritiæ præfato, ut illustrem Principem Dominum
D. Ludovicum Dominum de Tech investire debeat de Patriarchatu
Aquilejensi in temporalibus ipsumq. in sede Patriarchali poneret
in Civitate Austriæ ut moris est, recepto prius ab eodem D.o Ludovico
debito fidelitatis et omagij juramento recepto eundem Dominum Ludovicum vigore dictarum litterarum Regiæ majestatis de dicto
Patriarchatu in temporalibus investivit ipsumq. in solita sede
patriarchali posuit et induxit et in dicta sede sedenti ensem evaginatum in signum investiturę et executionis justitię in manibus dedit et assignavit mandans sibi ut justitiam facere
debeat. quibus sic peractis idem D. Ludovicus cum toto Clero ibidem
existente humiliter et alta voce decantavit hymnum Te Deum
deinde ordinate et singillatim vocatis per Jacobum Not.um infrascriptum
omnibus et singulis Dominis Prælatis Nobilib. et Communitatib. Patriæ
Fori julij infrascriptis qui ad dictum Parlamentum convenerunt et
convocati erant et requisiti per præfatum D. Henricum Comitem
et Commissarium pro parte R.æ majestatis præfatæ quatenus
dicto D. Ludovico uti vero Patriarchæ parere et obbedire atque
fidelitatis et omagij ~~fidelitatis~~ debitum juramentum præstare
deberent. jidem omnes præfati Nobiles et Communitates volentes mandatis R.æ majestatis ut tenentur et debent
humiliter et devote obbedire singulariter singuli ibi
tactis Sanctis Evangelijs præfato D.o Ludov.co Patriarchæ et in manibus suis debitum fidelitatis et omagij juramentum

præstiterunt

prestiterunt in hunc modum. Vid.t in plurali et singulari juro et juramus ad hæc sancta Dei Evangelia esse fideles et obedientes fideles, et obedientes Rmo in Xto Patri et Dno Dno Ludovico Duci de Tech Dei gra S. Sedis Aquil. Patriarchæ electo et postulato in omnibus et singulis uti vero et legitimo Patriarchæ tam de jure, quam de consuetudine parere, et obedire similiter et invictissimo Principi Romanorum Regi et suis successoribus legitime intrantibus sicut quilibet verus et legalis subditus et fidelis veri et legales subditi et fideles Ecclesiæ Aquilejen. et Romani imperij facere debent, et tenentur, sic Deus me, et nos adjuvet ad sancta Dei Evangelia.

Die jovis XIV. julij. Actum in Civitate Austriæ in Sala Consilij Parlamenti Patriæ Forijulij. Coram Rmo in Xto Patre et Dno Dno Ludovico Duce de Tech S. Sedis Aquil. Patriarcha electo necnon coram Dno Volrico Rectore in Weer Secretario Mag.ci Dni Dni Francisci Comitis in Ortimburgh etc. in quo interfuerunt Ven. Patres et Dni Dni Stephanus Abbas Rosacen. Thomas Abbas Mosacensis, Federicus Decanus Aquilejæ. Spectabiles Dni Engelmus Comes Goritiæ, Simon de Puliinica Vincislaus de Spilimbergo, Joannes Paduanus de Colloreto, Rizardus de Castello, Nicolaus Zu Barba de Attems, Jacobus de Valvesono, Conradus de Brazzacco. pro Communitate Aquilejæ Joannes Cresrula, Bartholomeus de Campolongo pro Communitate Civitatis Austriæ Nicolaus de Portis et Enfrelmus Puppi, pro Communitate Utini Aloysius Cignottis et Nicolaus Raynoldi, pro Communitate Glemonæ Benevenutus de Glemona, Nicolaus de Tor de Glemona,

1412, 22 Novembre Udine. Lettera del Comune di Udine a Pippo Conte di Themes sui danni loro recati da Tristano di Savorgnano.

Magnifico et Potenti D. Pipo de Ozera Comiti Themesiensi maiori ac plurimum honorando.

Magnifice potens domine noster plurimum honorande. Cum merore non modico, Magnifice Dominationi vestre acceleramus notificare, quomodo hodie circa horam vesperam perfidus Venetorum exercitus circumvicinus Terre nostre machinatione et mansione ac introductione Tristani de Savorgnano ad hanc Terram nostram Utini ex deliberatione eiusdem cum gentium numero copioso currit dampnaque nobis inextimabilia tam personarum quam animalium intulit. Cepit namque dictus exercitus ultra dampna alias nobis illata hodierna die ultra centum homines et duo milia capita animalium grossorum non computatis minutis, ex quo ob nimiam potentiam, instigationemque dicti Tristani vidimus iam quasi nos ad fundum deductos et vere nisi Ser.^me Regie Maiestatis et vestre potentie dextera interveniat, nescimus videre modum quo nos et tota Patria non simus ad fundum deducti: Ceperunt enim ipsi Veneti quasi omnia Fortilitia Patrie et nos intra ipsa inclusi sumus; quocirca prelibatam magnificentiam vestram instantissime supplicamus quatenus tam premissis quam aliis, que evenire possent, consideratis, dignetur nobis quam celerius fieri poterit

i Vene- tyre legi.

de idoneo certissimoque gentium subsidio, remissis omnibus correptiis et laxiniis providere ad manutentionem honoris et status Ser.^me Regie Maiestatis, Sanctaeque Aquilegensis Ecclesie ac nostram et totius Patrie prefate salvationem. Nos namque ad eandem vivere et mori volemus in solita constantia et fidelitate continua. Valeat Magnificentia Vestra ad queque prospera et votiva. Datum Utini die XXII Novembris, ind. V, circa primam horam noctis sub magna frequentia.

Eiusdem Dominationis Vestre devotissimi
Capitaneus, decem Deputati ad regimen Consilii
dicte Terre Utini cum humili recommendatione.

Da copia nelli MSS. Concina T. III, 166.

Ex libro – M-S-
Monumenta Historica

Tomus. IV.

apud Nob. D. Cav. Fabricium
Utinensem ab eo descriptis.

pag: 260.
1413. 17 Aprile. Cassellatto. Tregue tra 'l Imp. Sigismondo, i Veneziani ed il Patriarca d'Aquileja.

Da un Processo che si conserva nella Cancellaria della Città d'Udine nel di cui principio si legge: Processus causae vertentis inter S. Guarnerium de sancto Daniele ex una et S. Nicolaum de Ponte de Civitate Austriae ex alia etc.

Sigismundus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Ungariae Dalmatiae, Croatiae etc. Rex. Notum facimus tenore praesentium Universis Quod ad instantiam, crebérrimamque exhortationem et inductionem studiosam Reverendissimi in Christo Patris Dni Brande titulo sancti Clementis presbiteri Cardinalis Placentini nuncyi vulgariter

riter Apostolice Sedis Legati Amici nostri
carissimi, Illustris Bertoldi de Ursinis Comi-
tis Palatini et Suane Sanctissimi in Christo
Patris et Dni Dni Iohannis Pape XXIII. Con-
siliarii et Ambassiatoris, ac Nobilis Viri Phi-
lippi Iohannis Delbene de Florentia Nuntii
eiusdem Dni Pape de mandato, et beneplaci-
to Sanctitatis Sue, amore desiderate pacis
mediatorum, et hilariter frequenterque la-
borantium pro generali bono Christianita-
tis, ac publice rei commodo, et incremento fe-
lici guerrarum dissidia, et iurgiorum fomites
extinguere cupientes, et auferre, de et super
omnibus, et singulis dissensionibus, discordiis,
displicentiis et guerrarum materiis ac eorum
occasione inter nos ex una, et Illustrem Prin-
cipem Michaelem Steno Ducem ac Dominium
et Commune Venetiarum parte ex altera
subortis et temptatis, hinc inde multis et varii-
que ex adverso factis et perpetratis cum eisdem
Duci, Dominio, et Communi tam occasione ~~[illegible]~~
Imperii quam Regni, et Corone Ungarie atque
tantummodo per medium Nobilium Virorum
Thome Mocenigo Procuratoris Ecclesie Sancti
Marci, et Antonii Contareno Ambassiatorum dic-
torum, ac Communis Venetiarum pleno mandato
fulcitorum

fideliorem Treugas pacis, seu assecurantias facimus, inivimus et firmavimus, ac facimus, inimus, et sub verbo nostro Regio firmamus per praesentes sub infrascriptis modis, capitulis atque formis. Primo quod huiusmodi Treugae fideliter firmiter et inviolabiliter ab utraque parte teneri, et teneri debeant per annos quinque a data praesentium continue sequentes. Item quod quaelibet partium omnia id et totum quod tenet, et possidet ad praesens per eum dictos quinque annos teneat et possideat in quibuscunque ... et locis. Item quod huiusmodi tempus quinque annorum quaelibet partium praedictarum se abstineat et cesset ac cessare et abstinere debeat ab offensis, et quod quilibet earundem partium subditi cum Mercantiis, et rebus suis transire, stare redire, mercari, et conversari possit et valeat secure hinc inde per omnes Terras, Castra Loca, Villas, passus, portus, aquas et territoria dictarum partium, et cuiuslibet earum, sicut ab antiquo faciebant, vel facere poterant quovismodo. Item quod in praedictis Treugis et assecurantiis tantummodo ut supra scriptum est in parte nostra intelligantur et includantur Reverendissimus Ludovicus electus Patriarcha, et Ecclesia Aquilegensis, ac tota

Patria

Patria Fori Iulii, magnifici Henricus et Iohannes
Meynardus Comites Goritie et Tyrolis, Federicus
comes de Ortemburck, Iohannes Franciscus nostri
et Imperii sacri Montue Vicarius generalis et
Nobilis Rempertus de Walsee. Ex parte vero
prefati Ducis, Dominii et Communis Venetiarum
intelligantur et includantur magnifici Nicolaus
Marchio Estensis, Carolus, Pandulfus et Mala-
testa fratres de Malatestis, Opizo de Polenta
Ravenne, ac Tristanus de Savorgnano et fra-
ter et Articus et Guido Comites de Porcilays,
Schinella, Blasius, Rolandus, Manfredus, et An-
tonius Comites de Collo, Iacobus de Castrono-
vo de Caldinaciis, Vinciguerra et Antonius
fratres de Arco, Antonius et Castronius fratres
de Castronovo, et de Yvano, Andriellus et Guiel-
mus fratres de Castrobarco de Lizana, Otto de
Castrobarco, Marchabrinus et Antonius fratres
de Gresta, Marchabrinus de Castrobarco, de
Besono et Guielmus de Castrobarco Vallis La-
garine. Item quod neutra pars, nec quisquam
eorum supra contentorum possit prebere au-
xilium, vel favorem {alteri auxilium quod ex aliqua} ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ cumque causa inquietudinem
turbationem aut molestiam inferrent alteri
parti

parti, vel cuicumque eorum dicto tempore praeduran=
te. Item ut a tempore dictarum Treugarum et
Differentiarum devenire possit ad pacem bonam
et perpetuis temporibus duraturam dictae par=
tes assumunt, et alligunt in Amicabilem compo=
sitorem omnium differentiarum existentium
inter partes praedictas praefatum Dnum Johannem
Supremum Pontificem, qui tamen non possit
nisi de voluntate partium Amicabiliter finalem
concordiam facere. Item quod Nos cum exercit=
bus nostris libere transire possimus per quaecum
que territoria, pontes, passus et aquas quas tenet
Commune Venetiarum, et etiam intrare per=
sonaliter ~~Civitates~~, Oppida, et Castra cum ho=
~~nesta sacerdoti~~ comitiva si voluerimus. In
quibus ~~item~~ Nos quam nostri debeamus ho=
norabiliter tractari, et recipi prout decet.
Ita tamen quod nostri exercituantes amicabi=
liter transeant, ~~nec~~ ulterius damna inferant
quam fieri consuetum per ipsos exercituantes
transeuntes per territoria amicorum. Et quod
per dictum Commune Venetiarum provide=
atur de victualibus pro nostris pecuniis, et
pretio competenti, ita tamen quod teneamur
notificare adventum nostrum dicto Dominio
Venetiarum

Venetiarum per unum mensem ante ut possit de rebus necessariis providere. Item si aliquis ex superius nominatis alterius partis inferret guerram vel molestiam alicui partis alterius non per hoc intelligatur rupta treuga, vel moventi guerram vel molestiam ut supra non possit pars sua prebere auxilium vel favorem. Declarato et attento quod si prefatus Tristanus contra presentem treugam aliquid committeret seu faceret, aut alicui ex suprascriptis inclusis molestiam seu guerram inferret directe, vel indirecte publice vel occulte quod tunc teneat ipse extra presentem treugam positus existat penitus et exclusus: Et quod predictum Commune Venetiarum contra eum tamquam proprium ipsorum Civem, et ipsius Rebellem procedere teneatur. Presentium sub nostre Maiestatis sigilli testimonio litterarum. Anno Domini millesimo Quadringentesimo XIII. XVI. die Aprilis Regnorum nostrorum Anno Ungarie etc. vigesimoseptimo, Romanorum vero tertio

Datum in descampe nostro Campestri in Patria Foriiulii apud Castellettum.

M. D. C. Fabritz

XII
35

Tregua fra l'Imp. Sigismondo e i Veneziani
18 Aprile 1413

/ Da un Processo che si conserva nella Cancelleria della Città di Udine, nel cui principio si legge: Processus cause vertentis inter f. Guarnerium de Sancto Daniele ex una; et f. Nicolaum de Ponte de Civitate Austrie ex alia &c. /

/ Copia dal Vol. I pag 264 di Docum. Stor. della Colleg. Fabrizj. /

Sigismundus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Ungarie, Dalmatie, Croatie &c Rex. Notum facimus tenore presentium Universis, Quod ad instantiam, crebberrimamque exhortationem et inducionem studiosam Reverendissimi in Christo patris Dni Brande titulo Sancti Clementis presbiteri Cardinalis Placentini nuncupati vulgariter Apostolice Sedis Legati Amici nostri carissimi; Illustris Bertoldi de Ursinis Comitis Palatini et Suane Sanctissimi in Christo Patris, et Dni Dni Johannis Pape XXIIJ Consiliarii et Ambaxiatoris; ac Nobilis Viri Philippi Johannis delbene de Florentia Nuntij ejusdem Dni Pape, de mandato, et beneplacito Sanctitatis sue, amore desiderate pacis accensorum, ac hilariter, ferventerque laborantium pro generali bono Christianitatis, ac publice rei commodo, et incremento felici, guerrarum dissidia, et jurgiorum fomites extinguere cupientes, et suffocare, de et super omnibus, et singulis dissensionibus, dispendijs, displacentijs, et guerrarum materijs, ac earum occasione inter nos ab una, et Illustrem Principem Michaelem Steno Ducem, ac Dominium et Commune Venetiarum parte ex altera, subortis, et temptatis hinc inde mutuo, et vicissim ex adverso factis, et perpetratis cum eisdem Duce, Dominio et Communi

tam occasione Imperij, quam Regni et Corone Ungarie ac tantummodo per medium Nobilium Virorum Thome Motzenigo Procuratoris Ecclesie Sancti Marci, et Antonij Contareno Ambasciatorum dicti Ducis, et Communis Veneciarum pleno mandato fulcitorum Treugas pacis, seu sufferentias fecimus, inivimus, et firmavimus, ac facimus, inimus, et sub verbo nostro Regio firmamus per presentes sub infrascriptis modis, capitulis, atque formis. Primo quod huiusmodi Treugue fideliter, firmiter, et inviolabiliter ab utraque parte servari, et teneri debeant per annos quinque a data presentium continue sequentes. Item quod quelibet partium omne id et totum, quod tenet, et possidet ad presens per jam dictos quinque annos teneat, et possideat in quibuscunque ... et locis. Item quod hujusmodi tempus quinque annorum quelibet partium predictarum, se abstineat, et cessit, ac cessare, et abstinere debeat ab offensis, et quod quilibet earumdem partium subditus cum Mercancijs, et rebus suis transire, stare, redire, mercari, et conversari possit, et valeat secure hinc inde per omnes terras, castra, loca, villas, passus, pontes, aquas, et territoria dictarum partium, et cujuslibet earum, sicut ab antiquo faciebant, vel facere poterant quovis modo. Item quod in predictis Treugis, et sufferentijs, tantummodo, ut suprascriptum est, ex parte nostra intelligantur et includantur Reverendissimus Ladovicus electus Patriarcha et Ecclesie Aquilegen. ac tota Patria Fori-julij, Magnifici Henricus, et Johannes Meynardus Comites Goritie, et Tyrolis, Federicus Comes de Ortemburch, Johannes Franciscus nostri et Imperij sacri Mantue Vica-

rius Generalis, et Nobilis Rempertus de Waldsee. Ex parte vero prefati Ducis, Dominij et Communis Venetiarum intelligantur, et includantur Magnifici Nicolaus Marchio Estensis, Carolus, Pandulfus, et Malatesta fratres de Malatestis, Opizo de Polenta Ravene, ac Tristanus de Savorgnano et frater; Articus et Guidus Comites de Porcileis, Rhinella, Blasius, Rolandus, Manfredus et Antonius Comites de Collalto, Jacobus de Castronovo de Caldinacio, Vinciguerra et Antonius fratres de Arco; Antonius et Castranus fratres de Castronovo et de quano; Andrietus et Guilelmus fratres de Castrobarco de ligana, Otto de Castrobarco; Marchabrunus et Antonius fratres de gresta; Marchabrunus de Castrobarco de Besono, et Guilelmus de Castrobarco Vallis lagurine. Item quod neutra pars, nec quisquam eorum supra contentorum possit prebere auxilium vel favorem alteri cuicumque ex alia quacumque causa inquietudinem, turbationem, aut molestiam inferenti alteri parti, vel cuiquam eorum dicto tempore perdurante. Item ut a tempore dictarum Treugarum, et sufferentiarum deveniri possit ad pacem bonam, et perpetuis temporibus duraturam dicte partes assumunt et elligunt in amicabilem compositorem omnium differentiarum existentium inter partes predictas prefatum Dnum Johannem supremum Pontificem, qui tamen non possit nisi de voluntate partium amicabiliter finalem concordiam facere. Item quod nos cum exercitibus nostris libere transire possimus per quecumque territoria, pontes, passus et aquam, quas tenet Commune Venetiarum, et etiam intrare personaliter

Civitates, Opida et Castra cum honesta et decenti comitiva si voluerimus, in quibus tamen nos quam nostri debeamus honorabiliter tractari et recipi prout decet; sic tamen quod nostri Exercituantes amicabiliter transeant, nec ulterius damna inferant, quam fuerit consuetum per ipsos exercituantes transeuntes per territoria amicorum. Et quod per dictum Commune Venetiarum provideatur de victualibus pro nostris pecuniis, et pretio competenti, sic tamen quod teneamur notificare adventum nostrum dicto Dominio Venetiarum per unum mensem ante ut possit de rebus necessariis providere. Item si aliquis ex superius nominatis alterius partis inferret guerram, vel molestiam alicui partis alterius, non per hoc intelligatur rupta treuga, sed moventi guerram, vel molestiam ut supra non possit pars sua prebere auxilium vel favorem. Declarato et attento quod si prefatus Tristanus contra presentem treugam aliquid committeret seu faceret, aut alicui ex suprascriptis inclusis molestiam seu guerram inferret directe vel indirecte, publice vel occulte, quod ex tunc eo ipso extra presentem treugam positus existat penitus, et exclusus. Et quod predictum Commune Venetiarum contra eum tanquam proprium ipsorum Civem, et ipsi rebellem procedere teneatur presentium sub nostre Majestatis sigilli testimonio litterarum. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo XIIJ. XVIJ ~~Indictione~~ die Aprilis regnorum nostrorum anno Ungarie et vigesimoseptimo, Romanorum vero tertio.

Datum in Desercitu nostro Campestri in Patria Fori Julij apud Castelletum. —

/ Tregua fra Sigismondo e Veneziani /

1413. 30. Maij
Decreta Utinensium
super uenditione bonorum
[illegible] de Sauorgnano.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo tertiodecimo, indictione sexta, die martis [illegible] mensis maii [illegible] in plene consilio [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] ... Philippus [illegible] ... [illegible] Johannes [illegible] ... [illegible]

[illegible]

Super vendicione factis de bonis [illegible]

Super proposito [illegible] super facto [illegible] [illegible] de Savorgnano [illegible] [illegible] [illegible] Johannem [illegible] cancellarium [illegible] possit [illegible] de bonis [illegible] [illegible] et per totum [illegible] consilium [illegible] intellecto [illegible] deliberatum fuit [illegible] de Villalta [illegible] debeant

fieri justa cum omni plenitudine cum consilio sapientis cum omnibus
juribus suis et pertinentiis cum et comparandum ipsi testamento ac firma
fores dicti bona habentur et possidebunt excepta jurisdictione in cri
minalibus que semper debeat remanere in dispositione nostre comunitatis [illegible]
Et ex cum qui remanent fieri ipsi emptores [illegible] ut [illegible] [illegible]
Comunis [illegible] non [illegible] nec debeat fieri aliquod justum [illegible]
nisi si obligare [illegible] manutenendi bona eis vendita et ita cum quo
non vellet consentire jurisdictionem [illegible] melius tamen permaneat in dispo
sitione [illegible] comunitatis [illegible]

Petitio [illegible] Johannis Antonii Bertolini) Item fuit dic in dicto consilio [illegible] Johannis Antonii Bertolini emptor
[illegible] villarum [illegible] [illegible] que fuerunt [illegible] de [illegible] [illegible]
[illegible] fuit [illegible] nulla deliberatio facta vel firmata per dictum consilium
non cedit in [illegible] preiudicium [illegible] jurisdictionis dictorum bonorum
[illegible] villarum per eum empt. etc.

Consilium [illegible]) [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] Nicolai [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] consilio [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
nobiles ac [illegible] prudentes viri [illegible] Andreas de [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] Nicolinus [illegible] [illegible] Antonius de [illegible] [illegible] Bertramus de [illegible]
[illegible] [illegible] Petrus Bartolomei [illegible] Ambrosius [illegible] [illegible] Petrus [illegible]
de [illegible] [illegible] Antonius de Valentinis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] Bartolomei [illegible] [illegible] de
[illegible] [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] Johannes [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible]
[illegible] Jacobus [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible]
[illegible] [illegible] Nicolinus [illegible] [illegible] Antonius [illegible] [illegible] Johannes Antonius Ber-
tulini [illegible] [illegible] notarius [illegible] [illegible] [illegible] notarius [illegible] Thomas
[illegible] [illegible] Jacobus notarius [illegible] [illegible] Johannes de Vellis [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] Petrus [illegible] [illegible] [illegible] Petrus
[illegible] [illegible] Philippinus [illegible] [illegible] Jacobus Josephus notarius [illegible] Johannes [illegible] [illegible]
[illegible] de Vellis [illegible] Nicolinus notarius [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] Ambrosius [illegible] Nicolinus [illegible] [illegible] [illegible] Paulus
de [illegible] Antonius [illegible] [illegible] Jacobus [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible]
Nicolinus [illegible] Nicolinus [illegible] [illegible] Andreas [illegible] Petrus [illegible] [illegible] [illegible]
notarius [illegible] [illegible] Nicolinus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Comitis Vin de Johannis de [illegible] Cancellarius de Comitibus de Vellis
communis [illegible] comitatus [illegible]

Venditio facta per spectabilem comitem de Johannem Antonio Bartolini
de infrascriptis villis et bonis in eisdem existentibus que fuerunt
Tristani de [illegible] cum mero mixto iurisdictione et omnibus
suis finibus et pertinentiis Et qualiter tam et sicut eas possidebat
dictus T. Et primo de villa Caples item de villa [illegible]
item de villa Basilabette item de villa [illegible] de [illegible]
[illegible]. Et hoc pro precio ducatorum [illegible]
nonem. Quod precium spectabilis comes confessus fuit se ha-
buisse et conversum fuisse in utilitatem Bonorum pluendo
[illegible] Et promisit manutenere spectabilis comes
obligando bona comitatus. Nisi tamen dicti fuerunt [illegible]
[illegible]. Fuit ad plenum cum [illegible] et in consilio [illegible]

Ita dicte die in dicto consilio

Ubi diffusius notatur et publicatur per dicto Johannem Antonio

ex defectu ipsius Judei vel suorum
non sibi daretur dictum pignus
seu pignora, et talis volens luere
vel depignorare dictum pignus

seu pignora deponeret denarios qui-
bus ipsum pignus seu pignora
pignoravit cum usura seu profi-
cuo curso pro ipso seu ipsis pi-
gnoribus apud camerarium comu-
nis Tenponi tunc pro tempore
existentem, quod tunc ipsa die
qua deponet ut supra intelli-
gantur ipsum pignus seu pigno-
ra fore depignorata, et sibi de
ipsis non debeat currere usura.
Item siquis tam vicinus quam fo-
rensis velet convenire vel facere
convenire ~~[illegible]~~ supradictum Bene
dictum Judeum aut aliquem de
sua familia volens petere vel
dicere aliquid contra ipsum Ju-
deum teneatur et debeat ipsum
convenire in consilio ~~[illegible]~~ co-
ram consiliarijs dicte terre Ten
poni, neque possit neque debeat
aliquis ipsum Judeum vel aliquem
de sua familia convenire neque
compellere in judicio dicte terre
Et siquis velet procedere contra

dictum Judeum vel aliquem de
sua familia in judicio dicte terre
vel alibi, quod in consilio dicte
terre, illud non debeat ipsi Judeo
preiudicare, ita et taliter quod ipse
Judeus et omnes de familia sua
teneantur in consilio dicte terre re-
spondere, et ratum habere quic-
quid in consilio fuerit determina-
tum. Et consiliarii dare sibi de-
beant expedicionem salvo quod
in diebus Sabatorum et in alijs
suis solemnitatibus et diebus fe-
stivis nemini teneantur respon-
dere in consilio nec extra consi-
lium; nec debeant ad hoc com-
pelli diebus predictis. Si vero ali-
quis procederet contra ipsos in
consilio vel extra consilium die-
bus predictis, illud non debeat
eis preiudicare

Item quod predictus Judeus possit facere
uti mercari et contrahere in terra Ven-
toni et extra quascumque mercaciones
sicut faciunt alij et habitatores ipsius

terre Venzoni solvendo dacium consuetum, sicut solvere tenentur alij vicini dicte terre.

Item quod ipse Benedictus possit vendere ad minutum suum panem et suum vinum et carnes ad pastum et extra pastum forensibus judeis capitantibus et applicantibus in terra Venzoni, et quod propter hoc non teneatur solvere aliquod dacium nec hospicij nec vini. Ita tamen quod si ad ingrossum venderet panem bladum vel vinum aut carnes ad ingrossum quod tunc teneatur solvere dacium consuetum prout alij vicini.

Item quod ipse Benedictus teneatur dare annuatim habentibus ~~[illegible]~~ tibizinas a communi pro celebrando festum carnis privij in Venzono marcham unam soldorum de moneta usuali in Venzono

Item quod ipse judeus a quibuscumque alijs angarijs imposicionibus factionibus et fugitibus que imponi exigi et fieri solent per vicinos et habitatores

dicte terre tam tempore guerre quam tempore pacis sit totaliter liber et exemptus.

Item quod tempore festivitatum ipsius judei ipse judeus possit ire et stare extra terram Venzoni per quatuor vel per quinque septimanas. Et si defectu aliquo vel aliqua legittima causa ipse judeus continuam residentiam facere non posset in Venzono durante suo termino quod tunc loco sui substituere et dimittere debeat unum alium quem voluerit, idoneum tamen, qui attendere et adimplere possit et debeat pacta omnia suprascripta et infrascripta sicut ipsemet Benedictus facere tenetur et debet.

Item siquis ipsum judeum aut aliquem de sua familia offenderet, puniatur talis offensa secundum statuta et consuetudines dicte terre. Et similiter si ipse judeus vel aliquis de sua familia offenderet aliquem vicinum vel forensem, illa tantummodo

qui offenderit puniatur, et non alij
puniantur sicut alij de Verona, ita
et taliter quod siquis ofenderet vel
iniuriaretur ipsi judeo vel alicui de
sua familia, et de ipsa ofensa vel
iniuria probari non ~~possit~~ posset per alios
quam per illos de sua familia cre-
datur eis sub eorum sacramento, eis
deferendo secundum modum judai-
cum. Et si per neminem probari pos-
set de ipsa iniuria, quod stetur sacra-
mento suo, de eo quod aliquis fuerit
eis iniuriatus ipsis jurantibus per mo-
dum supradictum, et secundum ofen-
sam delinquens puniatur
Item si aliquis propter aliquod festum
vel pro aliqua sua indigentia rogaret
predictum judeum vel aliquem de
sua familia, quod sibi accomodaret
sua pignora que ipse judeus habe-
ret ab eodem in pignore, et predictus
judeus sponte vellet sibi ipsa pigno-
ra accomodare, quod quicumque re-
ciperet sua pignora vel aliquod de
suis pignoribus ab eodem vel ab aliquo

de sua familia, ut predictum est, te-
neatur sibi restituere ipsa pignora ad
omnem requisicionem ipsius judei
et cuiuscumque de sua familia. Si
vero aliquis non velet restituere sibi
huiusmodi pignora ut predictum est,
quod tunc consilium debeat ipsum
personaliter sustinere, et compelere
eum ad restituendum sibi pignus
vel pignora supradicta

Item quod ante terminum supra-
scriptum trium annorum, et ipso ter-
mino trium annorum elapso quando-
cumque non placebit nobis vel suc-
cessoribus nostris habere ipsum Bene-
dictum judeum in nostrum vicinum
debemus ei notificare et sibi licen-
tiam dare. Et nichilominus postquam
per nos vel successores nostros fuerit
sibi notificatum, et fuerit sibi data
licentia recedendi, predictus judeus
et sui heredes, cum suis factoribus
et familiaribus stare possint et de-
beant in dicta terra Venzoni sex
mensibus a die licentie ei date com-

putandis, ad hoc ut ipse Judeus cum vicinis dicte terre et cum alijs et ipsi cum eo exequi et expedire valeant facta sua secundum continentiam pactorum suorum. Et similiter si et quandocumque ipse Judeus non vellet habitare in Venzono Teneatur nobis notificare et petere licentiam recedendi Et nichilominus postquam per eum fuerit nobis notificatum et petita fuerit per eum licentia recedendi, quod a die ipsius notificationis et licentie petite ipse judeus stare possit et debeat in Venzono cum tota sua familia sex mensibus causa expediendi et exequendi facta sua et aliorum ut dictum est supra. Et quod ad hoc fieri debeat una crida seu proclamatio publica per preconem super platea comunis dicte terre, significando quod quilibet exigat sua pignora infra sex menses, videlicet tam illa que fuerunt pignorata elapso anno, quam illa que

ipse tenuerit minus anno
Item quod postquam per nos fuerit sibi
data, vel per eum fuerit petita licencia
recedendi predictus judeus non teneatur
mutuare, sed possit sibi providere de
alia habitatione ubicumque voluerit
post spacium sex mensium predicto-
rum. Et similiter nos possumus no-
bis de alijs judeis providere si nobis
placuerit postquam fuerit per nos data
vel per eum petita licencia ut pre-
dictum est.
Item quod in recessu predicti judei
et sue familie de Venzono sibi pro-
videre debeamus de salvo et securo
conductu bona fide et sine fraude
usque ad Vilachum aut Goriciam
vel ad quemcumque portum pa-
trie Fori Julij voluerit, suis tamen
sumptibus et expensis. Et si ipse
judeus in fine termini ita celeriter
recedere non posset, nichilominus ipse
judeus cum familia sua et rebus
suis secure stare et habitare possit
et quo valeat in Venzone donec de

suo recessu cum familia et rebus
suis comoda procurabit
Item quod siquis judeus decederet
in Varpona non possit nec debeat
retardari nec retineri, sed permit-
tatur conduci quocumque voluerit
sine aliquo impedimento; sed si
tempore quemo decederet in Var-
pona aliquis judeus de familia ip-
sius Benedicti, ita quod extra ter-
ritorium Vampori conduci non pos-
set, tunc et eo casu teneamur si-
bi dare tantum territorij super
districtu nostro, quod dictus judeus
dicto casu sepeliri possit.
Item promittimus nutricibus et co-
matribus dicti judei, nec non mulie-
ribus servientibus antedicto in ope-
ribus eius tam in diebus festivis
quam non, aliqua molestia non
fiet nec obrobrium aliquod propter
hoc.-
Item quod antedicto judeo vel alicui
de sua familia non debeat inferri
aliqua molestia, nec aliqua iniuria

tam in dictis quam in factis, per to-
tum tempus in quo nobiscum erit
stare et habitare, et specialiter in
diebus venerum sanctorum et diebus
jovis sanctorum, dummodo dictis die-
bus dictus judeus vel aliquis de sua
familia non compareat extra domum,
nisi forte aliqua necessaria causa
mediante et maxime si eorum uxo-
res laborarent circa partum, et ne-
cessarie sibi forent comatres, vel
quod ad ipsum judeum dictis die-
bus applicarent alij judei forenses.
Item quod dictus judeus vel aliquis de fa-
milia sua super districtus terre Vantoni
non teneantur portare O nisi forte per
illustrissimum dominum nostrum fuerit
terminatum in contrarium, sed promit-
timus toto posse instare et curare
quod dicti judei non portabunt dictum
O nostris sumptibus et expensis dum-
modo id obtinere poterimus.
Item quod si et in quantum dictus
judeus mutuaret alicui super pignori-
bus ℔ vel pignora aliqua aliquam

quantitatem monete viennensium vel v
alterius cujuscumque generis et mane-
rei monete et interim dicta moneta de-
poneretur, quod dictus judeus non te-
neatur recipere dictam monetam ab hijs
quibus concessa fuerit nisi pro tanto
quantum imposita fuerit

Item quod si stante termino supra-
scripto ipsius orietur guerra inter nos
et loca illa ubi fortasse dictus judeus
haberet aliquos bancos vel in futurum
haberet contingeret seu societatem nolu-
mus quod propter hoc reputetur rebel-
lis.

Item quod si et in quantum pestis inoli-
retur in aliquibus locis ubi dictus judeus
vel aliquis de sua familia esset cum
societate ipsorum possint et valeant se
reducere in terram Venzoni in domi-
bus ipsius stante tamen termino ip-
sius supradicto.

Prefatus namque Benedictus judeus
promisit nobis solemniter quod donec
nobiscumque stabit et habitabit, erit
bonus justus et fidelis vicinus, hono-

remque et statum ac utilitatem dicte
terre Venzoni suo posse bona fide
tractavit et procurabit, omni fraude
et dolo remotis, quemadmodum fa-
cere tenetur et debet quilibet bonus
et fidelis vicinus
Item promisit nobis Benedictus supra-
scriptus et per pactum se obligavit po-
nere ad banchum in Venzone causa
mutuandi seu impiestandi ibidem
florenos seu ducatos mille auri ad mi-
nus, et nihil plus nisi de ipsius iu-
dei processerit voluntate
Item si pro communi ~~[illegible]~~ utilita-
te pecunijs indigebimus, quod pre-
dictus iudeus teneatur mutuare no-
bis octuaginta ducatos auri per unum
annum sine aliqua usura a nobis
percipienda, facta sibi prius per nos
securitate per nostras literas de ipsis
pecunijs sibi restituendis in fine an-
ni. Si vero non restitueremus eidem
iudeo predictos octuaginta ducatos
auri in fine anni, quod ex tunc
teneamur sibi solvere usuram sicut

alij vicini nostri per tantum tempus quantum retinebimus ipsos octuagin-ta ducatos ultra annum. Cum hoc quod quandocumque sibi restituremus ipsos octuaginta ducatos, ipse judeus non teneatur mutuare nobis de novo ipsos octuaginta ducatos sine usura per spacium sex mensium a die re-stitutionis sibi facte computandorum. Quo spacio videlicet predictorum sex mensium elapso, si indigebimus pecu-nijs pro comuni utilitate ut dictum est supra, quod ipse judeus teneatur mutuare nobis de novo octuaginta ducatos auri sine usura secundum formam superius declaratam.

Item quod predictus Benedictus judeus teneatur et debeat imprestare vicinis et habitatoribus dicte terre Venzoni unam marcham soldorum de moneta vienense vel de bona moneta prout persone indigentes re-quirent pro novem parvulis pro sin-gula septimana et similiter supra unam marcham pro rata et ~~ss ixxx~~ etiam infra

unam marcham pro rata usque ad
mediam marcham: a media vero
marcha infra habeat predictus ju-
deus parvulos duos pro libra pro sin-
gula septimana, intelligendo tamen
semper quod pro usura et proficuo, re-
cipere debeat monetam viennensem
et usualem in tempore sed pro capi-
tali prout mutuabit, salvo quod si
mutarentur viennenses sive viennensis
moneta, et interim deponerentur quod
teneatur recipere prout posita fuerit
ut supra dictum est. Forensibus autem
sicut cum eis melius poterit convenire.
Et debeat sibi credi de pactis que
cum forensibus faceret, tam super de-
narijs et pecunijs quas mutuabit eis
super pignoribus vel sine pignoribus
quantum super usura et proficuo ipso-
rum denariorum quomodocumque et
qualitercumque.

Item quod predictus judeus teneatur
servare et retinere ad minus per unum
annum integrum pignora sibi pignora-
ta, nec possit facere et vendere ante

annum completum a die quo ipsa
pignora fuerint pignorata, preter
quam in sui recessu de Vezono; qui
tunc possit et debeat facere vendere
tam pignora que habuerit elapso an-
no quam illa que habuerit non
elapso anno per modum infrascrip-
tum, videlicet si et quandocumque
predictus judeus voluerit ulterius ser-
vare pignora et res ei pignoratas
elapso anno antequam fuerit ei da-
ta, vel per eum fuerit accepta li-
cencia recedendi. Et etiam voluerit
ulterius servare pignora et res sibi
pignoratas infra annum et tenuerit
eas minus anno postquam fuerit si-
bi data vel per eum petita licencia
recedendi ut predictum est, possit et
debeat facere proferre dictas res et
pignora illi vel illis qui ipsas res
et pignora pignoraverint. Et suo ar-
bitrio per preconem comunis dicte
terre cum una cetula scripta ma-
nu alicujus fidelis notarij et cancel-
larij comunitatis nostri Vezoni, sine

sententia et sine strepitu judicij, fa-
ciendo scribere in ipsa cetula pignora
que ipse voluerit facere vendere et
pecunias super ipsis pignoribus mutua-
tas. Et debeant facere dare seu pre-
sentare ipsam cetulam illi vel illis
qui ipsas res pignoraverint, vel quo-
rum nomine fuerint pignorate se-
cundum ordinem infrascriptum, vi-
delicet civibus et habitatoribus dicte
terre, ipsis personaliter inventis. Fo-
rensibus autem et compatriotis et in
patria Fori Julij existentibus, perso-
naliter vel ad domum habitacio-
nis ipsorum per preconem commu-
nis vel per unum nuncium jura-
tum cum una cetula ut predictum
est. Alijs vero forensibus existenti-
bus extra patriam supradictam ad
domum sui soliti hospicij in Venzono
vel per cridam et proclamacionem
publice fiendam super plateas co-
munis significando quod exigant
dicta pignora infra spacium octo
vel quindecim dierum, secundum

locorum distanciam et secundum con-
dicionem rerum prout ipsi judici
videbitur. Et si ipsa pignora non
exigerint infra terminum sibi assi-
gnatum, quod ipsa judices suo pro-
prio arbitrio et sine aliqua senten-
tia et sine aliquibus superstanti-
bus deputatis vel deputandis fa-
ciat incantare et vendere ad in-
cantum per preconem super platea
comunis ipsa pignora tam vicino-
rum quam forensium. Pignora
vicinorum et habitatorum terre
Varoni qui fuerint pignorata in-
fra tres marchas soldorum possit
vendere facere et deliorare ~~[illegible]~~
ut supra, videlicet secundum quod
fuerint pignorata. A tribus marchis
vero soldorum supra vendere facere
et delivrari ~~[illegible]~~ teneatur et debeat de
uno in unum videlicet quodlibet
capud per se et separatim. Pignora
vero forensium possit facere vendere
et delivrari tam a tribus marchis
soldorum infra, quam de dictis

tribus marchis soldorum supra se-
cundum quod ei fuerint pignorata
videlicet insimul. Et ulterius quod
pignora forensium ab uno ducento in-
fra non teneatur facere vendere et
delivrari, sed transacto anno die pi-
gnoracionis sint liberaliter ipsius
judei. Cum hoc quod tempore dicte
pignoracionis dictus judeus hoc ma-
nifestare teneatur forensibus. Et si
propter hoc orietur aliqua questio
inter ipsum judeum et ipsos forenses
pignorantes, tunc debet stari sacra-
mento dicti judei, modo judaico
ei delato et ab ipso prestito ut supra,
quod tempore dicte pignoracionis
eis notificaverit, quod si non luerent
dicta pignora, quod transacto anno
dicta pignora sint amissa absque
vendicione et delivracione ipsorum.
Et hoc facere debeat dictus judeus
in aliquo die dominico in ipsa ce-
dula assignanda. Et teneatur pre-
dictus judeus facere scribere rela-
cionem preconis de vendicione

pignorum predictorum sacramento
sui officii declarando quomodo
qualiter cui quando et quanto
ipse preco vendiderit dicta pignora.
Cum hoc quod ipse judeus emere possit
sicut alij de Verzono pignora que ipse
met facit vendere ut predictum est
Item quod dictus judeus ab uno du-
cato infra de pignoribus vicinorum
possit facere vendere sine cedula, ad-
monitis tamen illis qui sibi dicta pi-
gnora pignoraverint, vel quorum
nomine fuerint pignorata. Et cum
hoc quod quicunque dicta pigno-
ra emerit, teneatur ea dimittere
in manibus ipsius judei per spa-
cium quindecim dierum ad con-
servacionem illorum quorum sunt
dicta pignora seu illorum qui dicta
pignoraverint, vel quorum nomine fue-
rint pignorata, immediate dictam
deliberacionem sequencium, ad hoc
ut si ille vel illi quorum fuerint
pignora vel quorum nomine fue-
rint pignorata ipsa luere velent. Et

similiter de pignoribus emptis per ipsum judeum, servare teneatur per spacium quindecim dierum ut supra dictum est. Et ipsis luere volentibus in spacio dictorum quindecim dierum dare teneatur et debeat

Item si aliquis dicta pignora vel pignus aliquod emerit ut supra dictum est, teneatur et debeat transactis dictis quindecim diebus [illegible] dictorum pignorum sive pignoris dare dicto judeo dummodo interim dicta pignora non sint excussa per suum pignorantem vel per eum cujus nomine pignorata fuerint. Sed si transactis dictis diebus quindecim, ille talis emptor seu emptores non reciperent dicta pignora sive pignus a dicto judeo ut supra scriptum est, et [illegible] judeus conqueratur super tali emptore seu emptoribus, domino camerario dicte terre, tunc et eo casu dictus emptor seu emptores, si dicta

pignora sive precium ipsorum a-
scendant ultra quatuor marchas
soldorum perdant in comuni fra
sacenses centum et quatuor. Et
si infra quatuor marchas ascende
tur perdant in comuni solumodo
frasacenses sexaginta quatuor. Et
nichilominus dicta pignora sive
pignus recipere teneantur. Et po-
stea in primo consilio sequenti dictus
judeus audiatur contra ~~talis~~ tales
et subito expediatur, nisi forte
fuerint ~~de~~ facta communitatis et
ecclesiarum primo expedienda.
Item si aliquis intromittetur seu
incontendetur aliquod pignus sive
pignora, dum incantarentur, ipse
judeus subito ad primum consi-
lium audiatur et expediatur contra
tales, salvo nisi forent facta co
munitatis ut supra. Et si tales
intromittentes legiptime intromi-
serunt bene quidem. Si autem
secus a quatuor marchis supra
et a quatuor infra perdat ut supra.

Et nulla intromissio deinceps valida sit, quam tales faceret plus super dictis pignoribus, sed dictus judeus dicta pignora possit ven-
di facere et deliverare post pri-
mam cridam et non teneatur facere aliam cridam super hijs.
Item quod tempore feriarum nativi-
tatis resurrectionisque eius et feriarum sancti Michaelis sive vindemiarum, dictus judeus non possit vendi fa-
cere aliqua pignora.
Item quod tempore guerre et pesti-
lencie dictus judeus, si pignora ste-
terint apud ipsum per decem men-
ses antequam guerra inceperit et pestilencia, ea possit vendi facere et deliverare post annum transactum.
Sed si dicta guerra et pestilencia inceperit ante dictos decem men-
ses, quod tunc dictus judeus ser-
vare teneatur dicta pignora post annum per sex menses et transactis dictis mensibus sex dicta pignora sive pignus possit vendi facere

pro suo libito voluntatis dummodo ipsa pignora sint sufficientia pro capitali et usura.

Si vero dicta pignora venderentur majori precio quam habere debeat, predictus judeus pro capitali usura et expensis factis pro ipsis pignoribus venditis ut predictum est, illud plus restitui debeat illi vel illis quorum fuerint dicta pignora, vel eorum heredibus si fuerint vicini et poterint inveniri. Si vero essent forenses aut inveniri non possent, tunc illud residuum dari debeat in manibus camerarii dicte comunitatis, conservandum illi vel illis, quibus de jure pervenire debetur, et hoc facto predictus judeus sit de hoc liberus et absolutus.

Item fuit adiunctum quod si et in quantum aliquis vicinus et habitator ipsius terre Venzoni pignoraret pignora aliquorum forensium dicto judeo occulte et frau

dulenter, tales pignorantes, dummo-
do hoc manifeste sciatur, cadant
in penam librarum vigintiquin-
que soldorum nostro comuni
applicandarum; et nichilominus
nus solvantur usura pro dictis pi-
gnoribus prout forenses solvere
tenentur.
Que omnia et singula promisit
nobis supradictus Benedictus iu-
deus, et nos eidem ad invicem
solemniter se obligando firma et
rata habere tenere observare et fir-
miter adimplere, et non contrafa-
cere dicere vel venire sub bonorum
suorum et dicte comunitatis no-
stre ypotecha et obligacione, re-
nunciantibus omnibus iuribus con-
stitucionibus consuetudinibus et
statutis in contrarium facientibus.
In quorum omnium testimonium
presens privilegium scribi iussi-
mus et comunitatis nostre si-
gilli appensione muniri et ro-
borari.

Datum Venzoni die XXVIII men-
sis augusti anno nativitatis do-
mini millesimo CCCCXLIIII
Indictione VII.

(Dal protocollo del notaio di Venzo-
ne Nicolò de Paculinis quondam
ser Simone - Bibl. Civ. Udine)

Exemplum Pactorum inter Illustrissimum Ducale Dominium Venetiarum, et Reverendissimum Dnum Patriarcham Aquilejensem initorum de Anno 1445

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis ejusdem Millesimo quadingentesimo quadragesimo quinto, Indictione octava, Mensis Junij die decimo octavo. Pateat omnibus hoc publicum Instrumentum inspecturis Quod cum hoc sit quod Reverendissimus in Christo Pater et Dnus Ludovicus miseratione divina tituli Sancti Laurentij in Damaso presbiter Cardinalis et Patriarcha Aquilegensis, ac Sanctissimi Dni Dni nostri Pape Camerarius olim tam per literas proprias, quam per nonnullos Nuntios, et Legatos suos, ac etiam personaliter hic existens Legatus de latere Sancte Sedis Apostolice, et predicti Sanctissimi Dni nostri pluries requisiverit, et novissime per Reverendum in Christo Patrem Dnum Johannem de Reate ejusdem Sedis Prothonotarium, et ipsius Dni Patriarche Procuratorem, Sindicum, et Nuntium specialem, ut de ejus mandato patentibus literis dicti Reverendissimi Dni Cardinalis, et Patriarche cum suo magno sigillo sigillatis, datis Rome apud Sanctum Laurentium in Damaso Anno Domini 1445. Indictione octava Mensis Martij die septima, a nobis Notarijs infrascriptis visis, et lectis plene constat, instantissime requirat Illustrissimum Ducale Dominium Venetiarum, ut ipsi Reverendissimo Dno Cardinali, et Patriarche, tamquam Patriarcha Aquilegensis, ac pro suo Patriarchatu, det, restituat, et assignet Civitates, Terras, Oppida, Castra, Bona, et Loca, que ipsum Illustrissimum Ducale Dominium jamdiu tenuit, et hodie tenet, et possidet de bonis dicti Patriarchatus. Et ex adverso pro parte ipsius Illustrissimi Dominij diceretur, ac dicatur quod illas, et illa non tenentur restituere cum per ipsum juste et legitime aquisita sint: Nam cum injuste per Invictissimum tunc Romanorum Regem fuisset indictum bellum ipsi Illustrissimo Dominio cum favore, et auxilio Patriarche Aquilegensis, et totius Ecclesie et Patrie Aquilegensis equum et justum fuit ipsi Dominio bona per ipsum injuste invadentium sua propria facere et aquirere tamquam propria tenere, et

3 infra quem per ipsum dnum Rizardum satisfieri debeat de predictis. Item quod si qua pacta, seu conventiones facte fuissent inter ipsum dnum Comitem, et Commune Tervisij ex una parte et dnum Guezellonem Patrem ipsius dni Rizardi ex alia sive inter, vel ab ipsis partibus, pro quibus attendendis hinc inde, pene alique promisse fuissent per predictas partes, seu per aliquam personam ipsorum nomine, et per alteram partem dicti contract aliquam pena incidisse, ex quo diceretur de jure partem de iure, vel de facto penas aliquales incidisse, pene tales hujusmodi ab invicem ipsas penas per alteram partem peti posse, pene tales hujusmodi ab invicem remittantur, et pro remissis habeantur. Item quod dictus dnus Comes habita renuntiatione dni Guezellonis debeat investire dictum dnum Rizardum de omnibus feudis, et rationibus feudorum, de quibus predecessores dicti dni Rizardi investiti fuerunt a dicto dno Comite, et a predecessoribus suis, et secundum quod dicti dni Guezello et Rizardus nunc habent, tenent, et possident. Item quod salvum sit, et reservatum eidem dno Rizardo omne jus.

4 suo pene protegent, et defendent. Item quod rogetur a predictis partibus dnus Patriarcha Aquilegensis, quod ei placeat cum predictis dnis Comite, et Rizardo convenire in aliquo certo loco ad majorem cautelam, et solemnitatem negotij. Idem dnus Patriarcha, sibi si placuerit, pro utraque fidejubeat de observandis, et adimplendis omnibus supradictis. Quod ipse faciat ipse dnus Patriarcha sive non, predicta omnia, et singula nichilominus in plena, et efficaci permaneant roboris firmitate. Que omnia, et singula suprascripta predictus dnus Comes omni modo, iure, et forma, quibus melius potest, et predicti sindici, et procuratores et mandatum habentes insimul in omnibus nominibus quibus supra . . . et attendere, et observare inviolabiliter et perpetuo promiserunt sub pena . . . nullum Marcharum argenti stipulatione, omni contra exceptione iuris vel facti . . . Et pena commissa que pene totiens committatur, quotiens fuerit contrafactum : Et pena commissa vel non, soluta vel non omnia et singula predicta in sua semper permaneant firmitate. Renuntiantes partes predicte in omnibus, et singulis supradictis exceptioni doli mali, et in factum, impressionis metus simulationis et deceptionis, et omni juri alij per quod in aliquo venire possent contra predicta

contra dnum Comitem, et Commune Tervisij predictos, vel subditos eorumdem, et quod per consequens dnus Comes et Commune Tervisij, et omnes eorum districtuales, et subditi hoc eidem dno Rizardo, et suis servare similiter, et facere teneantur. Item quod omnia Castra, et omnes terre possessiones et Iurisdictiones patrimonij ipsius dni Rizardi, que, et quas habet, vel de jure habere debet in suis Comitatibus, seu consueverunt habere progenitores, et majores ipsius, et ipse videtur habere ubique solummodo, et efficaciter eximantur, et liberentur, et exempta perpetuo et libera esse intelligantur, et sint per ipsum dnum Comitem et Commune Tervisij ab omni jurisdictione . . . . . . subjectione, et dominio quorumque, quem, vel quod habuerunt, habent, vel habere possent ipsi dnus Comes, et Commune Tervisij tam de jure, et de consuetudine, et de facto in ipsis Terris, Castris, possessionibus et jurisdictionibus ipsius dni Rizardi in ipsis suis Comitatibus, seu aliquibus eorumdem de quibus omnibus fiant solemnia instra

Idem
quam aliunde ad ipsum locum pertinentibus, seu ipsi dno Rizardo. Item dnus Rizardus habeat teneat, et possideat libere, et integraliter secundum quod q.m dnus Rizardus suus . . . patruus habebat tenebat, et possidebat in vita sua. Item quod ipse dnus Rizardus libere, et quiete habeat, et possideat omnes domos Mansos et possessiones suas sitas in Civitate Tervisij, et districtu spectantes eidem dno Rizardo occasione sui patrimonij: et similiter omnes persone subjecte jurisdictioni ipsius dni Rizardi, et Episcopatuum Feltri, et Belluni habentes Mansos et possessiones in ipsa Civitate Tervisij, et districtu ipsas habeant, et teneant libere, et quiete, et hoc sine prejudicio juris alieni, et idem fiat, et servetur hominibus, et personis de Tervisio, et ejus districtu, et subditis prefati dni Comitis Gorizie in terris, et districtibus prefati dni Comitis Rizardi, et Episcopatuum Feltri, et Belluni. Item quod generaliter omnes amici, et chorotjatores servitores, et sequaces ipsius dni Rizardi, et domus ejus, ac propinqui, et affines, et specialiter dnus Monflorius de Coderta, Rizardus de Opitergio, et Bestdeatus Notarius libere restituantur ad gratiam dicti dni Comitis, et Communis Tervisij, et si qui ex eis banniti essent

Monumentum Acephalum ob defectum paginarum in codice

Patti tra la Ser.ma Sig.ria di Venetia et l'Ill.mo et R.mo Patriarca d'Aquileia.

1445. 18. Junij

In Christi noie Amen Anno Nat.s eiusdem 1445 In dict. octaua Mensis Iunij die 18 Pateat oib. et singulis hoc publicum instrum. inspecturis, quod cum hoc sit, qd R.mus In Christo Pater D.D. Ludouicus misera tione Diuina tt. S.ti Laurentij in Damaso Presbyter Cardinalis et Patha Aquilerensis, ac d.mi D.N.P.P. Camerarius olim tam p litteras proprias quam p nonnullos nuncios, et legatos suos, ac et psonaliter hic existens legatus de latere .. sedis Apostolice, ac prefati S.mi D.N pluries requisiuerit, et nouiss. p R.dum in Christo Patrem D. Joannem de Dente eius sedis protonotarium, ac ipsius Dni Patha Procuratorem sindicum, et Nuncium spelem, ut de eius mandato patentib. litteris d. R.mi Dni Carlis, et Patha cum suo magno sigillo sigillatis, et datis Rome apud S.m [illegible] Laurentium in Damaso Anno Dni 1445 Ind. 8 die 6 Mensis Martij à nobis notarijs infrascriptis visis, et lectis plene constat Instantissime requirat Ill.mu Duc. Dom. Venetiaz, ut ipsi R.mo Dno Carli, et Patha, tanquam Patha Aquileiens, ac pro suo Patriarchatu det, et restituat et assignet Ciuitates, terras, oppida, Castra, Loca, et bona, que ipse Ill.mus Duc. Dom. iam dudum tenuit, et hodie tenet, et possidet de bonis dicti Patha, ex aduerso pro parti ipsius Ill.mi D. diceretur, et dicat qd illas, et illa n tineat restituere, cum p ipsum iuste, et legitime acquisita sint, nam p inuictissime Rom.us Reges iniusti fuisset inuictum bellum ipsi Ill.mo Duc. Dom. cum fauore, et consilio Patha Aquileiens, et totius Ecclie, et Patha Aquileien. equum, et iustum fuit ipsi Dom. bona iniusti ipsorum inuadentium ma propria facere, et acquirere, et demum talia propria retinere, et si uellet ex benignitati propria restituire iustum esset prius satisfieri debere de damnis receptis, et interesse, et expensis oib. p ipsum Ill.mu Dom. legitime factis, et pactis tam in defendendo loca propria inuasa, et lacessita à q. Regi Rom. Rege, et q. Ludouico Patha, et Eccla Aq. et ab alijs suspradictis

iniusti, et indebiti, quod est in capiendo bona ante dicta pro necess.a defensione ipsius Ill.mi Dni, et nos. locorum. de manibus ipsiusque Ludovici Pathe, et aliorum. iniusti, et indebite dictum D. in terris, et locis propriis ingerentium. Nam prefatus Ludovicus q. Patha, et Duce Decii predicta bona benivole, et amice, ut vicinos, et finitimos decet, et tractans, nulla cum ad hoc iusta ratione cogente contra naturam, et civilis iustitie debitum, et contra honestatem, ac nostri Ecclesiastici accessitis, et admittis, non semel, sed pluries in diversis vicibus magnis, et potentissimis exercitibus prefati Regii, et Francorum Germanorum, ceterorumque omnium, qui Venetis nostri inimici, et infesti tunc erant, ne dum his adiutoribus, sed solus etiam Venetorum territoria, et eorum multos plerumque invasit, et invadentibus quibuscumque; vel invadere volentibus, vel quomodocumque offendere dictum Ill.mum Dom.; vel eius Civitates, oppida, loca, et subditos semper ad eundem consilium, auxilium, et favorem prestitit, et se cum illis adiunxit una cum omni patria Ecclesie supradicte. Quibus ex rebus plurima loca dicti D. capta incendiis, ruinis, predis, rapinisque exponta devastata fuere cum maxima nostrorum subditorum cedium, et mistorando membrorum mutilatione. Adeo quod temporibus illis nullus Venetorum locus Pathe foris Iulii finitimus satis tutus poterat iudicari, sed suspitionis, timoris, mestitie, ac cladis, tam publice, quam privatim omnia plena videbantur. Hec cum dura, et acerbiss.a ipsi Ill.mo Do. Venetorum magnopere essent, nec pro eorum dignitate, ac vetusta in subditos suos fide, et singulari benivolentia tollerari deberent, Romanum tunc Pontificem per litteras, et Oratores suos sepius requisivere, ut ipse prout iuris erat, dictum Patham a tot. temeritatibus, et assiduis austibus revocaret, et compesceret. Qui Dom.: Pontifex hac de causa misso Dno Cardinali, Hispano volentibus ei dictis Patha, et Ecclesia, et consuetudini obedire, tanti tamquam medendis ubi post hoc legitime, satisque opportune nunquam providit. Quas ob res cum nihil aliud eis relictum esset, nisi vim vi repelleri, et sua, et subditorum bona tuerentur, ac tantos, totque hostiles impetus, et frequentes et diuturnas iniurias iniuste illatas propulsarent cum exercitum contra dictum

Patha, et Pataaleo Patria, quae tirebant, et cum qua, et ex qua ipsi Ill.mo Dom: toties offenderat, parauerat. Quod factum est, ut fauente Deo, et iusta Patria ton[...] in eorum ditione [...] timore non contradicente R. Pont. deuenerit, et pluribus annis salubriter destinata gubernataque fuerit: Quae cum ita iuste, et legitime acquisita fuerint Ill.mi Dom. Venetorum satis clare intelligit nemini de iure per ipsum debere restitui. Si qua tamen in praedictis restituendis humanitate in Rev.dum D. Cartem Patham, aut eorum solita in Dom[...] devotione uti vellet nemo est, qui non intelligat ipsi Ill.mo Dom: saltim prius refici debere damna interesse, et expensas, quae summam ducatorum trecentorum millium excedunt. His et merito adiungi pot[est], quod ipsum Ill.mum D. Venetorum haec loca maximis sumptibus semper defensauit, et hodie defendit aduersus eos, qui contra S. Eccl.am Rom., et Beat.um D.D. Papam Eugenium Quartum aduersa altaria erexerunt, et sacrilegum schisma introduxerunt in Dei Eccl.a, et adhuc turpissime inducunt, et nutriunt. Nam praefatus Ludouicus Dux Decl. olim Patha aemulus Beati Eugenio sub nomine Brasilien. Concilij dicta territoria inuadere ausus est. Et olim quidam Epus Tridentinus Cardinalis, et Patha Aquileien. praetensus ex Nobiliss. Magonitum Ducata gente ortus praedicta bona quodam quaesito colore turris iuribus usurpare studuit, ad quod non parum conferebant, quae alias de Turcis, et litteris, et tractatibus undique allata fuerunt: parauerant enim multas [...] maximis conatibus, et copias per eorum consuetudinem [...] armorum genere, munitissimos, et validissimos exercitus contra Vngariam, et omnem Populum Christianum qui si praeualuisset (quod DEVS auertat) maximum nimirum periculum Patriae Aquilegiensis res ipsa attulisset, et ideo non iniusta quidem ratione dicta loca ipsum Ill.mum Dom: ut supra absoluti, et vacanti restituere [...] recusauit, ne eius subsidijs dictis locis destitutis non solum ipsi Ill.mo D. sed uniuersae Eccl.ae Sanctae Dei, et cuncti Pop.o Christiano damnum, et grauissimae iacturae illatae fuissent.

Ex adverso aut dictus D. Ioannes Protonot. Eis auditis, et intellectis no(stri)s quibus supra petibat dicta Patria sibi restitui devere, post multa tandem hinc inde examinata, discussa, et agitata pfatus D. Prot. Sindicus, et procurator supradi. Dni Carlis, et Pathe ex uno, et Spect. et generosi viri D. Marcus Foscari Procurator S. Marci, et Ludovicus Foscareni artium, et iuris utr. doct: honorandi huius Venetiarum mandatarij, Sindici, et procuratores Ill.mi Principis, et Excell.mi Dni Francisci Foscari Dei Gratia Ducis Venetiarum Dominij, et com. Venet., ut de eorum Sindicatu, et mandato plene constat instrum.o scripto, et publicato manu circumspecti viri S. Danielis de Thedaldinis publice imperialis not., et pfati Ill.mi Dnij secretarij diei 9. Mensis Junij a nobis notarijs infrascriptis viso, et lecto ex parte alt. volentes repugne, concorditer, et amice utriusque partis indemnitate consulere ad infrascriptam compositionem, concordiam transactionemque, et infrascripta capitula, conventiones, et pacta unanimiter devenerunt.

A. Nam p.o pred. Dni Marcus Foscari, et Ludovicus Foscareno no(min)e, quo supra acceptant, et fatimur ipsum R.mo D. Patrem Ag.m et Carlem in uni.m verum et indubitatum Patriam Ag.m prout hactenus habuerunt reductis o(mn)i alii pretendo Patria pristino, promittunque pred. Dni Sindici, et procuratores supo nomine quod Ill.m D. habebit pp.ad et inviolabilem amicitiam, benivolentiam et charitatem cum ipso Ill.mo D. Carlis, et Patria, eiusque, et statum suum in dicta Patria o(mn)i tempore o(mn)i casu, et o(mn)i modo, et contra quemcumque tuebitur, et manutenebit, et in o(mn)ibus, et pro ea sedulo aget, ut cum bene et bone sibi conv.o. Et e contra promittit idem Dns Prot.us nostri, ut s.a pfatis Dnis Sindicis, et procuratoribus Ill.mi D. Venetiarum pp.ad et inviolabilem amicitiam, benivolentiam, et charitatem cum ipso Ill.mo D., eiusque et statum suum in dicta Patria o(mn)i tempore, o(mn)i casu, o(mn)i modo, et contra quemcumque tueri, et manutenere.

A. Item promittunt Praedicti Sindici, et Procuratores nomine supradicto, quod totalis iurisdictio spiritualis et Ecclesiastica, et omnis superioritas, et administratio in spiritualibus dicti Patriarchatus et Patriae Aquileiensis sine diminutione aliqua sit, sicut hactenus semper fuit ipsius Domini Carlis Patriarchae, et ipsi verum, plenam, et totalem obedientiam in spiritualibus omnibus, et in administratione usu, et exercitio omnium spiritualium ex nunc exhibent, et assignant [Promittentes quod per totum dictum Patriam ab omnibus subditis dicti Illustrissimi Domini, dictum Dominum facient in spiritualibus ipsi Reverendissimo Domino Patriarchae et eius officialibus plenarie obedire, nec directe, vel indirecte dictam iurisdictionem, vel administrationem spiritualem impedire, quinimmo ipsum Reverendissimum D. Carlem, et Patriam in dicta iurisdictione spirituali tenebit, et defendet [Insuper ut dicta

B. Ecclesia Aquileiensis, et ipse Reverendissimus D. Carlis, et Patria bonis temporalibus dictae Patriae utatur, et gaudeat, ut advertentes Ducalis Dominationis ad expensas omnes maximas expensas per se factas, fiendas, damna, et interesse, quae pretendit, ut supra, et ad iura multa alia, quae habere dicta Illustrissima Ducalis Dominatio in dictis bonis, de quibus supra, sed volentes multa remittere [Supradicti Domini Sindici et Procuratores supradicti nomine cum eodem Domino Prothonotario nomine, ut supra [convenerunt, quod Civitas Aquileiensis et oppida Sancti Viti, et Sancti Dan. in ista patria consistentia cum omnibus eorum districtibus, et pertinentiis, territoriis, fructibus comoditatibus, et emolumentis et quibuscumque aliis iuribus eorum, et cum omnimoda iurisdictione, ac mero, et mixto imperio, ac omni temporali Dominio [exceptis feudis, et eorum collatione habeantur per ipsum Dominum Carlem, et Patriam, et quod de illis et in illis nullo

nota. modo Illustrissimus D. se impedire possit, sed totale Dominium administratio, gubernatio et omne imperium eorum libere remaneat dicto Reverendissimo D. Carli, et Patriae [et ex nunc praefati Domini Sindici, et Procuratores quo supra nomine dictam Civitatem, et oppida cum dictis eorum districtibus, territoriis, et iuribus, ut supra dictum est libere relaxant, et ipsorum vacuam, et liberam possessionem dimittunt, restituunt, et assignant dicto Domino Prothonotario dictis nominibus recipienti, dictoque Reverendissimo Carli, et Patriae, dictoque Domino Swetiae(?) dictis nominibus dant, et concedunt liberam potestatem, facultatem, auctoritatem realem possessionem apprehendendi dictam Civitatem, et oppida cum dictis eorum districtibus, territoriis, et pertinentiis, ut supra dictum est propria auctoritate sine aliqua licentia, vel

Marginal note (left, beside A): nota

Marginal note (left): Che tutta la giurisdizione spirituale della Patria sia del Patriarcato come è stato per il passato.

riquis d. Ill.mi Dni. Cum his tn condictionibus, et pactis, quod omnes introitus redditus, proventus, et emolum.ta percipienda per R.mum D. Carlem, et Pathi ex temporalitati dictorum locorum: capientur in summa ducatorum quinque millium infrascriptorum.

Item quod omnes, qui tenentur personaliter, vel cum equis servire dictis Patriis undecumque sit, etiam si in praedictis tribus locis habitarent, semper, cum res exegerit, ubi ipsi Ill.mo D. opus visum fuerit obediant, et serviant d.o Ill.mo D., vel eius officialibus.

Item quod praelatus Ill.mus D. Carlis, vel eius officiales non permittant portari sal, aut uti alio sale in dictis tribus locis, quam de sale salinarum dicti Ill.mi D. in d.a Patria ad hoc deput., et depictandarum.

Item quod non permittat contrabannum d. salis, et aliarum rerum. Servos fugitivos, vel alios quoscumque rebelles, et bannitos per ipsum Ill.mum D. in d.is locis tuti, et securi permanere, et si ibi invenirentur, remittantur in potest. ipsius Ill.mi Dni. Et si contra banniti, condemnati, et fugitivi, et rebelles dictorum trium locorum Ill. D. Carlis, et Pathi, vel cervinis ecclesiasticis inodati ipsum R.mum Carlem, et Pathiam, vel eius officiales non possint se reducere, nec debeant aliquo modo acceptare in aliquibus locis sitis in d.a Pathia, et Patria Aq. subiectis per Ill.mum Dnum, sed hinc, inde debeat hinc remittere realiter, et sine fraude, et quod neutra partium in dictis locis debeat aliquid innovare in praeiudicium alterius, vel introitorum

Insuper ante d. Dni p.tes et Iudices nomine imp.o permittunt d. Dno Proton.o dicis nobis, recipienti, vel stipulanti dare, et solvere ipsi Ill.mo D. Carli, et Pathi pro dictis locis ipsius Ill.mi Domini, et quae ipsi Ill.mo Dno remanent in administrationi temporali singulis annis.

Quinque millia ducatorum Venetorum boni auri, et iusti ponderis computando in illis praedictis introitus, redditus, proventus, et emolum.ta, quae idem R.mus D. Carlis, et Pathia annuatim recipiet ex dictis tribus locis, quae quidem quinque millia ducatorum auri solvantur in tribus terminis m.tis singulis quatuor mensibus tertia pars de redditibus ordinarijs, extraordinarijs, atque mittendi dicti patrie per officiales quoscumque praefati Ill.mi D. in praedicta patria existentes absque alia spirituali licentia, et

mandato suo, declarando tamen, quod termini huiusmodi solutionis initium habuerit ad Kal. Jan. proximi praeteriti. Promiserunt etiam iidem Domini Sindici, et procuratores praefato nomine d. Domino Proton. nominibus quibus supra quod Ill.mum Dominium tuebitur, et defendet personam ipsius R.mi D. Carli in dicta Patria Aquileiensi et etiam loca supradicta extra Civitatem Aquileiensem, et Oppidum S. Viti, et S. Danielis per ipsum R.mum D. Cardinalem possidenda, et ipsam etiam loca ipsi R.mo D. retinenta, et possessa sumptibus, laboribus, et expensis praefati Ill.mi Domini, contra quoscumque inimicos, et hostes, perfidos et scismaticos.

Item convenerunt praefati Domini procuratores et Sindici dicto nomine, et praefatus D. Proton. nomine quo supra quod omnes aliae Civitates, et alia oppida, castra, et loca ipsius Patriae, et Ecclesiae Aquileiensis, et per ipsum olim habita, et possessa, et quae hodie per Ill.m Dominium detinentur, seu possidentur cum eorum districtibus, territorijs, fructibus, commoditatibus, prediis, et qualiter omnium pheudorum iuribus, et pertinentijs suis, et cum omnimoda, et plenaria iurisdictione mero, et mixto imperio in temporalibus, et omnis superioritas, et ius omnium pheudorum, et qualis eorum collatio, et omnis administratio et iurisdictionis ditionalis, et possideantur, et possint ex causa antedictae transactionis licite detineri, et possideri per ipsum Ill.m Dominium Venetiarum, et fructus exinde [illegible] lucrari, ac etiam sint cum omni iuris plenitudine in dictis bonis dictae Ecclesiae Aquileiensis competenter, libere, et expedite sine aliqua contradictione, ac iuris, et ipsorum bonorum aliqua diminutione omnibus melioribus, iure, via, ac forma, quibus possunt, ac libere per ipsum Dom. debeantur, teneantur, et possideantur, ac custodiantur, ita quod ipse R.mus D. Carlis et Patria, nec non, nec Aquileiensis Ecclesiae nomine, sed dictis praedictis locis iuribus, et iurisdictionibus, aut Domini aliquo modo, iure, via, ac forma directe, vel indirecte in temporalibus impediri, vel intermittere, sed ut supra dictum est sint, et ita debeant dicti Ill.mi dominijs omnibus melioribus, iure via, et forma, quibus possunt, et ex nunc dictus

D. Procurat. dictis nominibus predicta omnia d. ill.mo D. seu Collibatus dictis iudicis et pro recipientibus noie supradicto relaxat, tribuit, et concedit, et d. noibus promittit, quod ipse R.mus D. Carius, et Patria, nec aliquis suo, et Eccle. Agt. nomine directe, vel indirecte, vel alio quesito colore, se de illis vel in illis ullo modo impediet in temporalibus, et que est in illis, et de illis quoad temporalia impedire non possit. Que quidem omnia, et singula suprascripta solemni stipulatione promittendo predicte partes dictis modis, et noibus sibi ad invicem singula singulis congrue referendo, et nobis notarijs infrascriptis uti publicis personis stipulantibus, et recipientibus mei, et noie omnium, et singulorum, quorum interest, et interesse poterit in futurum firma, rata, et grata perpetuo tenere, et tenere et inviolabiliter observare, et adimplere, et nunquam contrafacere, dicere, vel venire de iure, vel de facto per se, vel per alium, seu alios directe, vel indirecte tacite, vel expresse, quovis modo, causa, via, iure, vel ingenio, vel aliquo quesito colore sub pena XXV millia ducatorum solemni stipulatione promissa cum refectione omnium, et singulorum damnorum, et expensarum; et interesse litis, et extra, in quorum penam incidat pars illa que contrafecerit, et predicta integraliter non observaverit, et ab ipsa contrafaciente exigi possit, et debeat applicari observanti, contra quam etiam contrafaciens, et pena soluta, vel non predicta omnia, et singula nihilominus firma perdurent, et inviolabiliter observentur; renuncians partes predicte, et quelibet earum in predictis omnibus, et singulis exceptioni, doli, mali, conditioni sine causa, vel ex iniusta causa in factum actioni, vel exceptioni, et metus causa, privilegio fori, et omni, et cuilibet alij iuris, legum, et constitutionum auxilio eisdem quomodolibet competenti, vel competituro, et legi dicenti generalem renunciationem non valere sub hypotheca, et obligatione omnium suorum bonorum mobilium, presentium, et futurorum predictarum partium, et cuiuslibet earum. Iurantes partes predicte

ad sancta Dei evangelia manib. tactis, scripturis in ãĩas contitinendis

notab. suorum oĩa, et sing.ta suprad.ta observare, et adimplere, ac adimplere

facere bona fide et sine fraude. Ad hęc aut oĩa, et singula sub.ta

Venerabiles viri D. Joannes de Zucco Vicedominus Eccl.ę Aq.ę, et

Guarnerius de Astinea Can.us eiusdẽ Eccl.ę servatis prius, et celebra=

tis aliquib. actib., et solemnitatib., sicut de iure requirit., oeconomi

sindici, proc.res constituti a Cap.o dicti Eccl.ę Aq.ę prout de ptis oĩb. vocata

plane constat publico instrum.o scripto manu ven. viri Dni Dnici

de Glemona Canonici Aq.ę publici imperiali auct.e notarij sub Mill.o

in dictione et die in ipso instrum.o particulariter contintis a nobis

not.s infrascriptis viso, et lecto intervenientib. vice, ac nõie ipsius

capituli Aq.ę oĩ mel.i modo, via, iure, ac forma, quib. fiet melius

